V·I·D·

DON FRANCISCI
BARONII
PANORMITANI
TRACTATVS
D·E
EFFECTIBVS INIMICITIÆ

Digitized by Google

Digitized by Google

DE INIMICITIA
EIVSQVE CAVSIS, ET
EFFECTIBVS
TRACTATVS VTILIS, ET NECESSARIVS
AVCTORE
V·I·D· D·FRANCISCO BARONIO
PANORMITANO
OLIM PVBLICE IN PATRIA IVRA INTERPRETANTE
POSTMODVM IN SVPREMIS SICILIAE REGNI Tribunalibus aduocato.

DOCTORVMQVE ADVOCATIONEM PETENTIVM PROMOTORE ELECTO.
AC IVDICE REGIÆ CVRIÆ PRÆTORIANÆ.

In quo nonnullæ quæſtiones ciuiles, criminales, canonicæ, & morales mirificè dilucidantur.
Omnia quidem tum in decidendis, tum in patrocinandis cauſis neceſſaria.

CVM INDICE RERVM MEMORABILIVM COPIOSISSIMO.
His accedunt racemationes ad Tertium librum de Citatione, & ad eumdem tractatum de effectibus inimicitiæ cum ſuo Indice locupletiſſimo.



PANORMI, Ex Typographia Petri de Iſola; M. DC. LVI.

Impr. Abb. Geloſ. V.G. S.V. *Impr. R.D. Petrus de Gregorio P.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO

DON IOANNI TEGLIEZ

GIRON, HENRICHEZ DE RIBERA, DVCI OSSVNÆ, COMITI de Vregna, Marchioni de Pignafiel, Cubiculario Maiori Maieſtatis Catholicæ Regis Noſtri, Maiori Notario Regni Caſtellæ, ex Magnatibus Cubiculo Regio aſſiſtentibus, veteris Caſtellæ Capitaneo Generali, ac pro eadem Catholica Maieſtate Proregi, & Generali Capitaneo in hoc Siciliæ Regno.

DON FRANCISCVS BARONIVS S. P.

QVID ego (Princeps Excellentiſsime) ſub ipſa Cõmunis lætitiæ fauſtiſsima auſpicia, quibus vniuerſa Sicilia te Serenam veluti Concordiam niueis bigis oppida inuiſentẽ ſalutauit, quid ego (Inquã) opus hoc, quod in fronte triſte Nomen Inimicitiæ præfert, inter Tot placidiſsimos pacis riſus admiſceo? atque tibi tantæ tranquillitatis & Iucundiſsimæ quietis auctori fortaſſis (vti plurimi arbitrabuntur) inepte gratulabundus occurro? dum ancillantes Inimicitias tibi offero, quẽ potius pacifera tributa decent, & cui belle otia amœniſsima tantumodo famulari par eſt. Verum ne rudi id conſilio, temereque à me factum quis autumet, neque dum ego in hac tam plena totius Regni ob tuũ optatiſsimum aduentum gratulatione, meæ quoque erga te obſeruantiæ argumenta exhibere ſtudeo, inſulſam cupreſsum me inculcare quis opinetur, ac voci omnium, qua Paciferi Principis Nomine, candidaque alite excipi audiris, me vnum illepida nimirum inſuauique memoria Simultatum obſtrepere. Imo agnoſco in te reducem Serenitatem (Dux Excellẽtiſsime) Pacẽque vndique ex te partam demiror, nec nõ eam plauſu, quo poſſum conſaluto. Ominor etiam feliciſsima Togæ ſtudia, quæ te moderatore, ac vindice florebunt, adoleſcent, ac perpetuo Vrbes, populoſque, quibus præes, hilaratura vigebunt. Sed hæc me potius impulere, vt hoc qualecumque munus cõcinnarem, atque monſtrum hoc Inimicitiæ, quod meæ lucubrationes præſeferũt,

tibi ſoſpitatori,atque in primo huius Prouinciæ limine omnia ſuaui concordiæ nexu fœderanti deuouerem. Animaduerti enim heroas monſtrorum domitores,quique,Inuicto robore pacem, pacataque otia vrbibus aſſeruerint, nõ vulgariter fuiſse delectatos monſtrorum ſpolijs, atque ad gloriæ oſtentationem Herculem ferocibus exuuijs,iubiſque Leonis cingi ſolitum, Bacchum tigris pelle ſuperbe amictum Inceſsiſse,alioſque poſt retuſas debacchantium ferarum infeſtationes.vel in galeis, vel in clypeis earum figuras,præclariſsima veluti illuſtrium facinorum ſtemmata cælari voluiſse,quæ ſcilicet libertatis, ac tutæ tranquillitatis ab ipsis per celeberrimas monſtrorum ſtrages aſsertæ insigne teſtimonium prædicarent.Propterea & ego heroicos in te, experrectoſque ſpiritus conſpicatus,quibus lites, iurgia,Inimicitias(Immania enim vero monſtra)generoſe obterens,atque cõculcans,geniales, pacificoſque nobis dies affers, haud aliud aptius Inueni,quod tibi deberetur,quam monſtrorum obſequium; atque opus hoc,in quo truces notæ inimicitiarum tuam gloriã ac fortitudinem,qua eas domare aggrederis,ad publicam pacem confirmandam insignirent, nobiliſsimumque tibi ſtemma exararent, quo communis felicitatis vindex,vti & cæteri heroes haud ſane tanti nominis inani oſtentatione monſtrareris; Æmulus in hoc paternæ laudis, ac magnanimitatis,cuius in hoc Regno veſtigia animoſe impreſsa nũquã delebuntur Percenseo &in hiſce meis lucubrationibus INIMICITIÆ Effectus, vt pacis bona, queis te aſsertore frui cæpimus,eo ad tui beneuolentiam, qui ea indulges,cunctos pelliciant magis,quò ij damna ex inimicitijs, quæ eamdem pacem oppugnant, atque conuellunt, pullulantia clarius edocti fuerint.Tu etiam, Dux Excellentiſsime,si hoc volumen aliquando dignabere,legens quot effectus pariant Inimicitiæ,eos veluti monſtroſa hydræ capita, si forte repullulabunt; fortius ac maiori incenſus gloria debellabis, vbi animaduertes quantam tibi laudem conciliaturus sis si ob publicæ concordiæ ſtudium cum tam horribili, infenſoque monſtro,ex quo tot ſtrages, tot excidia aggerãtur, colluctabere.Interim ne ſperne inter ſecundas populorum acclamationes hanc qualemcumque meæ

in te obſeruantiæ ſignificationem, atque labores hoſce meos, meque ipſum, quem vna tibi dico, ea Iucundiſsima, quæ tuo in vultu, oculis, ac fronte eminet, benignitate, humanitateque proſequere. Vale Panormi die 30. Decembris Anni ſalutis 1655.

Digitized by Google

INDEX EFFECTVVM.

EFFECTVS PRIMVS.

Conductor poteſt recedere a domo conducta propter inimicitiã capitalem, quam habet cum vicino veniente ad inhabitandum.

Effectus ſecundus.

Conductor impeditus vti re conducta a tertio in odium & propter inimicitiam locatoris poteſt agere ad totale intereſſe.

Effectus tertius.

Maritus propter inimicitam in loco cõtractam poteſt ab eo loco diſcedere non obſtante pacto de non diſcedendo adiecto in contractu matrimoniali cum pæna.

Effectus quartus.

Priuilegium immunitatis, vel exemptionis conceſſum alicui, propter inimicitiam ſuperuenientem reuocari poteſt.

Effectus quintus.

Aduocatus non cogitur pro inimico patrocinari.

Effectus ſextus.

Aduocatus propter inimicitiam cum cliente contractam poteſt illum deſerere.

Effectus ſeptimus.

Arbiter, qui alias compellitur onus laudandi ſubire, propter inimicitiam ab eodem eximitur.

Effectus octauus.

Procurator, qui compellitur ad ſui procuratorij officij exercitium, propter inimicitiã liberatur.

Effectus nonus.

Tutor, qui ad ſumendam tutelam cõpellitur, propter inimicitiam, quam cum patre pupillorum exercuit, excuſatur.

Effectus decimus.

Fideiuſſor propter grauem inimicitiã inter eum, & debitorem poteſt petere, vt eum liberet ab onere fideiuſſionis.

Effectus vndecimus.

Pater poteſt filium ſibi inimicum capitalem exhæredare.

Effectus duodecimus.

Diuortium fit inter virum, & vxorem propter inimicitiam.

Effectus decimus tertius.

Vxor non eſt reſtituenda viro etiam cum Cautione propter inimicitiam capitalem inter eam & virum.

Effectus decimus quartus.

Homicidium ab inimico commiſſum non dicitur proditorium.

Effectus decimus quintus.

Homicidium in dubio præſumitur cõmiſſum ab inimico.

Effectus decimus ſextus.

Mandatum ad occidendum inimicum præſumitur contra inimicum, ſi ante delictum commiſſum ad aurem fuerit loquutus cum interfectore, & delictum in continenti ſequutum ſit.

Effectus decimus ſeptimus.

Mandatum non præſumitur ſtante inimicitia prætenſi mandatarij cum interfecto.

Effectus decimus octauus.

Homicidium ſtante inimicitia præſumitur doloſum,

Effectus decimus nonus.

Inimicitia operatur vt præſumatur animus deliberatus ad occidendum.

Effectus vigeſimus.

Inimicitia facit indicium ad torturam.

Effectus vigeſimus primus.

Legatum, vel fideicommiſſum intelligitur reuocatum propter inimitiam ſuperuenientem inter teſtatorem, & legatarium.

Effectus vigeſimus ſecundus.

Hæredis inſtitutio cenſetur reuocata per inimicitiam ſuperuenientem inter hæredem ſcriptum in teſtamento & teſtatorem.

Digitized by Google

Effectus vigeſimus tertius.

Inimicus non ſuccedit inimico ab inteſtato.

Effectus vigeſimus quartus.

Donatio ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis reuocatur per inimicitiam ſuperuenientem inter donantem & donatariũ.

Effectus vigeſimus quintus.

Ciuilitas non ſolum priuilegio acquiſita, ſed etiam originaria reuocatur per inimicitiam ſuperuenientem inter Ciuem & Ciuitatem.

Effectus vigeſimus ſextus.

Filius legitimatus propter inimicitiam cum patre reducitur ad naturalitatem.

Effectus vigeſimus ſeptimus.

Emancipatio reuocatur, & filius reducitur ad patriam poteſtatem propter inimicitiam ſuperuenientem inter eum & patrem.

Effectus vigeſimus octauus.

Libertas data ſeruo per inimicitiam reuocatur & libertus ad ſeruitutem reducitur.

Effectus vigeſimus nonus.

Inimicitia ſuperueniens operatur vt maioratus ſucceſſor poſſit ab ipſo maioratu excludi.

Effectus trigeſimus.

Inimicitia inter arbitrum, & partem operatur vt pars non obediens eius laudo non incidat in pænam compromiſſi.

Effectus trigeſimus primus.

Inimicitia inter ſponſos operatur vt nõ poſſint cogi ad matrimonium.

Effectus trigeſimus ſecundus.

Inimicitia operatur vt elæemoſina ſolita dari non detur.

Effectus trigeſimus tertius.

Mandatum per inimicitiam reuocatur etiam poſt litem conteſtatam.

Effectus trigeſimus quartus.

Executor intelligitur reuocatus per inimicitiam ſuperuenientem inter ipſum & teſtatorem.

Effectus trigeſimus quintus.

Maritus, qui promiſit de rato pro vxore, non tenetur per ſuperuenientem inimicitiam inter eum & vxorem.

Effectus trigeſimus ſextus.

Minor ſi habet ſocium, vel fratrem inimicum poteſt prouocare ad diuiſionem.

Effectus trigeſimus ſeptimus.

Doctores propter inimicitiam, quam contrahunt cum illis, contra quos patrocinantur, poſſunt arma portare.

Effectus trigeſimus octauus.

Clericus propter inimicitiam cum proprio Epiſcopo poteſt ſe eximere ab illius iuriſdictione.

Effectus trigeſimus nonus.

Reſidere in loco reſidentiæ quis non tenetur ſi ibi habet inimicos.

Effectus quadrageſimus.

Canonici non intereſſentes diuinis propter inimicitias potentiorum in Ciuitate lucratur diſtributiones quotidianas.

Effectus quadrageſimus primus.

Inimicus repellitur ab accuſando.

Effectus quadrageſimus ſecundus.

Aduocatus poteſt prohiberi ne ſit aduocatus contra inimicum.

Effectus quadrageſimus tertius.

Alienatio ſiue donatio dicitur facta in fraudem fiſci ſtante inimicitia.

Effectus quadrageſimus quartus.

Occidens bannitum inimicum, qui ex forma ſtatuti poteſt occidi, punitur.

Effectus quadrageſimus quintus.

Exulatus a Ciuitate ſi dum eſſet extra Ciuitatem inuenit ſuos inimicos, poteſt ad Ciuitatem redire.

Effectus quadrageſimus ſextus.

Beneficium Eccleſiaſticum poteſt ab inimico auferri.

Effectus quadrageſimus ſeptimus.

Captura non eſt concedenda algozirijs inimicis.

Effectus quadrageſimus octauus.

Suſpendendus non eſt dandus carnifici odioſo, & inimico vt illum ſuſpendat.

Effectus quadrageſimus nonus.

Damnum datum ab inimicis vnius ex ſocijs in bonis ſocietatis a ſocio non eſt emendandum.

Effectus quinquageſimus.

Damnum præſumitur datum ab inimico.

Effectus quinquageſimus primus

Incendium præſumitur immiſſum ab inimico.

Effectus quinquageſimus Secundus.

Inimicitia contracta inter offendentē, & offenſum operatur vt eius dictum non faciat indicium ad torturam contra inculpatum.

Effectus quinquageſimus tertius.

Offendens officialem ex odio & inimicitia particulari non compræhenditur in indulto excepruante offendentem officiales.

Effectus quinquageſimus quartus.

Inimicus non admittitur ad retractum.

Effectus quinquageſimus quintus.

Epiſcopus poteſt abſoluere etiam in caſibus reſeruatis Pontifici, quando abſoluendus per inimicitias capitales non poteſt ſe præſentare Pontifici.

Effectus quinquageſimus ſextus.

Emptor poteſt de euictione agere contra venditorem ſi iudex per inimicitiam cum venditore contra eum iudicauit.

Effectus quinquageſimus ſeptimus.

Summus Pontifex poteſt diſpenſare inter conſanguineos inimicos ad effectum contrahendi matrimonium; & ſe pacificandi.

Effectus quinquageſimus octauus.

Inimicus prælato poteſt abſque ſuis literis dimiſſorialibus ordinari ab ordinario viciniori, conſtito prius de inimicitijs, ac de moribus & vita ordinandi.

Effectus quinquageſimus nonus.

Inimicus poteſt excludi à collatione beneficij.

Effectus ſexageſimus.

Inimicus præſumitur ædificare ad æmulationem.

Effectus ſexageſimus primus.

Iudex poteſt prohibere inimico ne trāſeat ante domum alterius inimici.

Effectus ſexageſimus ſecundus.

Locus, vbi quis habet inimicos, vel eorum amicos, vel domeſticos, dicitur non tutus.

Effectus ſexageſimus tertius.

Electus ad munera ab inimico propter inimicitias electus præſumitur.

Effectus ſexageſimus quartus.

Epiſcopus poteſt excommunicare inimicos, ſi pertinaciter reconciliationem facere recuſauerint.

Effectus ſexageſimus quintus.

Executor datus à teſtatore ad diſtribuendum elæmoſinam pauperibus, non poteſt eligere inimicum teſtatoris.

Effectus ſexageſimus ſextus.

Inimicus moriens præſumitur quicquā falſitatis aſſerere.

Effectus ſexageſimus ſeptimus.

Teſtis deponens de mala fama ab inimicis orta non probat.

Effectus ſexageſimus octauus.

Suſpectus in cognoſcendo, ex capite inimicitiæ eſt ſuſpectus in delegando.

Effectus ſexageſimus nonus.

Receptans bannitum tempore inimicitiæ pro tutela ſui corporis non punitur.

Effectus ſeptuageſimus.

Inimicus poteſt contra inimicum ſeu hoſtem exercere fænus.

Effectus ſeptuageſimus primus.

Inimicus poteſt committere dolum aduerſus inimicum.

Effectus ſeptuageſimus ſecundus.

Inimicus non eſt ſepeliendus in ſepulchro parentum.

Effectus ſeptuageſimus tertius.

Habens poteſtatem concedendi feudum, vel emphiteuſim non poteſt inimico domini concedere.

Effectus ſeptuageſimus quartus.

Habens poteſtatem eligendi vnum de familia non poteſt inimicum teſtatori defuncto eligere.

Effectus ſeptuageſimus quintus.

Inimicus omnia mala cogitat de inimico, vt ei damnum inferat.

Effectus ſeptuageſimus ſextus.

Princeps poteſt clericum ſibi ſuſpectū vel inimicum de ſuo territorio forbānire.

Effectus ſeptuageſimus ſeptimus.

Pater non tenetur dotare filiam inimicam & ingratam.

Effectus ſeptuageſimus octauus.

Pater occidens filium inimicum non committit parricidium, idem e contra.

Effectus ſeptuageſimus nonus.
Vendere quis non cogitur rem vænalem inimico.

Effectus octuageſimus.
Inimicus non ſuccedit in fidei commiſſo agnatis, cognatis & familiæ relicto.

Effectus octuageſimus primus.
Dominus directus non tenetur inueſtire inimicum, cui a primo emphiteuta res fuit conceſſa, vendita, vel aliter alienata.

Effectus octuageſimus ſecundus.
Inimicus tutoris non poteſt eſſe procurator pupilli.

Effectus octuageſimus tertius.
Maritus inimicus non gaudet beneficio deductione egear.

Effectus octuageſimus quartus.
Alimenta poſſunt extra domum peti propter inimicitiam.

Effectus octuageſimus quintus.
Vaſſallus propter inimicitiam poteſt omiſſo medio confugere ad ſuperiorem.

Effectus octuageſimus ſextus.
Tortura non expurgat defectum inimicitiæ in teſte.

Effectus octuageſimus ſeptimus.
Inimicitia alienantis feudum cum agnatis operatur contractum præſumi factum in eorum fraudem, & odium.

Effectus octuageſimus octauus.
Iudex ſtante inimicitia poteſt a præcepto teſtatoris recedere.

Effectus octuageſimus nonus.
Inimicitia contracta inter virum, filiũ, & vxorem per tranſitum ad ſecunda vota operatur vt ipſa intelligatur excluſa a ſucceſſione filij decedentis in pupillari ætate, cui erat datus ſubſtitutus compendioſe per verba communia.

Effectus nonageſimus.
Socius non poteſt inducere in domum conductam inimicum, vel ſuſpectum alterius ſocij.

Effectus nonageſimus primus.
Appellatione familiæ ſtante inimicitia venit familia effectiua non contentiua.

Effectus nonageſimus ſecundus.
Innouatio ſtante inimicitia præſumitur facta animo damnificandi.

Effectus nonageſimus tertius.
Inimicitia, quam habet proſecutus cum teſtibus contra eum productis, operatur vt non poſſit procedi palatino modo, ſed proceſſuo.

Effectus nonageſimus quartus.
Filius tenetur ſub pæna peccati mortalis obedire patenti præcipienti vt tale matrimonium contrahat, quando eſſet medium ad graues inimicitias componendas.

Effectus nonageſimus quintus.
Inimicus non admictitur ad licitationem.

Effectus nonageſimus ſextus.
Inimicus non tenetur oſtendere inimico ſigna amoris.

Effectus nonageſimus ſeptimus.
Prælatus, qui tute morari non poteſt in loco beneficij propter inimicitias, poteſt ſe abſentare & ab eo recedere.

Effectus nonageſimus octauus.
Patronus inimicus liberto priuatur Iure patronatus.

Effectus nonageſimus nonus.
Filius poteſt occidere patrem hoſtem, vel inimicum Ciuitatis, & patriæ.

Effectus Centeſimus.
Vaſſallus ſi propter inimicitias capitales non potuit accedere ad locum domini ad petendam inueſtitutam infra tempus debitum, non perdit feudum.

Effectus centeſimus primus.
Teſtamentum primum, in quo eſt appoſita clauſula derogatoria ad ſequens teſtamentum, dicitur reuocatum per ſecundum, etiam ſi in eo teſtator nullam faciat ſpecialem derogationem, ſi poſt conditũ primum teſtamentum orta eſt inimicitia inter hæredem ſcriptum in teſtamento, & teſtatorem.

Effectus centeſimus ſecundus.
Vaſſallus inimicus cum domino non potens inueſtitutam infra annum, & diem non cadit a feudo.

Effectus centeſimus tertius.
Fatalia non currunt impedito proſequi appellationem propter inimicitiam capitalem.

Effectus centeſimus quartus.

Beneficialis propter inimicitiam poteſt beneficio cedere.

Effectus centeſimus quintus.

Maritus inimicus vxoris ſuæ poſt mortem vxoris non gaudet dilatione anni ad reſtituendum mobilia.

Effectus centeſimus ſextus.

Mater contrahens amicitiam cum inimicis filij, poteſt ab eo exhæredari.

Effectus centeſimus ſeptimus.

Pater poteſt filium odioſum, & inimicum regno priuare.

Effectus centeſimus octauus.

Nemo credere ſuo inimico tenetur.

Effectus centeſimus nonus.

Inimicia facit recedere à generalitate ſtatuti.

Effectus centeſimus decimus.

Conductor propter inimicitiam ſuperuenientē inter ipſum, & locatorem poteſt petere ſe liberari à contractu.

Effectus centeſimus vndecimus.

Cautio de non offendendo non eſt præſtanda pro conſanguineis inimicis.

Effectus centeſimus duodecimus.

Cautio de non offendenpo præſtanda eſt inimico.

Effectus centeſimus decimus tertius.

Inimicus repellitur a teſtimonio.

Effectus centeſimus decimus quartus.

Inimicus manifeſtus à voluntaria exceptione repellitur.

Effectus centeſimus decimus quintus.

Inimicus poteſt inimicum contra ſe venientem enſe euaginato percutere.

Effectus centeſimus decimus ſextus.

Iudex inimicus poteſt recuſari.

Effectus centeſimus decimus ſeptimus.

Iudex notorie ſuſpectus ex capite inimicitiæ nō recuſatus, ſi in cauſa procedat, & ſententiam pferat proceſſus eſt nullus.

Effectus centeſimus decimus octauus.

Princeps non poteſt committere cauſam recuſatione remota inimico.

Effectus centeſimus decimus nonus.

Facta ab officiali inimico corruunt.

Effectus centeſimus vigeſimus.

Inimicus potius accelerat delictum quando opinatur inimicum ex tali delicto damnum ſentire, quam quod a delicto ſe abſtineat.

Effectus centeſimus vigeſimus primus.

Menſis dandus exulato ad colligendū ſarcinulas eſt dandus cum Clauſula ne accedat in locum, vbi habet inimicitias, vel ne exeat a domo.

Effectus centeſimus vigeſimus ſecundus

Inimicus præſumitur accuſator ſecretus

Effectus centeſimus vigeſimus tertius.

Inimicitia tenet hominem vigilem.

Effectus centeſimus vigeſimus quartus.

Inimicitia operatur vt inimicus dicatur aggreſſor.

Effectus centeſimus vigeſimus quintus.

Inimicitia inter vicarium, & patronū, ſeu monaſterium operatur vt vicarius nō poſſit congruam portionem petere.

Effectus centeſimus vigeſimus ſextus.

Inimicitia operatur quod vbi plures interuenerunt in rixa, & vnico vulnere quis reperitur interfectus, & dubitatur de percuſſore, ſi inter illos plures eſt inimicus, præſumptio eſt contra eum quod ab eo ſit interfectus.

Effectus centeſimus vigeſimus ſeptimus.

Inimicus emictens ictum ſcopettæ præſumitur habere animum nocendi, & occidendi inimicum.

Effectus centeſimus vigeſimus octauus.

Filius inimicus non poteſt petere alimenta à patre:

Effectus centeſimus vigeſimus nonus.

Maritus inimicus non lucratur dotem beneficio ſtatuti volentis maritum lucrari dotem vxoris defunctæ ſine liberis.

Effectus centeſimus trigeſimus.

Filij primi matrimonij inimici patris vel matris, quæ tranſiuit ad ſecunda vota perdunt beneficium eis conceſſum per l. hac edictali C. de ſecund. Nupt.

Effectus centeſimus trigeſimus primus.

Filij inimici & ingrati non acquirunt lucra legalia ob ſecundas nuptias parentum.

Effectus centeſimus trigeſimus ſecundus.

Bona inimicorum poſſunt deprædari.

Effectus centeſimus trigeſimus tertius.

Inimicis & hoſtibus iuſte bellum indicitur.

Effectus centeſimus trigeſimus quartus.
Inimicus poteſt prouocare inimicum ad duellum.
Effectus centeſimus trigeſimus quintus.
Baro non poteſt eligere capitaneum ſuum conſanguineum ſtāte inimicitia inter ipſum, & vaſſallos.
Effectus centeſimus trigeſimus ſextus.
Adminiſtratio eſt impedienda Capitaneo pendente nullitate creationis, ſi ante captam poſſeſſionem opponatur de inimicitia baronis cum vaſſallis.
Effectus centeſimus trigeſimus ſeptimus.
Citatio poteſt fieri per edictum, licet perſona ſit certa, quando locus, vbi degit, non eſt tutus citanti propter inimiciam.
Effectus centeſimus trigeſimus octauus.
Maritus inimicus vxoris non poteſt citari in domo, in qua vxor habitat.
Effectus centeſimus trigeſimus nonus.
Doctor propter inimicitiam priuatur doctoratu.
Effectus centeſimus quadrageſimus.
Pactum de non petendo, ac liberatio, & acceptilatio gratis facta per inimicitiā ſuperuenientem reuocatur.
Effectus centeſimus quadrageſimus primus
Aſſertio offenſi quod fuerit à tali vulneratus in articulo mortis facit indicium ad torturam contra inculpatum ſtante inimicitia.
Effectus centeſimus quadrageſimus ſecundus.
Eccleſia non tenetur alere patronum ingratum, & inimicum.
Effectus centeſimus quadrageſimus tertius
Inimicus ſentit conſolationem de afflictione inimici.
Effectus cēteſimus quadrageſimus quartus.
Malchari tempore carnis priuij propter inimicitiam poſſunt prohiberi.
Effectus cēteſimus quadrageſimus quintus.
Dolus præſumitur in iudice ſi erat inimicus capitalis illius, contra quem ſententiam tulit.
Effectus centeſimus quadrageſimus ſextus.
Iudex non poteſt dare aduocatum inimicum parti petenti aduocatum.
Effectus cēteſimus quadrageſimus ſeptimus
Inimicitia ex noua cauſa proueniens poſt cautionem de non offendendo operatur quod pax, ſeu Cautio de non offendendo non dicatur rupta.
Effectus cēteſimus quadrageſimus octauus.
Inimicitia ſuperueniens poſt veniam obtentam ab offenſo reuocat beneficium pacis & veniæ.
Effectus centeſimus quadrageſimus nonus.
Aſſecuratores non tenentur, ſi bona aſſecurata fuerint capta quia portabantur à naui inimica.
Effectus centeſimus quinquageſimus.
Aſſecuratores non tenentur ſi bona fuerunt deprædata, & occupata ab inimicis ipſius aſſecurati.
Effectus centeſimus quinquageſimus primus.
Alimenta præſtita propter inimicitiam ſuperuenientem repetuntur.
Effectus centeſimus quinquageſimus ſecundus.
Pæna ſtatuti prohibentis extractionem non habet locum in eo, qui timore inimicorum extraxit.

Effectus ſequentes ſunt in racemationibus.

Effectus centeſimus quinquageſimus tertius.
Capitaneus poteſt exonerare nauim in alio loco, quam in deſtinato propter timorem inimicorum.
Effectus centeſimus quinquageſimus quartus.
Gabella non eſt ſoluenda ſi nauis timore hoſtium portui ſe applicat.
Effectus centeſimus quinquageſimus quintus.
Capitulum Omnis de pænit. & remiſſ. non habet locum ſi proprius parochus ſit inimicus.
Effectus centeſimus quinquageſimus ſextus.
Monachus ſi propter magnam Abbatis inimicitiam illicentiatus recedat à monaſterio, non dicitur apoſtata.

Digitized by Google

Effectus centeſimus quinquageſimus ſeptimus.

Monachus Abbatis inimicus poteſt intra ſepta monaſterij detinere arma.

Effectus centeſimus quinquageſimus octauus.

Clerici ſi habent inimicos capitales poſſunt portare arma.

Effectus centeſimus quinquageſimus nonus

Statutum quod nullus in Ciuitate ducat porcos ſub certa pæna [illegible] habet locum ſi quis ducat timore inimicorum.

Effectus centeſimus ſexageſimus.

Miſſam non audiens in diebus feſtiuis quia a domo exire non potuit, propter inimicos non peccat.

Effectus centeſimus ſexageſimus primus.

Iudeus non poteſt eſſe tutor pupilli Chriſtiani propter inimicitiam inter eos.

Effectus centeſimus ſexageſimus ſecundus.

Apoſtata An dicatur qui recedit a fide timore inimicorum?

Digitized by Google

Digitized by Google

DE INIMICITIA, EIVSQVE CAVSIS, ET EFFECTIBVS. TRACTATVS VTILIS ET NECESSARIVS.

AVCTORE

V. I. D. D. FRANCISCO BARONIO PANORMITANO.

Olim publicè in patria iura interpretante, Poſt modum in ſupremis Siciliæ Regni Tribunalibus aduocato Doctorumque aduocationem petentium promotore electo Ac Iudice Regiæ Curiæ Prætorianæ.

PRAELVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *INſpectio quęlibet etymologia cognita planior eſt.*

2 *Inimicitia dicitur quaſi non amicitia, ſicut inimicus dicitur quaſi non amicus.*

3 *Inimicitia eſt ira vlciſcendi tempus obſeruans.*

4 *Inimicitia eſt contra Saluatoris præceptum.*

5 *Præceptum Dei contemnere eſt graue peccatum.*

6 *Inimicitia non præſumitur.*

7 *Nemo præſumitur odio proſequi proximum ſuum & eius inimicum eſſe.*

8 *Amicitiæ præſumptio, eſt præſumptio naturæ, & inimicitia eſt*

A *contra*

contra ius naturale.

9 *Inimicitia probanda eſt ab eo, qui illam allegat.*

10 *Inimicitia dicitur probata ſi conſtat de cauſa, ex qua reſultat præſumpta inimicitia.*

11 *Inimicitia vt probata dicatur eſt probanda qualitas, & cauſa inimicitiæ. Intellige vt nu. 13. & 14. Limita num. 15.*

12 *Teſtes ſuper inimicitia deponentes non probant, niſi de cauſa deponant.*

16 *Inimicitia licet probetur coniecturis, & nu. 19. tamen cauſæ ex quibus inimicitia orſitur, ſunt euidenter, & manifeſte probandæ. dicto num. 19.*

17 *Inimicitia probatur ex aſſertione partis.*

18 *Amicitia, & inimicitia ſunt paſſiones animi.*

20 *Inimicitia duobus teſtibus probatur.*

21 *Cauſæ ex quibus inimicitia præſumitur, vel leues ſunt vel capitales, vnde inimicitia vel leuis eſt vel capitalis.*

22 *Iudicis arbitrio remittitur quæ dicatur cauſa leuis, & capitalis, & quæ inimicitia ſit leuis, vel capitalis.*

Et arbitrium regulabit iuxtà facti ac perſonarum qualitates ac circumſtantias nu. 23.

24 *Conſuetudo patriæ eſt attendenda ad cognoſcendum an cum aliquo ſit contracta inimicitia capitalis.*

25 *Inimicitia capitalis oritur ex lite omnium bonorum vel maioris partis. & num. 31. & de ratione num. 29.*

Contrarium num. 30.

Intellige vt num. 26.

Amplia a nu. 32. ad nu. 37.

Limita à nu. 37. ad nu. 43.

27 *Inimicitia præſumitur inter duos litigantes.*

28 *Vulneratus ab eo, cum quo litē habet, præſumitur vulneratus cauſa ipſius litis.*

43 *Tutor debitor vel creditor pupilli in magna quantitate poteſt ſe excuſare ab onere tutelæ, & ſi ſe non excuſat poteſt vt ſuſpectus remoueri.*

Amplia a n. 44. vſque ad n. 48.

Fallit ſub nu. 48. & 49.

48 *Lis quando dicatur parua vel magna?*

50 *Tutor teſtamentarius an poſſit eſſe debitor vel creditor?*

51 *Tutori datur adiunctus ſi poſt ſuſceptam tutelam ſit effectus debitor, vel creditor pupilli.*

52 *Inimicitia capitalis oritur ex ablatione & ſpoliatione bonorū, ſeu etiam alicuius rei particularis dum modo modica non ſit.*

Siue ui ſiue clam abſtulerit ibid.

Et de ratione num. 53.

Amplia num. 54.

Limita num. 55.

Intellige vt num. 56.

An purgetur facta reſtitutione? num. 52.

58 *Inimicitia capitalis contrahitur ex lite & accuſatione criminali tam reſpectu eius, cui mouetur lis, quam mouentis.*

Etiam

Etiam quod accuſatio ſit data ſuper crimine non capitali, dummodo crimine probato oriatur infamia ibidem.

Amplia num 60.

59 *Legatarius ſi accuſauerit teſtatorem de crimine capitali amittit legatum.*

60 *Inimicitia capitalis oritur quando quis in carceribus alterum detinet.*

Multo magis ſi carceratus fuit tormentis afflictus ibidem.

Intellige ſi illum ibi detineat animo offendendi vel nocēdi n.62.

Secus ſi detineat ſuum debitorē carceratum nu.63.

64 *Inimicitia capitalis oritur ex iniuria perſonali, & multo magis ſi vulnus fuerit in faciem illatum*

De ratione nu.66.

Amplia n.67.68. & vide n.76

65 *Iudex recuſatur vt inimicus ex iniuria perſonali.*

69 *Iniuria facta vni ex conſanguineis omnibus de illius ſanguine, et familia facta dicitur.*

70 *Iniuria facta fratri alteri fratri facta dicitur.*

71 *Iniuria facta filio dicitur facta patri.*

72 *Inimicitia cum vno ex conſanguineis contracta, cum omnibus contracta dicitur.*

73 *Inimicitia contracta cum vno monacho cum omnibus contracta cenſetur*

74 *Inimicus conſanguinei mei inimicus meus præſumitur.*

75 *Conſanguineus inimici mei inimicus meus dicitur.*

77 *Percuſſio facta in faciem qualiter puniatur? An dicatur cicatrix deformis? Quid ſi fuerit facta cū lapide? quid ſi vulnus in faciem fuerit factum in fœmina?*

78 *Iniuria an & quando dicatur atrox? & nu.79.80.81.82.83.84.85.& nu.86. quod remictitur arbitrio iudicis, & ſub n.80. verſ. aduerte tertio, & verſic. ad id quod dixi ſupra.*

87 *Pena iniuriarum eſt corporalis vel pecuniaria arbitrio iudicis.*

88 *Iniuria modica non punitur pena corporali.*

Iniuria ex quibus cauſis oriatur? ſub nu 88.

Alapam dans officiali intuitu officij qualiter puniatur? ſub n.88.

Alapam ſi quis vitare non poteſt niſi percuſſorem occidendo poteſt illum occidere ſub nu.88.

Officialis eſt iudex competens pro iniuria ſibi illata ſub nu.88.

Alapam dans gaudet Immunitate eccleſiaſtica ſub nu.88.

Fiſcus an ſubintret in delicto Alapę? ſub nu.88.

Prouocatus ſi reſpondet verba iniurioſa An teneatur actione iniuriarum? ſub n.88.

89 *Inimicitia capitalis oritur ex iniuria verbali etiam extra iuditium, etiam quod fiat abſenti, etiā quod fiat per ſcripturam. Saltem ex parte iniuriati n.90. & de ratione à nu.92. ad nu.102. & vide nu.104.*

Et iniuria debet eſſe atrox vel grauis, vt oriatur capitalis inimicitia num.91.

Limita num.107.

Inimicitia capitalis nō oritur ex impoſitione nominis cauſa ioci ſub num.91.

Inimicitia capitalis Ambriatur ſi quis dicat alicui Bardaxa? ſub nu.91.

Inimicitia capitalis nō oritur ex eo quod condemnatus à Iudice dicat chi ci fece torto, & iniuſtitia ſub num.91.

102 *Iniuriam contra proprium honorem licitum eſt pro pulſare.*

103 *Homicidium ex cauſa honoris commiſſum An ſit punibile?*

105 *Inimicus non ſolum dicitur ille, qui facit iniuriam, ſed etiam ille qui faceret ſi poſſet.*

106 *Inimicus non ſolum dicitur ille, qui cum effectu nocuit, ſed etiā ille, qui poſſe fecit vt noceret.*

108 *Inimicitia non dicitur capitalis quando ſimpliciter interuenerunt verba, ſed non iniurioſa.*

109 *Inimicitia capitalis oritur ex minis capitalibus, etiam ſi minas non ſit ſolitus minas exequi.*

110 *Inimicitia præſumitur quando quis dicit ſe aliquem non diligere, & multo magis ſi dicat ſe eſſe inimicum alicuius.*

Intellige de inimicitia leui non capitali, niſi vltra verba parauerit inſidias vitæ illius. num.111.

112 *Inimicitia præſumitur quando quis non alloquitur nec ſalutat eū quem prius alloqui, & ſalutare ſolitus erat.*

113 *Inimicus præſumitur qui aliquem non oſculatur, dum pax datur in eccleſia. Intellige vt ibi.*

114 *Iudex poteſt recuſari qui differt partem ſalutare pro vt antea ſolebat.*

115 *Iniuria videtur remiſſa quando iniuriatus familiariter cōuerſatur cum iniuriante vel eum ſalutat. Intellige vt ibi.*

116 *Notarius poteſt allegari ſuſpectus ab eo, quem non ſalutat.*

117 *Amicitia præſumitur ex ſalutatione.*

118 *Inimicus meus præſumitur cōuerſans, & habitans cum inimico meo. Intellige vt nu, 119.*

120 *Iudex, qui cōtra me iudicauit, inimicus meus dicitur. Intellige vt ibi.*

121 *Aduocatus, & procurator accuſatoris in cauſa criminali dicitur accuſati inimicus.*

Et de ratione nu.122.

123 *Teſtis, qui contra me depoſuit in cauſa criminali, dicitur meus inimicus.*

124 *Statuta ſuperioris non obediēs eius inimicus præſumitur, ſed non capitalis.*

125 *Inimicitia inter virum, & vxorem oritur ex diuortio.*

126 *Inimicitia oritur inter virum, & vxorem ſi alter tentauit alterum coniugem veneno necare.*

127 *Inimicitia oritur inter virum & vxorem ſi vxor in corpus ſuum peccauit.*

128 *Mulier commictēs adulterium perdit dotem, donationem propter nuptias, bona paraſernalia, & omnia ex ea prouenientia, dotarium, quartam ſibi debitam ex Auth. præterea, & medietatem, ſeu tertiam*

in

in bonis mariti, ſi matrimonium eſt contractum more latinorum.

Quid facta reconciliatione? num. 129.

Quid ſi vidua effecta committat adulterium? num. 130.

Quid ſi habeat filios? nu. 131.

Quid ſi maritus habeat concubinam? nu. 133.

Quid ſi duxit meretricem in vxorem? nu. 133.

Quid ſi maritus occidit vxorē? num. 134.

An heredes mariti poſſint mulieri dotem repetenti obijcere adulterium? num. 135.

An maritus, qui lucratur dotē propter adulterium, teneatur alere vxorem? nu. 136.

137 *Inimicitia oritur inter coniuges ſi vxor ſe deoſculari permittat*

138 *Mulier per oſculum, & tactum mammillarum perdit dotem.*

*Mulier propter oſculum lucratur medietatem dotarij ſub n.*138.

139 *Mulier per vim cognita non dicitur adultera, nec pęnam meretur*

140 *Oſculans per vim mulierē qualiter puniatur?*

141 *Inimicitia capitalis oritur ex expulſione.*

*Expulſus per vim a domo alicuius non poteſt contra expellantem teſtificari ſub num.*141.

142 *Inimicitia capitalis oritur ex retentione vxoris.*

*Inimicitia capitalis oritur ex retentione ſororis ſub nu.*142.

143 *Inimicitia capitalis oritur inter maritum, & vxorem, quę commiſit adulterium, & adulterum.*

144 *Inimicus An & quando dicatur capitalis vel non arbitrio iudicis remittitur.*

145 *Inimicitia capitalis non oritur ex impedimento non cognoſcendi carnaliter amaſiam.*

146 *Inimicitia oritur inter teſtatorem, & legatarium ſi legatarius curā teſtatoris ægrotātis neglexit.*

147 *Inimicitia An extinguatur morte? & num.*148.

149 *Inimicitia quomodo ceſſet? vſque ad num.*160. *incluſiue.*

QVia, *teſte Diuo Iſidoro libro primo originum. cap.* 28. *quem citat, & ſequitur Auendano de Met. Cap.* 1. *de orig. ſeu metus natura nu.*1. omnis inſpectio etymologia
1 cognita planior eſt, ✠ ideo ſciendum quod Inimicitia ſic dicta
2 eſt quaſi nō amicitia, cū inimic° dicatur quaſi non amicus, vt notat *Lucas de Penna in l. vnic. C. de bis, qui ſe deferunt lib.* 10. *col.* 2. *verſ. pariter equaliter inimicus*, & eſt ira vlciſcendi tempus obſer-
3 uans, vt ait Cicero lib. 4. Tuſcul. quæſt. quem citant, & ſequuntur *Lucas de Pēna in l vn. C. ſi propt. inimic. elect. facta ſit lib.* 10. & *Lelius Zanch. de Duell. inter milit. Sacr. & Secular. lib.* 2. *in proem. n.*
4 1. quæ cum ſit contra Saluatoris noſtri præceptum ſcriptum, *Luce cap.* 10. diliges proximum tuum ſicut te ipſum, & *Ioa. cap.* 11. hoc

11. hoc eſt præceptum meum vt
5 diligatis inuicem, ✠ ne illud cõ-
temnere videamur, cum graue
peccatum ſit, vt notat, *Menoch.
de præſumpt. lib. 5. præſump. 44. nu.
1. Lel Zanch. de duell. inter milit.
eccleſ. & ſecul. lib. 1. cap. 41. nu. 2.*
vbi quod præcepto non obedire
peccatum eſt, ſecus conſilio non
6 obedire, ✠ non præſumitur; &
7 ideo nemo præſumitur odio pro-
ſequi proximum ſuum, & eius
inimicũ eſſe, ſed amicum, *vt poſt
Bald. conſ. 41. lib. 5. Soccin. Sen. cõſ.
43. lib. 3. Gozad. conſ. 89. in fine,
Bellon. conſ. 63. nu. 12. Crauet. cõſ.
8. n. 8. & Maſcard. de probat. con-
cluſ. 898. nu. 4. firmauit Menoch.
dicto lib. 5. de præſumpt. præſumpt.
43. nu. 1. & poſt eum Giurb. conſil.
20. nu. 10. conſ. 51. nu. 3. & 4. conſ.
82. ſub nu. 22. conſ. 91. num. 28. &
conſ. 97. nu. 1. Bardellon. conſ. 74.
nu. 28. Graſſ. de except. except. 24.
nu. 40.* & *de effect. amic. nu. 33. Pa-
riſ. de Reſignat. lib. 5. queſ. 3. n. 259.
PruKman. conſ. 43. nu. 18. Claud.
Tut. Allegat. 45. nu. 23. Ball. de lit.
diſpenſat. caſ. 1. q. 2. nu. 3.* & *45. Bo-
nacoſſ. de præſumpt. verbo Inimici-
tia folio mihi 96. Mantua conſ. 24.
nu. 13. conſ. 57. nu. 18. conſ. 216. n.
20. & 266. nu. 45. Sylueſt. in §. Itẽ
propter inimicitiam nu 13. de excu-
ſat. tut. inſt. Azeued. lib. 2. titul. 10.
leg. 19. nu. 25. Cioff. conſil. 10. nu 8.
lib. 2. Ricc. Deciſ. Cur. Arch. Neap.
80. nu. 4. p. p. Hond. conſ. 87. nu. 44.
& 45. & conſ. 93. nu. 15. lib. 2. &
Conſ. 107. nu. 27. lib. 1. Pacian. cõſ.
43. nu. 15. conſ. 119. nu. 39. & cõſ.
137. n. 23. Farin. de Indit. & Tort.
q. 49. nu. 126. Decian. Trac. Crim.
lib. 3. cap. 25. num. 29. Imbrian. de
Repulſ. conſiderat. 4. ſub nu. 27.*
8 Facit quia præſumptio amici-
tiæ præſumptio naturæ dicitur,
cum inimicitia ſit contra ius na-
turale, *l. vt vim ff. de Iuſt. & Iur.
Farinacc. vbi ſupra poſt multos,
quos citat, Peregrin. conſ. 2. nu. 24.
lib. 2. Ball. de Indit. q. 13. num. 13.
Adrian. Neguſ. q. 47. nu. 17. 18. Pa-
cian. de probat. lib. 2. cap. 46. nu. 83.
Honded. dicto conſ. 87. n. 46. lib. 2.
Graſſ. de effect. amic. nu. 29. & 33.
Pariſ. de Reſign. lib. 5. q. 3. nu. 260.*
9 Hinc eſt quod inimicitia pro-
banda eſt ab eo, qui illam alle-
gat, *l. in ratione §. cum quidam ff.
ad l. Falc. l. 2. C. mandat.* c. *cum in
iure de offi. delegat. Pereg. vbi ſupra
nu. 24. Claud. Tut. Allegat. 45. nu.
22. & ſeq. Neguſ. in loco citato,
& q. 190. nu. 6. Pacian. de probat.
lib. 2. cap. 86. nu. 43. Giurb. dict. nu.
28. Cyriac. Contr. 409. nu. 70. Hõd.
dicto conſil 87. nu. 45.* & *conſ. 93.
nu. 15. & nu. 16.* inquit quod ſatis
10 dicitur probata inimicitia ſi cõ-
ſtat de cauſa ex qua reſultet præ-
ſumpta inimicitia, *Giurb. conſ. 13.
nu. 7.* & *Lel. Zanch. de duell. inter
mil. Sacr.* & *Secul. lib. 1. cap 27. n.
9. idem dicunt de Ball. de Indit. q.
21. n. 7. Scripſi effect. 113. Ampliat.
14. Grat. deciſ. 133. nu. 1. Graſſ. di-
cto nu. 40. Giurb. conſil. 51. num. 3.
PruKman. conſ. 43. nu. 19.*
11 Et non ſolum eſt probanda
inimicitia, ſed etiam probanda
eſt in ſpecie qualitas, & cauſa ini-
micitiæ

12 micitiæ, ✝ & ſic teſtes ſuper inimicitia deponētes nihil probāt, niſi de cauſa deponant, *Intrigl. Singul.* 176. *nu.* 62. *lib.* 2. *& ſingul.* 80 *num.* 11. *lib.* 3 *Randell. de Iur. prath.* §. *licet Verſ. venditoris fol.* 19 *in num.* 13. *Cyriac. vbi ſupra, Bardellon loco citato, nu.* 29. *Gargiar. conſ.* 65. *num.* 10. *Mut. ſuper pragm. titul.* 20. *n.* 6. *PruKman. ſupra, Teſtai Alleg.* 6. *nu.* 136. *Thor. in Compend. Deciſ. Neapol. p.* 3. *verbo Inimicitia, Gratian. deciſ.* 133. *nu.* 2. *Neguſant. dicta q.* 47. *nu.* 17. 18. *& q.* 137. *nu.* 5. *Farinac. loc. cit. nu.* 127. *qui nu.* 128. *ex Maſcard. de probat. concluſ.* 692. *nu.* 1. *&* 3.

13 ✝ intelligit hoc procedere parte non opponente, alias ſecus, *Ball. de Indit. q* 21 *nu* 6. *&* 8. *Neguſ ſupra nu.* 19. *Giurb. Conſil.* 82. *nu.* 29. *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *preſumpt.* 43. *n.* 2. *Imbr. de Repulſ. conſiderat.* 4. *nu.* 27. 28. *&* 29.

14 Et qualitas, & cauſa euidenter probari debet, *Farinac. poſt multos vbi ſupra nu.* 129.

15 Fallit in notorijs quando ſcilicet inimicitia eſt notoria, quia tunc ſufficit allegatio inimicitię *Adrian. Neguſ. q.* 321 *nu.* 4. *poſt Soce. Ceſal. & alios.*

16 Et licet ſupradicta nō videātur vera, cum certum ſit inimicitiam coniecturis probari, vt firmant multi, quos citat, *Farinac. loco citato nu.* 130. *& Hond. cōſil.* 87. *num.* 10. *&* 48. *lib.* 2. *Pariſ. de Reſign. lib* 5. *q.* 3. *n.* 261. *Peregr. cōſ.* 2. *nu.* 25. *lib.* 2. *Gratian. deciſ.* 133. *nu.* 4. *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 43. *nu.* 3. *Neguſant. dicta q.* 47. *nu.* 1. *vbi nu.* 2. dicit quod

17 etiam probatur ex aſſertione partis, idem dicit, *Caſtill. deciſ.* 180 *nu.* 2. & *vide in verſ. ſequenti.*

18 Quia amicitia, & inimicitia ſunt paſſiones animi. *Neguſant. & Peregr. locis ſupra citatis, Hippolyt. Riminal. cōſil.* 299. *num.* 37. vbi, quod inimicitia eſt res in animo exiſtens, quæ non videtur nec cognoſcitur per exteriora. *Lel. Zanch. de duell. inter milit. Sacr. & Secul. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 8. & *Cap.* 27. *n.* 7. vbi quod inimicitia formatur in animo ex cauſis iuſtis, vel iniuſtis, *Teſtai Allegat.* 61. *n.* 60. *Giurb. conſil.* 82 *ſub n.* 22. *ex eodem Neguſant. q.* 237. *nu.* 5. & *Maſcard. de probat. concluſ.* 899. *nu.* 1. vnde in eis probandis ſtandum aſſertioni partis inquit, *Giurb. loco citato,* & *Caſtill deciſ.* 180. *nu.* 2. inquit quod inimicitia probata ex dicto offenſi facit plenam probationem, *Scripſi eſſect.* 113. *nu.* 3. & *vide Imbrian. de Repulſ. Conſiderat.* 6. *à nu.* 69. *cum ſequent.*

19 Tamen *Farinac. ſupra nu.* 131 ita has opiniones cōciliat, quod licet ad probādum inimicitiam ſufficiant coniecturæ, tamē cauſæ, ex quibus præſumptio inimicitiæ oritur, debent euidenter, & manifeſte probari, alias non diceretur inimicitia probata, *Valenzuel. conſil.* 92. *n.* 124. *Neguſāt. dicta q.* 47. *ſub n.* 18. inquit quod conſiderando inimicitiam prout concernit rancorem animi

male-

maleuolum, beneuerũ eſt quod probatur coniecturis; ſed pro vt reſpicit, & concernit alios actus extrinſecos, puta vulnera, vel aliam iniuriam, ex qua cauſatur inimicitia, non probatur inimicitia, niſi probetur cauſa inimicitiæ.

20 Quot vero teſtes requirantur ad probandam inimicitiam, ſeu cauſam inimicitiæ? dic quod duo ſufficiunt, *vt ſcripſi infra effectu 21. verſic. quot vero teſtes num.*

21 Cauſæ vero ex quibus inimicitia præſumitur, vel leues ſunt, vel capitales: Hinc dupplex eſt inimicitia, vel leuis, vel capitalis, *Farinac. poſt multos dict. qu. 49. nu. 1. Lel Zanch. de duell. inter milit. Eccl* & *Secul. lib. 1 cap 6. nu. 4.* & *lib. 2. in proem. nu. 2.*

22 Quæ nam verò dicatur cauſa leuis, & capitalis, & conſequenter quæ inimicitia ſit leuis, vel capitalis arbitrio iudicis remicti tur, *Menoch. de arbitr. q. 110. nu. 3. Viu. deciſ. 450. nu. 8. Conuerſan Inſt. de excuſat tuto. §. Inimicitiæ nu 10. Riminald. de donat. Inſt in principio nu 1082. Farinac. dicta q. 49. nu. 86. concluſ. 20.* & *vltim.* vbi quod multum arbitrio iudicis tribuitur An & quando quis dicatur inimicus, & quando etiã reputetur inimicitia capitalis, vel non; & quod iſto caſu iudex ſuum arbitrium regulabit iuxta facti ac perſonarum qualitates ac circunſtantias, *Caſtill. deciſ. 210. nu. 13. Intrigl. ſingul. 168. nu. 12. lib. 1. Roſental. de feud. cap. 6. cõcluſ. 53. nu. 2.* & *in allegatis littera A, Oinot. in §. item ſi propter nu. 8. Inſt. de excuſat. tut. Imbrian. de Repulſ. Conſider. 4. nu. 13. Pariſ. de Reſign. lib. 5. q. 3. nu. 258.* & *q. 6. n. 171.* & *172. Maſſobr. in prax. habend. Conc. ad parroch. de Collat. fact. elect. Requiſit. 7. dub. 36. nu. 2.* & *3. Oter. Rom. Lucu. diſp. 18. nu. 8 Vbert. Locat. in Iudic. Inquiſit. verbo Inimicitiæ, Monald. conſil. 56. nu 7. lib. 2. Hond. conſil. 87. nu. 1.*

24 *lib. 2.* & *nu. 54.* aduertit, ✝ quod ad cognoſcendum an cum aliquo contrahatur inimicitia, cõſuetudo patriæ eſt actendenda, *Scripſi infra effectu 113. limit. 1:* vnde ex infraſcriptis arbitrari poterit An inimicitia ſit leuis, vel capitalis.

25 Contrahitur ergo primo inimicitia capit lis (vt ſequar ordinem *Farinac. dicta q. 49.* ex lite omnium bonorum vel maioris partis, *Farinac. poſt multos loco citato nu. 2.* & præter allegatos ab eo, *Tiraq. de nobilit. cap. 31. nu. 370. Gratian. cap. 738. nu. 54. Sperell. deciſ. 139. nu. 55. Rub. deciſ. Rot. Rom. 155. nu. 45.* & *46. tom. 2.* & *deciſ. 165. nu. 9. 10. 11.* & *12. Aſin. in prax. in principio cap. 6. nu. 14. Caſtill. deciſ. 168. num. 22. Maſtrill. deciſ. 263. nu. 23 Riminald. Inſt. de donat. in principio n. 1081. Hieron. de Leo deciſ. 40. nu. 134. Venturin. conſil. 44. n. 49. Fõtanel. deciſ. 14. nu. 25. Lel. Zanch. de duell. inter milit. Sacr.* & *Secul. lib. 1. cap. 6. nu. 2. Caſſan. ſuper Cõſu. Burg.*

Burg.quæſt.3. §.1.nu 13. Donad.
de Renunc.Cap.32,num.71,72 &
73.Vin.deciſ.45 .nu.7. Buccar.
de differ. inter Iudici. Ciuil. &
Crimin.differ.99.ſub num.3. Ra-
mon:conſil.4.num,49,Rau.in Al-
phab aur. Verbo Inimicitiæ Oter.
Rom. Lucub. diſput.18.ſub num.
8.Vbert. Locat.in Iudici. Inqui-
ſit. Verbo Inimicitiæ, vbi dicit,
quod maior eſt inimicitia, quæ
oritur ex cauſa omnium bono-
rum qu.m illa quæ oritur ex
accuſatione capitali, Monald.
conſil.30.num.24.lib.1.& conſil.
36. num. 60. lib.2. Hond. conſil.
107. num. 31. lib. 1. & num. 33.
26 dicit, ✠ quod hoc intelligitur
inter principales, non cum pro
curatore, ſeu auxiliatore, Sforz.
Odd. Conſil.15. num. 36. Guazz.
ad defenſ. reor. defenſio.28. circa
articulos Cap.1.nu.8. Velanzuel.
conſil.43 num. 184 & ſequent.
Barboſ.in c cum oporteat ſub nu.
6.de Accuſat.& Inquiſit. in Au-
th ſi teſtis num. 9. C. de Teſtib.in
c.item cum quis num.4.de Reſtit.
ſpoliat. & de poteſt. Epiſcop. par.
2, Allegat. 40. num.11. Vermigl.
conſil 26 num.181. Conſil.320.
num.3.conſil.321.nu.5.& conſil.
381.num.12 Conuerſan. Inſt. de
Excuſat.tut § Inimicitiæ num 13
Oinot.in § item ſi propter num.8.
Inſ.de excuſat.tut. Serafin. deciſ.
1076. num.5. Palm. in diuerſor.
Iur. comm. & Regn. pragmat. 2.
de ordin. Iudici. Gl.7.nu 2 Ann.
conſil.59.num 3. Imbrian.de Re-
pul. Conſiderat.4.ſub numer. 11.

Menoch. conſil.385.num.10.&
de præſumpt. lib.3.præſumpt. 37.
num. 33. & lib.5 præſumpt.43.
num.5. Maccag.lib.2.commun.
op.capit.7 num.10. D. Benedict.
Eman Reſpo. 7. ad Orat. D. Mar.
Cutell. column.61. Mandel. conſ.
646.num.3. Mut.Conſect.21.nu.
37. Petr. ad Gram. deciſ 33. ſub
numer. 2. Riminald. conſil. 302.
num.7. & conſil. 364. num. 14.
15. & 17.
27 Et ideo inter duos litigantes
præſumitur inimicitia Menoch.
conſil.385. numer. 10. niſi qu s
alieno nomine litiget Caſtill
deciſio. 80. numer. 28. & dixi
ſupra.
28 Et vulneratus ab eo, cum
quo litem habet, præſumitur
vulneratus c uſa ipſius litis Me
noch. dicta præſumptio. 43 ſub
num 6.
29 Ratio eſt, quia cauſa bono-
rum, & cauſæ vitæ æquiparan-
tur, & magna cauſa ciuilis
æquiparatur cauſę criminali,
vt firmant ſupra citati DD. &
Buccar. de different. inter Iudic.
Ciu. & Crimin. different.99. ſub
num. 1.
30 Contrarium quod ex lite om
ni m bonorum, vel maioris
partis non oriatur inimicitia
capitalis, ſed quaſi capitalis
firmant non nulli, quos refert
Buccar. de different. inter Iudic.
Ciuil. & Criminal. different.99.
num.3 vel grauiſſima, Rouit. ſu-
per pragmat. 15. de Suſpic.offic. §.
19.num.24.in fine.

B Sed

31 [illegible] dicit post multos vna cũ Farinac. [illegible] oriri capitalem inimicitiam.

32 [illegible] posita in cõclusionem duobus ampliat modis *Farinac. loco citato* primo etiam ſi agatur de meliori re, quam quis habet in bonis, vel de amiſſione magni lucri, vel de magna pecuniarum quantitate, quia tunc ex tali lite inimicitia capitalis oritur, *Buccar. ſupra num. 1. Ancbar quæſ 5. lib. 2. num. 4. Vermigliol. conſil. 321. num. 6. Imbrian. de Repulſ. Conſiderat. 4 ſub num. 11.* vbi exemplificat quando lis eſt ſuper vno feudo *Lel. Zanch. de duell. inter milit. Sacr. & Secul. lib. 2. cap. 8. num. 5*

33 Ratio quia pecunia eſt alter ſanguis ipſius hominis *Buccar. dicta differ. 99. ſub nu 4. ex Gloſ. Menoch. [illegible] & alijs.*

34 Ampliat ſecundo *Farinac. vbi ſupra num. 6.* vt hæc inimicitia orta ex lite omnium, vel maioris partis bonorum duret etiam finita lite *Gratian. cap. 738. num. 55. Menoch. dicta præſumpt. 43. num 7.* Sed hoc inquit *Farinac. num. 9.* remictitur Iudicis arbi-
35 trio, qui ex qualitate negotij, & perſonarum exiſtimabit an finita lite adhuc inimicitia duret, idem dicit *Menoch ſupra n. 9.*

36 Ampliat tertio, vt inimicitia capitalis contrahatur nõ ſolum ex lite omnium, vel maioris partis bonorum, ſed etiam ſi agatur de [illegible] graui, & ardua cauſa puta matrimoniali, monachationis, filiationis, vel ſi intẽtetur aliqua famoſa actio, vel quæſtio ſtatus moueatur, *Farinac. poſt multos vbi ſupra num. 21. 22. & 23. Barboſ. in Auth. ſi teſtis nu. 8. C. de Teſtib. & de pot. Epiſ. p. 2. Alleg. 40 nu. 13 Conuerſ. in d. §. Inimicitiæ nu. 14. & 15. Aſin. in prax in princ. cap 6. nu. 14. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 43. n. 4. Imbrian. de Repulſ. Conſiderat. 4. ſub num. 11.*

37 Limitatur primo non procedere quando lis eſſet ſuper poſſeſſorio, non ſuper petitorio, quia cum tunc agatur de modico præiudicio, cum in petitorio reſeruetur ius parti, non oritur inimicitia capitalis ex lite omnium, vel maioris partis bonorũ *Blanc. poſt Bartol. quem citat in l. fin ff. de quæſt. nu. 128. verſ. intellige prædicta nõ procedere, Decian. in tract. Crim. lib. 3. c. 25. n. 18. p. p.*

Farinac. vero vbi ſupra nu. 12. multum dubitat de hac limitatione, & eam veram non credit
38 quia priuari poſſeſſione rerum ſuarũ omnium, vel maioris partis earum nulli dubium eſſe inquit quod non ſit maximum dãnum, & detrimentum; vnde pariter, & maximum oritur odium contra inferentem, vel inferri volentem tale damnum.

39 Limitatur ſecũdo hæc cõcluſio vt procedat tantum in caſu, in quo loquitur, ſ. quando lis eſt omnium, vel maioris partis bonorum; ſecus ſi de aliqua re parua, aut leui (licet quandoque

ex contentione ſuper parua ,
aut re leui in dies oriantur ini-
40 micitiæ) quia regulariter præ-
ſumendum eſt,quod vnuſquiſq;
modicum damnum æquo animo
ferre debeat, & quando oriretur
inimicitia , non eſſet capitalis ,
41 ſed leuis,quæ nõ induceret pręſumptionem delicti , *Farinac. ibidem nu. 13.14.&15. Buccar, loco citato nu.3. Barboſ.in dicto c.item cum quis nu.9.de Reſt.Spoliat.Burſat.conſil.231.nu.12.lib.3 Larat.conſil.105.nu.13.*

42 Quæ vero dicatur cauſa parua, vel magna iudicis arbitrio remittitur, qui qualitatem perſonarum conſiderabit, vt notat, *Farinac.ſupra nu.14.*

43 Hinc recte, & non ſine maxima ratione diſpoſitum eſt à iure, vt tutor, vel curator debitor , vel creditor pupilli , vel adulti in magna quantitate poſſit ſe ab onere tutelę excuſare; ſi reuera lis ſubeſt, quod probare tenetur , & ſi ſe non excuſat poteſt vti ſuſpectus remoueri §. *item propter litem Inſt. de excuſat.tutor.vbi Conuerſan.nu.1.7.et 8.Molin.de Iuſt.& Iur.diſp.221 verſic.qui minori debet , Barboſ. in Auth.minoris debitor C.q.dar. tutor.nu.1.3.& 7. Angel.Scial.in prax.torq.reos cap.12.nu 23.*

10 Tertia propter bellum, vel peſtem *Mongol. de Met. capit. 7. Cutell. ſupra nu. 117. D. Ambroſ. Maia vbi ſupra, Cancer. dicto cap. 6 ſub num. 85. Carroc. de loc. & cond de Remiſſ. merced. q. 8. num. 1 & 16. Paſch. de patr. pot. p. 4 c. 6. num. 24. Velaſc. de Iur. empbit. p. p. q. 22. nu. 6. Coſt. de Rat. q. 141. num 8. Rip. de peſt. p 2. num. 17. Molin loco citato nu. 1. Coſt. cõſil. 83. num. 11.* vbi conductor ex cauſa peſtis poteſt ante tempus à domo conducta recedere nulla penſione ſoluta pro temporis reſiduo, *& vide Addit. ad eum R. D. Hipp. Maia conſul. 35. n. 15. Auẽd. d. q. 32. ſub n. 19. & n. 24. in fine citat D. Maiam.*

11 Intellige ſi tempore, quo cõduxit bellum non immineret, vel peſtis non adeſſet, *Auend. dicta q. 32. num. 23. & 24. Cancer. num. 91. Carroc ſupra num. 3*

12 Sed ſi poſt conductionem maius bellum, vel peſtis interueniat, recedere poſſe dicendũ eſt *ex notatis per Carroc. de Loc. & conduct. de Remiſſ. merced. q. 8. num. 12.*

13 Quid ſi conductor poterat è domo migrare, & non migrauit? An ſit ei remiſſio mercedis faciẽda? vide *Cancer. diſtinguentem vbi ſupra à num. 92.*

14 Quid ſi migrauit è domo, & ſecũ tulit claues, & reliquit intra domum ſuam mobilia, numquid debet fieri remiſſio penſionis? *Cancer. loco citato à nu. 98.* pro affirmatiua concludit, vt videre eſt apud eum.

15 Contrarium firmat *Carroc. dicta quæſt. 8. num. 81.*

16 Sed An ceſſante ruina, bello, vel peſte teneatur conductor iterato habitare domum, & ſoluere penſionem ad ratam temporis, quo denuo ipſam habitare potuerit? & quod ſic determinant *Coſt. loco citato num. 9. Carroc. de Loc. & conduct. de Remiſſ.*

Remiſſ. Merced. queſt. 8. nu. 8. & 9. Cancer. dicto cap. 6. ſub nu. 97.
17 Contrarium *Paſqu. de Virib. patr. pot. p. 4. cap. 6. ſub num. 44.*
licet dominus teneatur inquilinum ad priſtinam conductionem reponere *Paſqual. ſupra, & Marſil in Rubr. de fideiuſſ. n. 264.*
18 Quarta propter conſtructionem furni in pariete intermedio domus propter timorem propinqui incendij, *Ill. de Cutell. loco citato dicto num. 117.*
19 Quinta quia cõductor adeptus eſt aliquam dignitatem, per quam ſine verecundia, vel maxima litigantium, & ſubditorũ incommoditate non poſſit in domo conducta perſiſtere *Cutell. vbi ſupra num. 116. Nouar. in l. quamuis nu. 7. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 10. Mangil. dicta queſt. 150. nu. 20.* vbi quod procedit
20 non obſtante iuramento, obligatione camerali, & pacto de non opponendo, *Gratian. dicto cap. 740 per totum.*
21 Sexta aduocati, procuratores, & magiſtri actorum ob receſſum curiæ Meſſanam verſus poſſunt recedere à domo, & non tenentur ad futuram penſionem, ſuper quo ſolet fieri actus Viceregius *vt notat Cutell. vbi ſupra n. 118.* facit quod notat *Paſch. de patr pot. p. 4. cap. 6 num. 25.*
22 Septima propter timorem latronum, & graſſatorum, ſi tamen tempore conductionis talis timor non aderat *Ripol. poſt multos de locat. & conduct. cap. 12. num. 241.*
23 Octaua timore malorum ſpirituum *Carroc. de locat. & conduct. de Remiſſ. Merced. q. 8. n. 16. Ripol. loco cit. n. 141. Nouar. vbi ſupra num. 5. Rouit. pragm. 1. de locat. & conduct ſub num. 27. Cutell. dicta partic. vnic. nu. 117. Molin. dicta diſput. 493. num. 1. Chriſt. Medic. Examin. 28. num. 37. Mart. del Rio Diſq. Mag. fol. 39. verſic. Decimo ſexto, Mut. conſuet. 54. num. 36. Auend. de Met. cap. 32. num. 20. & num. 27. & 28.* Repræhendit contrariũ tenentes, *Paſch. de patr. pot. p. 4. c. 6. num. 24. Velaſc. de Iur. emphit. p. p. q. 22. num. 7.*
24 Quod intellige ſi tẽpore cõtractus malos ſpiritus in domo verſari ignorauerit conductor; *Auend. dicta quæſt. 32. num 22. Velaſc. ſupra.*
25 Nona ſi domus ſit peſtilens, aut malè ſana, vel fætida *Auend. ſupra num. 21. & num 24. in fin.*

Decima cauſa eſt propter culices vulgo, dicti Zãpaglioni, ſeu Sanzare, ſi adeo infeſti, & moleſti ſint, vt habitationem valdè incommodam reddant, pro vt in ſimili dicit *Auend. de Met. cap. 32. num. 28.*, & faciunt tradita per DD. ſupra num. 23. Aliam cauſam vide effectu ſecundo.
26 Sed an antequam recedat teneatur domino denunciare receſſum, & claues tradere? Quod ſic *Coſt. dicta quæſt. 141. nu. 10.*

Ripol.

Ripol. dicto cap. 12. nu. 201. Socc. Iun. Conſil. 120. num. 19. lib. 3. Menoch. de Arb. Caſ. 137. nu. 19. & ſequ. Mut. Conſuet. 54. num. 3. Gratia. cap. 354. Burſat. Conſil. 309. num. 13 et ſequ. in 3. Ruin. conſ. 77. lib. 1. D. Ambr. Maia loco citato à nu. 19. Mangil. ſupra num. 9. et 10. Alex. conſil. 28. lib. 4. Ceſal. conſil. 475 num. 42. lib. 4. Carroc. de loc. et cond. de Remiſſ. Merc. quaeſt. 8. n. 88. et 89. Auend. dicta quaeſt. 32. num. 25. et 26. ✠

27 vbi quod ſi cum commode poſſet, non idenunciauit, vel claues non reddidit, & ea de cauſa dominus domum alteri non locauit, ad ſatisfactionem damni ſubſequuti compellendus erit; ſed ſi impedimentum eſt notorium, non eſſe neceſſariam denunciationem, vel proteſtationem *ex Menoch. conſil. 128. firmat Auend.* Addo *Intrigl. ſingul. 76. num 58 ſcripſi to. 3. de Citat. in add. ad 18. quaeſt. num. 50.*

28 Sed ſi dominus claues nollt recipere, debere eas deponere dicit *Cancer. ſupra num. 87.*

29 Et ſi dominus ſit abſens, & neminem domi ſuae reliquiſſet notificationem amicis, & affinibus fieri debere notat *Cancer. ſupra num. 89. et 90.*

Sed redeundo vnde digreſſi ſumus parcat mihi dominus de Cutell. quia ſua opinio ex capite fundata mihi non placet.

30 Primo quia erubeſcimus cũ ſine lege loquimur *§. conſideremus Auth. de Trient. et ſemiſſ. l. illam, vbi Iaſon. et DD. C. de Collat. Andr. Abexea in cap. 1. Not. vlt. num. 87. de Conſtit. Io. Marc. Aquil. in l. Centurio p. p. ſub num. 28. de vulg. et pupil. Auall. de Inuent. num. 20. Caſtag. Deduct. Neg. quaeſt. p. Ampl. 11. num. 9. Beluiſ. in pract. tit. quotupl. ſint cauſę ſub num. 117. Spec. Giurb. deciſ. 6. ſub num. 8.*

31 Secundo, quia ſicut inimicitiae locatoris conductori obeſſe non debent, vt inquit *Carroc. de locat. et conduct. titul. de caſib. quaeſt. 5. fol. 175. à tergo in tertia editione, et ſcripſi effectu ſecundo verſic. ſed an conductor,* ita inimicitiae conductoris non

32 debent locatori nocere; ✠ correlatiuorum enim eadem eſt iuris diſpoſitio, & diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in altero, maximè quando nõ adeſt diuerſa ratio *Robles de Repreſ. lib. 2. cap. 19. n. 16. 17. Ferrer. ſuper conſtit. los impubers Gloſ. 6. num. 2. Alex. in l. de diuiſione num. 11. ff. ſolut. mat. Marſil. in l. §. ſi quis num. 26. ff. de quaeſt. Franc. deciſ. 128. num. 5. Magon. deciſ. 58. nu. 7. Gratian. cap. 26. num. 15. Maluaſ. conſil. 74. num. 10. Camil. Bitlott. de Abſolut. Iuram. lib. 1. cap. 2. num. 21. Giurb. deciſ. 5. num. 2. Maſtrill. deciſ. 256. num. 32. Caſtill. deciſ. 250. num. 63. Paſch. de patr. pot. pa. 4. cap. 6. num. 26* qui hoc genere argumentandi vtitur in materia de qua agimus.

33 Facit regula alteri per alterũ non debet iniqua conditio inferri

conditio inferri *Giurb. deciſ.* 4. *ſub num.*8. *deciſ.* 29. *nu.*16. *deciſ.* 60. *num.* 18. & *deciſ.*81. *num.*8. *Bonior. conſil.* 31. *numer.* 84. *Cutell. de Donation. tractat. ſecundo diſc. prim. Spec. ſexto nu-*
34 *mer.* 28. ✠ iniquum eſt enim facto alterius aliquem citra eius culpam grauari *Velanz. conſil.* 92. *num.* 117. & ſi conductor in huiuſmodi caſu poſſet à domo conducta recedere, locator ſine culpa ſua eſſet in damno, & loerium perderet, quod eſt abſurdum.

35 Eſt verum, quod inimicus poteſt authoritate iudicis remoueri per conuicinium *Mut. conſuetud.* 33. *numero quarto ex Carroc. de locati.* & *conducti. Titulo. de ſublocation. quæſtion. ſexta. ſub numer. ſexto* Sicut poteſt cogi ne accedat ad contratam inimici, vt ſcripſi effectu.

36 Sed an vicinus expulſus teneatur ad loerium domus; vel ille ad inſtantiam cuius fuit expulſus? vide ſi poſſit terminari ex dictis per me *tomo ſecundo de citation. in addit. ad decimam octauam quæſtionem num.* 13.3.

37 Caſus vero ex quibus locator poteſt à conductione recedere? ponit *Velaſc. de Iur. Emphiteot. quæſtion. vigeſima ſecunda*, ad quem vos remicto.

SECVNDVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Conductor impeditus uti re conducta à tertio in odiū, & propter inimicitiam locatoris poteſt agere ad totale intereſſe.*

Amplia ſiue locator habuerit inimicitias ſua culpa, ſiue non, ſiue inimicitiæ fuerint iuſtæ, ſiue non, ſiue fuerint cauſa immediata damni, ſiue non, num. 2.

Amplia in vēditore vt teneatur de euictione quando emptor fuit ſpoliatus re vendita ab ipſius inimicis, ſecus ab inimicis ipſius emptoris num. 3.

Etiam ſi inimicitia ſit abſque culpa venditoris, ibidem.

Intellige ſi inimicitia eſſet orta ante venditionem, ſecus ſi poſt num. 4.

5 *Damnum datum in fundo dotali ab inimicis mariti ab eo eſt reſarciendum.*

Niſi mariti inimicitia nuptiarum tempore eſſet publica nu. 6. & *de ratione num.*7.

8 *Conductor ſuſcipiens in ſe caſum fortuitum non intelligitur ſuſcipere damnum proueniens ex inimicis locatoris, & num.* 9. *de ratione*

10 *Nemo debet odio alieno prægrauari.*

11 *Conductor impeditus uti re conducta quando poteſt agere ad totale intereſſe, vel ad mercedis remiſſionem? remiſſiue.*

Mut conſuet.76.num.47.Marſil. in l.patri vel marito num.12.

133 Quid ſi duxit meretricem in vxorem, quæ deinde commiſit adulterium? quod maritus non lucratur dotem tenet *Ioa.Andr. in c. plerumq; de donat.inter vir. vxor.*

134 Quid ſi maritus occidit vxorem? vide *Farinac. vbi ſupra p. 12.à num.21. Carol.Rot. Concl. 2 ſub numer.43.Roland.de Lucr. Dot.q.63.*

135 Sed An hæredes mariti poſſint mulieri dotem repetenti obijcere adulterium? videndi ſunt *Gratian.cap.5.num.22. Cãcer.de dot.nu.136. Mut.Conſuet. 76 num.43. Ripol.de dot. Recup. cap.10.num.489. Fontanel dicta Clauſ.7.Gloſ.3 p.12.nu.3.Noal. de Tranſm.caſ.46.num.2.*

136 Sed An maritus,qui lucratur dotem, teneatur alere vxorem? ſunt opiniones hinc inde; Vnde videndi ſunt *Taſſon.vbi ſup. Mut.conſuet.76. num.42. Farin. q.143.num.42.Molfeſ.ſuper Cõſuetud Neapol.tom.1 p.5.titul.de Aliment preſt. q.13.nu.12. Surd. de Aliment titul.1.q.129.num.6. & titul.7. qu.16.num.1. Velaſc. deciſ.1 num.4 Decian conſil 128 lib. 3.Ceuall.q 734.num.24.Clar. §. Adulterium num 17. Anchar. q.28. Boer deciſ.22. Lel. Zanch. ſupra num.5.*

Ad materiam adulter. *vide Cuenc.de ſui defenſ lib.3.q.4. Carol.Rot.pp.Concl.Concl.2.*

137 Oritur etiam inimicitia inter coniuges ſi vxor ſe deoſculari permictit *Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.37. ſub num.37.*, quo caſu perdit dotem ſicut perdit per adulterium; & per tactum mammillarum, *Carroc. deciſ 58.nu 7. Merend.contr.Iur. lib 6. cap.14. Maſſin. Select. Iur. diſt.diſt.27.Mut.conſu.76.num. 50.Font.Clau.7.Gloſ.5.p.12.num. 9.Farinac.q.142.p.3 a num.133. Taſſon.de Anteſat.Verſic.12.obſ. 1.Allegat.26.ſub num.57.*

Oſcula namque ſunt incitamenta pro effectuali conſumatione actus venerei; quoniam raro euenit vt mulier oſculata non ſit corrupta;non enim minus maculatur honeſtas ex oſculis quam ex coniunctionibus carnalibus *Carol.Rot. pp.Concl. Concluſ.2.num.47. & num 48.* dicit quod bene diſpoſuit *tex.in l ſi a ſponſo C.de donat.ante nupt.* vt donatio, quę fit à ſponſo ſpõſę ſi moriatur ſponſus, & oſculum interueniat ſit medietas ſponſę, & medietas hæredum donantis, & ratio eſt, quia caro puellę pro medietate eſt corrupta; hinc omnes noſtri dicunt quod mulier propter oſculum lucratur medietatem dotarij etiam ſi oſculum imprimatur per procuratorem *Cutell.de donat.Tract.1.diſc.3.p.p.num.9.& ad DD. ab eo citatos addo Barbat.de diuiſ fruct.p.2.cap.3. num. 122.Taſſon.de Anteſat.Verſic.4: Obſeru.4. num.81. Nouar.q ſor. 66.num.2.lib.2.et Collect.ſecund.*

de

de don.prop.nupt.n.19.et 20.In-
trigl.de feud.Cent.2.art.7.nu.13.
Mut.cõſu.43.nu.78. Georg.Alleg.
*45 nu.2.*ſecus ſi per vim fuit de
oſculata, ſicut p vim cognita nõ
dicitur adultera *Mongol.de Met.*
cap.1. n.2 nec pœnam meretur
Auend.de Met.lib.2 c.30.n.26.
140 *S*ed qualiter puniatur oſcu-
lans per vim mulierem ? dic
quod punitur pœna arbitraria
DD.in l.ſi quis nõ dicã rapere C.de
Epiſc.& Cler. Affl.dec.276.Rot.
ſup.n.41.& 42.Gram.vot.48.n.2
Nouar.pragm.1.de oſc.mul. vnde
Triuiſ.dec.47. dicit ꝙ quidã fuit
cõdẽnatus ad triremes, *& Mut.*
dec.62. ꝙ quidam fuit condem-
natus per tres annos ad remi-
grandũ, *& Caball Reſol.96.* dicit
Florentiæ quẽdã fuiſſe exulatũ
p quinquẽniũ, idẽ dicit *Piguer.dec.*
7. Sed præcedente tractatu ma-
trimonij, & conſentiente mulie-
re nõ debet puniri *Gram ſup.ſub*
n.4.& vide Ricc.Collec.2185.p.
6.Maſſ. elect.Iur diſti.diſti.28.
Nouar.ſup.prag.1.col.1.de oſcu-
lantibus mulieres, Rouit.ſuper d.
prag.1.Farin.q.142 p.4.n.154.&
ſeq.Giurb.cõſ.47.n.16.Menoch.de
Arbit.caſ.287.Ball.de litt.diſpẽſ.
lib.3 c.13.n.33.Riminal.Iun.cõſ.
761.vol.7.Mut.ſuper prag.de ne-
fand.Accuſ.tit.29 nu.27.et ſuper
Cap.Reg.Iacob.35.num.62.
Oritur etiam inimicitia ca-
pitalis inter virum, & vxorem
magnam dotem repetẽtem *Cy-*
riac.Contr.172.nu.86.
141 Decimo ſexto oritur inimi-
citia ex expulſione, vnde ſi ego
de domo mea expuli Titium fa-
mulum meum, ſeu alium, is ſic
expulſus præſumitur meus ini-
micus, licèt non capitalis, niſi
ſit expulſus per vim, & cũ armis
Farin.loc.cit.n.81.et 82.et cõſ.216
n.12.lib.3.quẽ citat Giurb.cõſ.37
n.24.Velanz.conſ.161.n.49. vbi
poſt multos cõcludit, ꝙ taliter
expulſus non põt teſtificari cõ-
tra expellentem, & admiſſus
ad teſtimonium nõ probat, ma-
xime quando expulſio fuit ob
ſcelera, *Cyriac Contr.409.n.75.*
Bardellon.conſi.29. nu.30.lib.1.
142 Decimo ſeptimo oritur ca-
pitalis inimicitia ex retentione
vxoris alienæ inter virum, &
retinentem, idem de retinente
143 ſororem, ✠ vel adulterium
committente cum vxore; licet
non retineat *Farin.d.q.49 n.83.*
84.et 85.Barboſ.in c.accedens n.
3.vt lit.non conteſt.R.D.Hippol.
Maia conſul.52.n.1.et 3.Menoc.
d præſump.37.n.29.et ſeq. Sperel.
dec.139.n.51.et n.86. aduertit Fa-
rinac. quod extra prædictos ca-
ſus, qui a iure ſunt comprobati,
& à DD. recepti multum iudicis
arbitrio tribuitur, an & quando
144 quis dicatur inimicus, & quãdo
etiam inimicitia reputetur ca-
pitalis, vel non, quo caſu iudex
ſuum arbitrium regulabit iux-
ta facti, & perſonarum qualita-
tes, & circũſtãtias, nõ ſolũ quo
ad repellẽdũ teſtẽ à teſtimonio,
ſed etiam quoad faciẽdũ inditiũ
ad torturam, & ſcripſi ſupra.

145 Sed An oriatur inimicitia
capitalis ex impedimento non
cognoſcēdi carnaliter amaſiā ?
quod non dicit *Vermigliol. cōſ.*
60.n.9.vbi n.11. An ex riualita-
te oriatur inimicitia ?
146 Et an oriatur grauis inimici-
tia inter teſtatorem , vel dona-
torem,& legatarium,& donata-
riū,ſi legatarius,vel donatarius
neglexit curam teſtatoris , vel
donatoris ęgrotantis ? quod ſic
firmat *Menoch. d.præſump.37.n.*
31.& Molf in ſum. tr.13.cap.5.
de vltim. volunt.num.146.
147 An extinguatur morte ?
quod ſic dicit *Hond.conſil. 88.*
num.41.lib.1.
148 Contrarium *Medices mori*
omnia ſoluit.p.3.n.55.ex Marſil.
in l.final.num.53.ff.de quæſt.
De ſupradictis,& alijs cauſis
vide Ghiliſer.de Iudic.Regul c.14
n.21.Vber.Locat.in Iudic.Inqui.
verbo inimicitiæ, & Repert. In-
quiſit.verbo inimicus.
149 Ceſſat vero inimicitia per
amicitiā ſubſequentē *Riminal.*
conſ.524.n.33. Siue expreſſam,
ſiue tacitam, quia reconciliatio
probatur ſecundū quod proba-
tur remiſſio iniuriarū *Alberi.de*
Roſat.de Teſt.fol.166 n.4.Dam-
bod.in prax.Selec.ſent. verbo ini-
micus, puta quādo ſe ad inuicē
faciunt grata ſeruitia , qn̄ ſimul
150 comedūt (ſi ſponte hoc faciāt,
ſecus ſi ſint inuitati in aliquo
conuiuio , ſicut qn̄ quis recipit
inimicū ad oſculū pacis in Ec-
151 cleſia nō dicitur remiſſa iniuria)
Maſcard.de prob. cōcl.1161.n.6.
et Amic.cōſ.4.n.25. Arn dial.60.
Iul.Ferret.de Fer.ſeu Induc.mili.
n.210. qn̄ ad inuicē ſalutantur,
ſi eodē poculo bibāt;ſi ſimul ri-
152 dent,vel ludāt, ſi ad inuicem ſe
ſcribant, vel loquantur *Gl.in §.*
pen.Inſt.de Iniur.Luc.de pen.in l.
vn.C.publ.letitię lib.12.verſ.iniu-
ria quippe Afflic.in Rub.ex quib.
cauſ feud.amit.n.2 Alex.ad Bart.
in l.non ſolū §.iniuriarū ff.de in-
iur.Fab.§.fin.Inſt.de iniur.Amic
cōſ.4 n.25.Mut.cōſuet.25.n.4.Ca-
rau.Rit.275.n.3.Maſcar.de prob.
d.cōcl.1161.nu.12.et ſeq.Surd.de
alim.tit.7.q 1.n.34 et ſeq. Rau.in
Alph.verbo inimicitiæ Sāfel.dec.
241.ſub nu 4.Fuſc. Singul.verbo
inimicus n.23 omnino Rep.Inq.
verbo inimicus verſ.quādo aūt et
verſ et an ſalut. Iul.Ferret.de Fer.
et induc. Milit.n.157.et n.218.et
219.Hod in l.hac edictali q.21.
n.34.et49.Molf.ſup cōſue.Neap.
p.5.de alim.præſtād.q.12.à n.28.
153 ✠ vbi quātū ad ſalutationē di-
cit non eſſe ſufficientē ad præ-
ſumendā iniurię remiſſionem,
quia quandoque fit ad vrbani-
tatem, & quandoque fit incon-
154 ſideratè; ✠ dicitur etiam remiſ-
ſa iniuria , & facta reconcilia-
tio ſi alter alteri quid vendiderit
Add. ad Oinot.in §. item ſi prop-
ter lit.E,Inſt.de Excuſ.tut.Rau.in
Alph.verbo inimici. Fuſc.in ſing.
verbo inimicus n.23.Reper.Inqu.
verbo inimicus verſ. quādo autē,
vel qn̄ teſtator aliquid inimico
155 reliquiſſet , quia tunc euidens
ſignum

Digitized by Google

ſignum eſt remiſſi odij *Menoch. lib.4.de præſumpt.præſumpt.170. num.13.Maſcard ſupra num.22.*
156 vel ex tactu manuum, *Alex.ad Bart.vbi ſupra, Maſcard.loco ci-*
157 *tato num.*8. quia ſtringere manum alicuius inducit dilectionem *cap.1.de ſponſ.duor.* & manum intra manum ponere denotat ſignum fidelitatis,& obedientiæ *Specul. in titul. de feud. §.quoniam numer. 66. Maſcard. ſupra num.9.* 10.11. vel ſi ad in-
157 uicem ſe oſculantur *Gloſ. in c. pacem de conſecr.3.diſt.Maſcard. ſupra num.4.& ſequ.* vel ſi iniu-
158 riatus recipit ſatisfactionem ab iniuriante *l.ſed ſi vnus §. ſi ante iudicem ff de iniur. Maſcar. ſupra num.35.& ſequ.* vel ſecu-
159 ta confeſſione, & abſolutione Sacerdotis, & Sanctiſſimo Sacramento altaris ſumpto *Riminald.conſil.88.num.16.* vel pręſ-
16 ſtita cautione de non offendē do *num.*17. vel per continuam conuerſationem inſimul habitā *Claud.Tut. Allegat.45. num.*20. Sed vide *Molfeſ. dicta quæſt.12. num.*31.,qui dicit,quod per pœnitentiam Sacramentalem non tollitur iniuria,niſi quo ad Deum, cum ſit reconciliatio inter hominem, & Deum, & cenſetur remictere iniuriam quo ad Deum tantum remictendo rācorem animi, non autem pœnam delicti, ſed vide *Maſcard. vbi ſupra à num.25. Surd. de aliment.titul.7.q.p.ſub num.*50. *& ſequ.& vide effect:96.* Et quo ad cautionem de non offendendo *vide quæ ſcripſi infra effectu* 14. *verſic: quid ſi inimicus, ſcripſi effectu* 21. *num.* 43. *& effectu* 65. *num.*2. *& vide DD. remiſſiue citatos effectu* 113. *verſic. & quomodo probetur, & vide ſupra verſic.* nono præſumitur inimicitia, & ad id, quod ſupra dixi de ſalutatione, *vide Mainard. deciſ.98 numer.3. citatus à Ric. Collect.453. pro negatiua.*

Viſo vnde dicatur inimicitia, quid ſit, ex quibus oriatur, quomodo probetur, & quomodo ceſſet, neceſſario videndum eſt de effectibus ipſius, qui plures ſunt, vt infra patebit.

PRIMVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Conductor poteſt recedere à domo conducta propter inimicitiam capitalem, quam habet cum vicino veniente ad inhabitandum.*

Contrarium ſub num. 29. & de ratione n.30.31.32.33.&34

2 *Conductor non poteſt ante finitam locationem à domo conducta recedere, & recedendo ſtatim totam penſionem ſoluere tenetur, & ad alia, quæ tenebatur eſſe obligatus, niſi emigrandi iuſta cauſa adſit num.3.*

4 *Locator ſi ob receſſum conductoris abſque cauſa domum alteri locet pro eodem, vel maiori pretio, An poſſit contra cōductorem agere ad totam penſionem, vel*

tantum pro rata preteriti?

5 *Conductor ex pluribus cauſis poteſt a domo conducta recedere ſoluta penſione pro rata vſque ad tempus neceſſitatis receſſus.*

6 *Conductor poteſt a domo conducta recedere ſi vicinus, vel dominus domus vult aliquam feneſtram obturare.*

7 *Conductor ſi domus minatur ruinam pōt à domo recedere licet ruina non ſit ſequuta.*

Sed ruina debet eſſe ſuperueniens, alias ſi fuiſſet tempore contractus non eſſet legitima num. 8.

Sed An locator teneatur conductori dare loerium anticipatim habitum? num. 9.

10 *Conductor pōt à domo cōducta recedere propter bellū, vel peſtē.*

Si tempore quo conduxit bellū non immineret, vel peſtis non ad eſſet num. 11.

Quid ſi poſt conductionē maius bellum, vel peſtis interueniat An poſſit recedere? num. 12.

Quid ſi conductor poterat e domo migrare, & non migrauit, An ſit ei remiſſio mercedis faciēda? num. 13.

Quid ſi migrauit è domo, & ſecum tulit claues, & reliquit intra domum ſuam mobilia nunquid debeat fieri remiſſio penſionis? num 14 & 15.

Et An ceſſante ruina, bello, vel peſte teneatur conductor iterato habitare domum? nu. 16. & 17.

Et An dominus tenatur inquilinum ad priſtinam conductionem reponere? ſub num. 17.

18 *Conductor poteſt à domo conducta recedere propter conſtructionem furni in pariete intermedio propter timorem propinqui incendij.*

19 *Cōductor ſi adeptus eſt aliquā dignitatem, per quam ſine verecundia, vel maxima litigantium incommoditate non poſſit in domo conducta perſiſtere, poteſt ab ea recedere.*

Amplia non obſtante iuramēto, obligatione camerali, & pacto de non opponendo num. 20.

21 *Aduocati, procuratores, et magiſtri actorum ob receſſum curiæ Meſſanam verſus poſſunt recedere à domo, & non tenentur ad futuram penſionem.*

22 *Conductor poteſt recedere à domo propter timorem latronum & graſſatorum, ſi tamen tempore conductionis talis timor non aderat.*

23 *Conductor poteſt domum cōductam deſerere timore malorum ſpirituum.*

Si tempore contractus malos ſpiritus in domo verſari ignorauerit num. 24.

25 *Conductor poteſt à domo conducta recedere ſi ſit peſtilens, aut male ſana, vel fętida.*

Conductor poteſt à domo recedere propter culices, Si adeo infeſti, & moleſti ſint vt habitationem valde incommodam reddant ſub num. 25.

26 *Conductor antequam recedat à domo in caſibus permiſſis, An teneatur domino denunciare receſſum?*

ceſſum ? & numero vigeſi.ſept. Quid ſi dominus nolit claues recipere, vel ſit abſens ? n.28. 29.

33 *Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.*

34 *Iniquum eſt facto alterius aliquem citra eius culpam grauare.*

35 *Inimicus poteſt authoritate iudicis remoueri per cõuicinium. An teneatur ad loerium?n.36*

37 *Locator ex quibus caſibus poſſit à cõductione recedere remiſſiue.*

1 PRimus itaque effectus eſt, vt conductor poſſit à domo conducta recedere propter inimicitias capitales cũm vicino veniente ad inhabitandum *Cutell.de Donat.Tract.1. diſc.1. particul vnic.ſub num.117.*

2 Licet alias non poſſit à domo conducta recedere ante finitam locationem, & recedendo ſtatim totam penſionem ſoluere teneatur, & ad alia, quæ tenebatur, ſit obligatus *Cancer. cap.6.de Acquir.rer.domin. num. 84.Carroc.de Locat. & conduct. p.7 concl.4.num..1 Paſcb. de patr. pot p.4.cap.6 ſub nu.26. Gratian. cap.740.num. 8. Carroc. de locat. & conduct titul.de Iur ſub locat. cap.22.ſub num.7. DD.in l.ſi in l. §.ſi domus vbi Gloſ. et Bart. de locat.et conduc.et l.dominus horreorum e dem, Bero conſil.14.n. 28.lib.1.Coſt deRatio Rat.quæſt. 141.num.4. Cauale.deciſ.25.num. 6. lib. 2. Mut. conſuet. 54.num. 23.Auend.de Met.lib 2.cap.32.n.*

3 *16.* Niſi emigrandi iuſta cauſa adſit *Auend ſupra nu. 17.et omnes ſupracitati maxime Cancer. num.81*

4 Sed An ſi dominus ſtatim ob receſſum conductoris domum alteri locet pro eodem, vel maiori pretio, poſſit contra conductorem agere ad totam penſionem, vel tantum pro rata præteriti? Et quod ad totam, ſi in ſecunda locatione adſit proteſtatio cum reſeruatione iuriũ contra primum conductorem *Coſt. dicta quæſt. 141. num.6. 7. Paſcb loco citato ſub num. 26.*

5 Cauſæ vero ex quibus conductor poteſt à domo conducta recedere plures ſunt; nam ſicut licet locatori aliqua ſubſiſtente cauſa à locatione recedere, ita etiam licet, & conductori ſubſiſtente cauſa à domo conducta emigrare ſoluta penſione pro rata vſque ad tempus neceſſitatis receſſus *Coſt dicta quæſt.141 num. 8. Dominus meus Ambroſ. Maia in ſua Allegat.poſt conſult. 23 filij num.22.Mangil.de Euict. quæſt.150.num.16.17.18.et 19. Auend.dicta quæſt.32.num.18. et 19.et num.32.* quod non tenetur ad loerium, *Paſcb.de patr.pot.p.4 cap.6.num 23.et 24.*

6 Prima itaque cauſa eſt quando vicinus, vel dominus domus vult aliquam feneſtram obturare *l.ſi merces §.ſi vicino ff.locat. Mut.Conſuet.29.num.36.*

7 Secunda ex cauſa periculi, puta ſi domus minatur ruinam, licet in veritate exinde ruina

non

non fuerit ſequuta, dum tamen fuerit iuſta ſuſpicionis cauſa *l. habitatores §. iterum interrogatus ff. locat. vbi Bartol. et Paul. de Caſtr. Port. in §. item quæritur n. 21. in fine Inſt. de locat. Cutell. loco citato n. 113. Carroc. de locat. & cond. de Remiſſ. Merced. num. 7. Velaſ. de Iur. emphit. qu. 22. num. 7. Camill. de Larat. conſ. 57. Petr. ad Gram. Deciſ. 18. num. 11. Cagnol. in l. contractus n. 15. de Regul. Iur. Molin. de Contract. qu. 493. num. 1. Paſcal. de virib. patr. pot. p. 4. cap. 6. ſub num. 44. Auend. dicta quæſt. 32. num. 34.* qui de bello loquitur.

8 Ruina vero debet eſſe ſuperueniens, alias ſi fuiſſet tempore contractus non eſſet legitima *Gloſ. in dict. §. iterum interrogatus Verbo vere, Bald. in l. ſi ea lege C. de Vſur. vbi Gl. & DD.*

9 Et ſi dominus domus nolit pretium reſtituere anticipatim habitum, poteſt conductor aliã domum conducere ad intereſſe ipſius etiam maiori pretio *bene Paul. de Caſtr. in dicto §. iterum interrogatus num. 1.*

10 Tertia propter bellum, vel peſtem *Mongol. de Met. capit. 7. Cutell. ſupra nu. 117. D. Ambroſ. Maia vbi ſupra, Cancer. dicto cap. 6. ſub num. 85. Carroc. de loc. & cond. de Remiſſ. merced. q. 8. num. 1 & 16. Paſch. de patr. pot. p. 4. c. 6. num. 24. Velaſc. de Iur. emphit. p. q. 22. nu. 6. Coſt. de Rat. q. 141. num. 8. Rip. de peſt. p. 2. num. 17. Molin loco citato nu. 1. Coſt. cõſil. 83. num. 11.* vbi conductor ex cauſa peſtis poteſt ante tempus à domo conducta recedere nulla penſione ſoluta pro temporis reſiduo, & *vide Addit. ad eum R. D. Hipp. Maia conſul. 35. n. 15. Auẽd. d. q. 32. ſub n. 19. & n. 24. in fine citat D. Maiam.*

11 Intellige ſi tempore, quo cõduxit bellum non immineret, vel peſtis non adeſſet, *Auend. dicta q. 32. num. 23. & 24. Cancer. num. 91. Carroc. ſupra num. 3*

12 Sed ſi poſt conductionem maius bellum, vel peſtis interueniat, recedere poſſe dicendũ eſt *ex notatis per Carroc. de Loc. & conduct. de Remiſſ. merced. q. 8. num. 12.*

13 Quid ſi conductor poterat è domo migrare, & non migrauit An ſit ei remiſſio mercedis faciẽda? vide *Cancer. diſtinguentem vbi ſupra à num. 92.*

14 Quid ſi migrauit è domo, & ſecũ tulit claues, & reliquit intra domum ſuam mobilia, numquid debet fieri remiſſio penſionis? *Cancer. loco citato à nu.* 98. pro affirmatiua concludit, vt videre eſt apud eum.

15 Contrarium firmat *Carroc. dicta quæſt. 8. num. 81.*

16 Sed An ceſſante ruina, bello, vel peſte teneatur conductor iterato habitare domum, & ſoluere penſionem ad ratam temporis, quo denuo ipſam habitare potuerit? & quod ſic determinant *Coſt. loco citato num. 9. Carroc. de Loc. & conduct. de*

Remiſſ.

Remiſſ.Merced.quæſt.8.nu.8.& 9.Cancer. dicto cap.6.ſub nu.97.

17 Contrarium *Paſqu. de Virib. patr.pot. p.4. cap.6. ſub num.44.* licet dominus teneatur inquilinum ad priſtinam conductionem reponere *Paſqual.ſupra,& Marſil in Rubr.de fideiuſſ.n.264.*

18 Quarta propter conſtructionem furni in pariete intermedio domus propter timorem propinqui incendij, *Ill. de Cutell.loco citato dicto num.117.*

19 Quinta quia cõductor adeptus eſt aliquam dignitatem, per quam ſine verecundia, vel maxima litigantium, & ſubditorũ incommoditate non poſſit in domo conducta perſiſtere *Cutell.vbi ſupra num.116. Nouar. in l.quamuis nu.7.C.de vend.reb. Ciuit.lib.10.Mangil.dicta quæſt. 150. nu.20.* vbi quod procedit

20 non obſtante iuramento, obligatione camerali, & pacto de non opponendo, *Gratian.dicto cap.740 per totum.*

21 Sexta aduocati, procuratores, & magiſtri actorum ob receſſum curiæ Meſſanam verſus poſſunt recedere à domo, & non tenentur ad futuram penſionem, ſuper quo ſolet fieri actus Viceregius *vt notat Cutell. vbi ſupra n.118.* facit quod notat *Paſch.de patr pot.p.4.cap.6 num.25.*

22 Septima propter timorem latronium, & graſſatorum, ſi tamen tempore conductionis talis timor non aderat *Ripol. poſt multos de locat.& conduct. cap.12.num.241.*

23 Octaua timore malorum ſpirituum *Carroc. de locat. & conduct.de Remiſſ. Merced.q.8.n. 16.Ripol.loco cit.n.141.Nouar. vbi ſupra num.5.Rouit.pragm.1. de locat.& conduct.ſub num.27. Cutell.dicta partic.vnic.nu.117. Molin. dicta diſput.493.num.1. Chriſt.Medic. Examin.28.num. 37.Mart.del Rio Diſq. Mag.fol. 39.verſic. Decimo ſexto, Mut. conſuet. 54.num.36. Auend. de Met.cap.32.num.20.& num.27 & 28.* Repræhendit contrariũ tenentes, *Paſch.de patr.pot. p.4.c. 6.num.24.Velaſc.de Iur. emphit. p.p.q.22.num.7.*

24 Quod intellige ſi tẽpore cõtractus malos ſpiritus in domo verſari ignorauerit conductor, *Auend. dicta quæſt. 32. num 22. Velaſc.ſupra.*

25 Nona ſi domus ſit peſtilens, aut malè ſana, vel fætida *Auend. ſupra num.21.& num 24.in fin.*

Decima cauſa eſt propter culices vulgo, dicti Zapaglioni, ſeu Sanzare, ſi adeo infeſti, & moleſti ſint, vt habitationem valdè incommodam reddant, pro vt in ſimili dicit *Auend. de Met.cap.32.num.28.*, & faciunt tradita per DD.ſupra num.23. Aliam cauſam vide effectu ſecundo.

26 *Sed an antequam recedat teneatur domino denunciare receſſum, & claues tradere? Quod ſic Coſt.dicta quæſt.141. nu.10. Ripol.*

conditio inferri *Giurb. deciſ.* 4. *ſub num.*8. *deciſ.*29.*nu.*16. *deciſ.* 60.*num.*18. & *deciſ.*81.*num.*8. *Bonior. conſil.* 31. *numer.* 84. *Cutell. de Donation. tractat. ſecundo diſc. prim. Spec. ſexto nu-*
34 *mer.* 28. ✠ iniquum eſt enim facto alterius aliquem citra eius culpam grauari *Velanz. conſil.* 92. *num.* 117. & ſi conductor in huiuſmodi caſu poſſet à domo conducta recedere, locator ſine culpa ſua eſſet in damno, & loerium perderet, quod eſt abſurdum.

35 Eſt verum, quod inimicus poteſt authoritate iudicis remoueri per conuicinium *Mut. conſuetud.*33. *numero quarto ex Carroc. de locati. & conducti. Titulo. de ſublocation. quæſtion. ſexta. ſub numer. ſexto* Sicut poteſt cogi ne accedat ad contratam inimici, vt ſcripſi effectu.

36 Sed an vicinus expulſus teneatur ad loerium domus; vel ille ad inſtantiam cuius fuit expulſus? vide ſi poſſit terminari ex dictis per me *tomo ſecundo de citation. in addit. ad decimam octauam quæſtionem num.*133.

37 Caſus vero ex quibus locator poteſt à conductione recedere? ponit *Velaſc. de Iur. Emphiteot. quæſtion. vigeſima ſecunda*, ad quem vos remicto.

SECVNDVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Conductor impeditus uti re conducta à tertio in odiū, & propter inimicitiam locatoris poteſt agere ad totale intereſſe.*

*Amplia ſiue locator habuerit inimicitias ſua culpa, ſiue non, ſiue inimicitiæ fuerint iuſtæ, ſiue non, ſiue fuerint cauſa immediata damni, ſiue non, num.*2.

*Amplia in vēditore vt teneatur de euictione quando emptor fuit ſpoliatus re vendita ab ipſius inimicis, ſecus ab inimicis ipſius emptoris num.*3.

Etiam ſi inimicitia ſit abſque culpa venditoris, ibidem.

Intellige ſi inimicitia eſſet orta ante venditionem, ſecus ſi poſt num. 4.

5 *Damnum datum in fundo dotali ab inimicis mariti ab eo eſt reſarciendum.*

Niſi mariti inimicitia nuptiarum tempore eſſet publica nu. 6. *& de ratione num.*7.

8 *Conductor ſuſcipiens in ſe caſum fortuitum non intelligitur ſuſcipere damnum proueniens ex inimicis locatoris, & num.*9. *de ratione*

10 *Nemo debet odio alieno prægrauari.*

11 *Conductor impeditus uti re conducta quando poteſt agere ad totale intereſſe, vel ad mercedis remiſſionem? remiſſiue.*

1 SEcundus effectus eſt, quod ſi conductor ſit impeditus vti re conducta à tertio in odium, & propter inimicitiam locatoris, quia culpa ipſius locatoris impeditus dicitur & damnum paſſus, poteſt à locatione recedere, & ad totale intereſſe agere, licet alias ſi eſſet impeditus facto tertij iniuſto, cui locator non potuit reſiſtere, teneretur tantum ad mercedis remiſſionem, quia primo caſu conductor dicitur impeditus vti re conducta, non ſolum culpa, ſed etiam facto locatoris iniuſto, & ideo ad totale intereſſe tenetur, quod non eſt in ſecundo caſu, *bene Ruin. conſil. 65. à numero ſecundo, & per tot. omnino videndus lib. 1. quem citat Adrian. Neguſ. quæſtio. 47. ſub numer. 4. & 5. Theſaur. quæſt. for. 47. numer. 1. lib. 2. Pantam. de locat. queſtion. 13. numer. 5. & 6. Becc. conſil. 45. numer 20. verſicul. hoc etiam, Carroc. de locat. & Conduct. Titul. de Remiſſ. Merced. quæſtio. 8. numer. 152. Caſtill. Contr. Iur. lib. 3. cap. 3. numer. 31. 32. Larr. Allegat. Fiſc. 20. numer. 43. Paſc. de patr. pot. part. 4. cap. 6. numero vigeſimo ſexto.*

2 Et hoc ſiue locator habuerit inimicitias ſua culpa, ſiue non, ſiue inimicitiæ fuerint iuſtæ, ſiue non, ſiue fuerint cauſa immediata damni, ſiue non; quia ſatis eſt, quod damnum fuerit datum ab inimicis ipſius locatoris *Ruin. vbi ſupra, et Carroc. de locat. et Conducto. Titul. de Caſib. quæſtion. duodecima numero. 90. in tertia editione.*

3 Amplia in venditore, vt teneatur de Euictione, quando emptor fuit ſpoliatus re vendita ab ipſius inimicis, ſecus ſi ab inimicis ipſius emptoris *Mangil. de Euiction. quæſtion. 19. numer. 20.* etiam ſi inimicitia ſit abſque culpa venditoris, *Mangil. ſupra numer. 21. et vide numero vigeſimo ſecundo, et vigeſimo tertio.*

4 Intellige procedere ſi inimicitia eſſet orta ante venditionem, ſecus ſi poſt, quia venditor non teneretur de caſu poſt perfectam venditionem veniẽte *Mangil. loco citato numero vigeſim. quart. et vide numer. 25. 26. et ſeq.*

5 Amplia etiam, vt damnum datum in fundo dotali ab inimicis mariti, quia culpa mariti datur, ab eo ſit reſarciendum, *eſt text. iuncto ſummario in l. in rebus ff. ſoluto. matrimon. vbi DD. Giurb. ſuper Conſuetud. Meſſan. capit. decimo quinto, Gloſ. quart. numero decimo*; vbi

6 limitat, ✠ niſi mariti inimicitia nuptiarum tempore eſſet publica, cuius prætextu ſi mulieris bonis damnum ſit illatũ, marito imputandum non eſſe firmat, & rationem eſſe dicit

Federic.

Federic. de Soliſ. de Dot. queſt.
7 *46. in fine*, ✠ quia huius modi inimicitia annumeratur caſui fortuito.

8 Sed an conductor ſuſcipiens in ſe caſum fortuitum, intelligatur ſuſcipere damnum proueniens culpa locatoris ex inimicis ipſius? Quod non determinat Carroc. *de locat. & Conduct. Titul. de caſib. quæſt. 5. fol. 175. à tergo in tertia editione*,
9 quia inimicitiæ locatoris conductori obeſſe non debent *Carroc. loco citato ex Socc. Gozad. Ruin. Neuizan. Alciat. et Menoc. ad materiam Theſ. dicta qu. 47. num. 7. lib. 2.*

10 Nemo enim debet odio alieno prægrauari *Beſſ. ſuper Con. Aluern. Des Fieſz. Art. 41. Corn. de abſolut. iuram. p. 4. caſ. 3. num. 74. & 75.* & facit regula alteri per alterum non eſt iniqua cōditio inferenda.

11 Et an & quando conductor impeditus vti re conducta poſſit agere ad totale intereſſe, vel ad remiſſionem mercedis, & de diſtinctione *Bartoli in l. ſi vno 17. §. item cum quidam ff. locat.* ſcilicet, aut impeditur facto locatoris, vel tertij *Hieron. de Leo deciſ. 147. lib. 2. Ioan. Bellon cōſ. 62. Paſc. de patr. pot. p. 4. cap. 6. ſub num. 26. Becc. conſil. 45. Cutell. de donat. tractat. 1. diſc. 1. nume. 101. & 114. Caſtill. contr. iur. lib. 3. cap. 3. à num. 26. Socc. conſil. 88. lib. 1. & 156. lib. 2. Bardellon, conſil. 75. lib. 1. Lancel. lot. Gall. conſil. 118. Bero. conſil. 140. Menoch. conſil. 120. & 671. Pereir. à Caſtr. deciſ. 106. Carroc. de locat. & conducto. titul. de remiſſ. merced. quæſt. 8. nu. 139. & 157. Maſtrill. deciſio. 299. Magon. deciſio. Lucc. 69. Velaſ. de iur. empbit. quæſt. 27. vbi alios Theſaur. dicta quæſt. 47.*

TERTIVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Maritus propter inimicitiã in loco contractam poteſt ab eo loco diſcedere non obſtante pacto de non diſcedendo adiecto in contractu matrimoniali cum pœna.*

Intellige niſi ſit procurata num. 2.

3 *Pactum adiectum in contractu matrimoniali vt maritus non poſſit ab aliquo loco diſcedere valet.*

An poſſit cum conſenſu vxoris diſcedere nu. 7.

4 *Teſtator poteſt grauare hæredem, vel legatarium commorandi in aliquo certo loco.*

5 *Pactum habitandi in aliqua domo valet, & num. 6.*

1 Tertius effectus eſt vt maritus poſſit per inimicitiam in loco contractam diſcedere ab eo loco, non obſtante pacto de non diſcedendo adiecto in cōtractu matrimoniali cū

pœna *Mut conſuet.18.ſub num. 44 Intrigl ſingul.62.lib.1.Farin. de delict.Carn.quæſ.143.§.ſequitur num.281.Oinot Inſt.de Nupt. p13.de Diuort.num.34. Ameſc.de pot.inſeipſ.lib.2.c.18. Marc.Ant. Genue.pract.Eccleſ.queſt.774.nu. 5. Doctiſſ.Donat Ant.de Marin. to.2. Reſolut.quotid.cap.158.nu. 5.Horat.Barba.deFideic.Maior. & Primog.perſonal.cap.6.num. 61.Gizzarel.deciſ.19.ſub num.6. et 13. Acac. in l.Titio centum §. Titio genero num.73.ff.de Cond. & demonſtr.Ripol.Var.reſolut. cap.8.de ſponſal.n.318. Capiblác. de Baron.pragm.9.ſub num.51.*

2 *I*ntellige niſi ſit procurata *Gizzarel poſt multos vbi ſupra n.24*

3 Et quod tale pactum valeat firmarunt magis communiter DD. *Muta dicto num.44. & ſuper Cap.Reg.Ioan.10.num.26.Intrigl.dicto ſingul 62.lib.1.& ſing. 64.lib.3.n.424.*vbi etiã de pacto cõmorãdi in aliqua domo *Cut. orat.5.num.117.Farinac.vbi ſupra num.278 & num.280* ponit DD. contrarium dicentes, *Nouar.deciſ.130.num.3.& per totã*

4 *deciſionem*, ✝ quod teſtator poteſt grauare hæredem, vel legatarium onere commorandi in aliquo certo loco, *Oinot.ſupr. num.34. Ameſc.loco citato à nu.*

5 *11.*vbi etiam de pacto habitandi in aliqua domo, *Marc. Ant. Genu.vbi ſupra, Marin.dicto cap. 158.* vbi dicit pluries fuiſſe deciſum ſecundum hanc opinionem, *Cancer.cap.7.de pact.nu.6.*

6 vbi de pacto habitandi in aliqua domo, *bene Horat. Barbat. dicto cap.6.à nu.49.Burſat.conſ. 207.num.13.lib.2.Taſſon de Anteſat. verſic.8.Obſer.2.num.88.,*

7 vbi dicit procedere etiam ſi vxor conſentiret ad diſcedendum, quia talis conſenſus à marito procuratus præſumitur, & in actibus negatiuis nõ ſolum teneor non facere, ſed quod alius non faciat, idem dicit *verſ. 10.Obſer.1.num.20.Gizzar.dicta deciſ.16. & addit.ad eum, Baldaſſ. de Angel. in addit. ad deciſ. Gizzarel.11.num.7.& in addit. ad deciſ.19.Acac.vbi ſupra à nu. 68. Ripol.dicto cap.8. num.317. Capiblanc. dicta pragm.9. nu.51. & in addit. ad num. 52. Lar. de Anniu. & Cappellan.lib.2.cap.8. num.70 Simon.dePrat.de Interpret.vlt.volunt.lib.4.ſolut.8.nu. 55.Baldaſſ.de Angel.in l.pacta n. 3.C.de pact.Mauſ.de Cauſ.execut. queſt 2.num.1.& 48. Bonior ſuper Rit.c.154. Caliſt. de leg. Reg. §.32.num.34.* quidquid dicant, *Petr.in addit.ad Capyc.deciſ.135 & Mela in addit. ad deciſ. 19. Gizzar.*

QVARTVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 ***P**riuilegium immunitatis, vel exemptionis conceſſum alicui, propter inimicitiam ſuperuenientem reuocari poteſt.*

Niſi ſit conceſſum in remunerationem

rationem meritorum num.2.

3 *Priuilegium regulariter eſt perpetuum.*

1 QVartus effectus eſt, quia priuilegium immunitatis, vel exēptionis, vel aliud propter inimicitiam poteſt reuocari, ✠ niſi ſit conceſſum in remunerationem meritorū *Muta conſuet.79.num.7 Neguſant.qu. 47.nu.4. Mandoſ. de ingratitud. cap.51. de ingratitud. priuilegiatorum cōtra priuilegiantes, Coſt. conſi.1.n.62. Loſe. de iur. vniuer. p.3.cap.13.num.23.*

3 Licet priuilegium ſit perpetuum *c. decet de reg. Iur. lib. 6. Tap. in p.p. l. fin. de Conſt. princ. cap.4.num 48. Socc conſil.81.lib. 3. Riminald. conſil.501.num.45. & 46.lib.5. & conſil.746.num. 24.25.lib.7. Plot. conſil.108.nu. 116. inter conſil. crim. diuerſ. lib.1 Laderch. conſil.63. nu.3. Decian. conſil.66.num.64.*

QVINTVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 ADuocatus non cogitur pro inimico patrocinari.

2 *Aduocatus velit nolit cogitur patrocinari Clientulis.*

De ratione num.4.

Intellige vt num. 3.

Notarius cogitur inſtrumenta conficere ſub num.2.

Caupo cogitur hoſpites recipere ſub num.2.

5 *Iudex quando poſſit dare aduocatum partibus?*

6 *Aduocatus non tenetur præſtare auxilium in cauſa euidenter iniuſta, alias peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem num. 7.*

Amplia ſi iniuſtam cauſam facit tranſigere ibidem.

8 *Aduocatus non cogitur patrocinari contra amicum, contra ſeipſum, liberos, vxorem, conſanguineum, & affinem num. 9.*

Nec contra patriam num. 10.

Nec in cauſa, in qua habet intereſſe nu n.11.

12 *Libert' præſtās patrociniū cōtra patronū ad ſeruitutem reducitur.*

13 *Vaſſallus ſi contra dominum patrociniū p̄ſtat, priuatur feudo*

14 *Beneficialis ſi contra Eccleſiā, à qua beneficium habuit, præſtat patrocinium priuatur beneficio, & num.15. de ratione.*

Fallit ſi aduocat pro ſe, vel pro patre, aut matre, impotente, vel alia perſona miſerabili n.16.

17 *Donatarius ſi patrocinium præſtat contra donantem in cauſa famoſa, vel in cauſa criminali, vel magna pęcuniaria, priuatur bonis donatis.*

18 *Aduocatus pro quibus perſonis aduocare non poſſit?*

19 *Aduocatus ſi à duabus partibus accipit ſalariū quolibet anno pro patrocinio præſtando in cauſis, ſi ambę partes in vnica lite ſint inuicem contrariæ, tenetur ſeruire cui primo operas ſuas promiſit.*

Niſi ſecundus iuſtam habeat cauſam num. 10.

In dubio tenetur ſeruire primo ibidem.

1 QVintus effectus eſt, vt aduocatus non cogatur pro inimico patrocinari *Gratian.deciſ.* 133.*num.*14.*&* 15. qui loquitur in aduocato, procuratore, notario, hoſpite, nautis, & ſimilibus, *Rip. de Noct. Temp.cap.*132.*num.*5.*Marſil.in l.*1.*§.præterea num.*35.*ff.de quæſ. Roman.conſil.* 459. *Xamar. de offic.Iudic.& aduoc.p.*2.*q.*3.*à n.* 10.*D.Benedict.Eman.Reſponſ.*7. *ad Orat.D.Mar.Cutell.col.*64.

2 Licet aduocatus, velit nolit cogatur patrocinari clientulis, ſicut notarius inſtrumenta cōficere,& caupo hoſpites recipere, *Dec.in l.inuitus nemo in principio ff.de reg.iur.l.*1. *vbi Bart.§. maxima ff. Naut. Caup. Stab. idem Bartol.in l.*1.*§.Cura carnis num.*1.*ff. de offic præf. vrb. & in l.*1.*§ ſerui num* 3.*verſ.non enim quis cogitur ff.de furt.adu Naut. Caup. Rip.dicto cap.*132. *num.*4. *Graſſ.de effect.amic.nu.*141. *Nouar.quæſt foreſ.*27.*num.*4.*Mut. conſuet.*68 *num.* 20.*Barboſ.in c. ex literis num.* 2. *de offic. iudic. Palm.in diuerſor.iur.com.& Repragm.*2.*Gloſ.*7.*num.*35.*Iul.Ferret.de Fer.ſeu Induc. Milit.num.* 187.*Xamar.dicta q.*3.*num.*1. *&* 8. *& num.*4. dicit procedere ſi
3 ſibi ſalarium conſtituatur *Auēd de Met.lib.*1.*cap.*12.*num.*13.

4 Ratio eſt, quia ad officia publica, quis inuitus, compelli poteſt, niſi iuſtam habeat excuſationem *tot.titul.ff.de muner. & honor.l.pen. §. qui autem ff de Vacat.& excuſat.muner.Gloſ.in l.*2. *verbo conſenſum C. de prox. Sacro.Scrin. lib.*12. *Xamar.dicta quæſt.*3.*ſub num.*5.

5 Hinc iudex petentibus aduocatos dabit, maxime ſi quis ob potentiam aduerſarij non inuenire ſe aduocatum dicat, vel quando aliquis conduxit omnes aduocatos meliores, quia cogitur per iudicem aliquos ex eis dimictere *Xamar. dicta quæſt.*3.*num.*7.

6 Non tenetur tamen præſtare auxilium in cauſa euidenter iniuſta *Lun. in addit. ad conſil.* 15.*in addit ad num.*6. *numer.*4. *Muta vbi ſupra,& ſuper pragm. de offic. aduoc.proc. & ſollic. M. R.C.num.*8 *Xamar.dicta quæſt.*3 *num.*7.*in fine, & num.*61.

7 Aduocatus enim iniuſtas cauſas defendendo non ſolum mortaliter peccat, ſed etiam tenetur, ad reſtitutionem *Pellic: poſt multos Ill.qq.de aduocat.qu.* 39.*fol.*273. *colum.* 1. vbi idem dicit ſi iniuſtam cauſam facit tranſigere.

8 Nec contra amicum *Rip. dicto cap* 132.*num.*5.*Graſſ.loco citato num.*241.*Barboſ.dicto nu.*
9 2. *in fine*, vbi ✚ nec co ntra ſeipſum, liberos, vxorem, conſanguineum, & affinem *Xamar. ſupra n.*10.*in fine,& n.*61.*et* 62.

Nec

10 Nec contra patriam alias ciuilitate priuatur *Sp. Coſt. conſil.* 2.1 *ſub num.* 1. *Mut. ſuper pragm. vnic. offic. ſtipend. à R. C. ne patr. contr. fiſc. num.* 5.6.7. *Xamar. dicta quæſt.* 3. *num.* 60 *Palm. ſupra num.* 19.

11 Nec in cauſa, in qua habet intereſſe, & ſi coactus à iudice patrocinetur, excuſatur, nec ſibi præiudicat *Auend. de Met. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 15.

12 Nec libertus contra patronũ alias vt ingratus reducitur ad ſeruitutem *Palm. loc. citat. n.* 12.

13 Nec contra dominum. Vaſſallus *Coſt. ſupra dicto numer.* 1. *Mandoſ. de Ingrat. Vaſſall. erga Dominum cap.* 62. §. 10. *Xamar. dicta quæſt.* 3. *num.* 53. *Palm. vbi ſupra num.* 10. *vide Iul. Ferret. de Fer. ſeu induc milit. numer.* 186. & 188.

14 Nec contra Eccleſiam beneficialis, à qua habuit beneficium *Rip. in l. final. num.* 159. *C. de Reuoc. Donat. Palm. ſupra nu.* 18. *Mandoſ loco ſupra citato, & de Ingrat. aduoc. contr. Eccleſ. in qua eſt beneficiatus cap.* 68. *Xamar. loco citato num.* 56. quia

15 non poteſt quis abſque labe ingratitudinis aduocare contra eum, à quo beneficium accepit *Xamar ſupra ſub num.* 56.

16 Fallit ſi aduocat pro ſe, vel pro patre, aut matre impotente, vel alia perſona miſerabili *Xamar. ſupra num.* 58.

17 Nec donatarius contra donantem, alias reuocatur donatio, ſi patrocinium præſtitit in cauſa famoſa contra donantem quæ morti æquiparatur, vel in cauſa criminali, aut magna pecuniaria, quæ criminali æquiparatur *Palm. loco citato nu.* 26. & 27.

18 Sed pro quibus perſonis aduocare non poteſt? dic pro heretico, pro famoſo latrone, & fure in ſigni, & pro alijs grauiſſimis delictis ſine licẽtia *Xama. ſupra dicto num.* 63.

19 Quid ſi à duabus partibus accipit ſalarium quolibet anno pro patrocinio præſtando in cauſis, & ambæ partes in vnica lite ſint inuicem contrariç, cuinam tenetur ſeruire? Dic cui primo operas ſuas promiſit *Cancer. cap.* 14. *de proc. à nu.* 71. *Oter. diuerſ. iur. qq. p.* 2. *q.* 31. *Mut. conſuet.* 68. *num.* 21.

20 Niſi ſecundus iuſtam haberet cauſam, quia tunc primo relicto poteſt pro ſecundo patrocinari *Cancer. loco ſupra citato num.* 75. vbi etiam quod in dubio tenetur ſeruire primo.

Sed an aduocatus, qui fuit tibi inimicus, ſed deinde pacem fecit poſſit contra te aduocare abſque eo quod pacem fregerit maxime aduocando in cauſis magnis ciuilibus, aut criminalibus? *vide Iul. Ferret. de Fer. ſeu Induc. milit. nu.* 185. & *ſeq.*

SEX-

SEXTVS EFFECTVS

SVMMARIVM.

1 *ADuocatus propter inimicitiam cum cliente contractam poteſt illum deſerere.*

2 *Aduocatus ex quo ſuſcepit litem peragendam eam vſque ad terminum implere cogitur.*

Et ſi illam dimictat nihil habere debet de ſalario etiam pro tempore, quo patrocinium præſtitit num. 3.

1 SExtus effectus eſt, vt aduocatus propter inimicitiam cum cliente contractam poſſit illum deſerere, *Gloſ. eſt ſingularis in l. properandum §. illo procul dubio verbo, vel iuſta cauſa C. de Iudic.*

2 Licet aduocatus ex quo ſuſcepit litem peragendam, eam vſque ad terminum implere cogatur *dicta l. properandũ §. illo procul, verbo neceſſitate aduocatis imponenda C. de Iudic.*

3 Et ſi dimictit litem indiſcuſſam tempore ſubſtantiali, & periculi imminentis nihil debet habere de ſalario, etiã pro tempore, quo patrocinũ præſtitit *bene Rouit. ſuper pragmat. 1. de poſtul. num. 7.*

SEPTIMVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *ARbiter qui alias compellitur onus laudandi ſubire, propter inimicitiam ab eodem eximitur.*

Amplia in iudice numer. 2.

1 SEptimus effectus eſt, quia arbiter, qui alias compellitur onus laudandi ſubire, propter inimicitiam ab eodem eximitur *l. licet ff. arbitr. Ludou. Roman conſil. 459 num. 4. Gratian. deciſ. 133. num. 6. Tuſch. littera I, concluſ. 148. nu. 9. Silueſt. in §. item propter inimicitiã Inſt.*
2 *de excuſat. tut.* ✠ vbi id. m firmat in iudice, *Xamar. de offic. Iudic & aduoc. p. 2 q. 3. num. 11. Angel. in §. item ſi propter num. 4. Inſt. de excuſ tutor. Andr. de Barul. in l. 1. C. ſi propt. Inim. lib. 10.*

OCTAVVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *PRocurator, qui compellitur ad ſui procuratorij officij exercitium, propter inimicitiam liberatur, & numer. 2. de ratione.*

2 *Nemo præſumitur defenſurus idonee ſuum capitalem inimicum.*

1 OCtauus effectus eſt, quia procurator, qui alias cõpellitur ad ſui procuratorij officij exercitium, atque proſequutionem, ab eodem propter inimicitiam liberatur *l. filius familias ff de procurat. § fin. de procurat. l. mutus §. qui non cogitur*

Verſ.

verſic. quod ſi aut affinitas ff. de procurat. Iaſon. in l. procuratoribus C. de procurat. Nicol. Caluol. in prax. §. procurator concluſ. 16 Ampliat. 3. num. 7. Sylueſt. vbi ſupra, Gratian. deciſ. 135. numer. 16. Tuſch. litera I, concluſ. 148. ſub num. 9. Roman. Conſil. 459. num. 5. Xamar. de Offic. Iudic. et Aduocat. par. 2. quæſt. 3. num. 11. Angel. in §. item ſi propter num. 4. Inſtit. de excuſat. tutor.

a Nemo enim præſumitur defenſurus idoneè ſuum capitalem inimicum *Henrig. de fideiuſſor. cap. 20. §. 32. num. 11.*

NONVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *TVtor, qui ad ſumendam tutelam compellitur, propter inimicitiam quam cum patre pupillorum exercuit, excuſatur, adeo vt nec volens admictatur, & admiſſus à tutela remoueatur num. 2. & 4. & num. 5. de ratione, Amplia à nu. 10. Limita à nu. 14. ad num. 22.*

3 *Inimicitia tribus caſibus excuſat à tutela, primo ſi ſit relictus tutor propter inimicitias, ſecundo ſi inimicitia fuiſſet ante teſtamentum, tertio ſi inimicitiæ poſt teſtamentum ſuperueniunt.*

6 *Tutor ſi propter inimicitias, vel iniuriam datus ſit, poteſt agere ad expenſas, & damna, et poteſt ſe excuſare, & quando dicatur datus per inimicitiam? n. 9*

7 *Iudex, vel hæres ſunt citandi in iudicio excuſationis quando tutor dicit ſe datum tutorem ob inimicitiam.*

16 *Tutor ſi poſt contractas inimicitias teſtamento datus ſit, nō poteſt ſe excuſare.*

17 *Tutor non poteſt ſe excuſare ſi inimicitia ſuperueniat poſt teſtamentum, & teſtator diu ſuperuixit, & poterat reuocare teſtamentum, & non reuocauit.*

21 *Reconciliatio recens facta cur teſtem repellat, non tutorem?*

22 *Inimicus fratris mei non repellitur à tutela mea.*

1 NOnus effectus eſt, vt tutor, qui alias ad ſumendam tutelam cōpellitur, propter inimiciam, quam cum patre pupillorum exercuit, excuſetur, adeo, vt nec volens ad-
2 mictatur, & admiſſus à tutela remoueatur, *l. athletæ paragrap. dat remiſſionem ff. de excuſat. tutor. §. inimicitiæ Inſt. eod. Gratia. deciſ. 153. num. 16. Tuſc. litera I, concluſ. 148. num. 10. Roman. conſil. 459. num. 6. Xamar. de offic. Iudic. & aduoc. par. 2. quæſt. 3 ſub num. 11. Decian. Reſp. 46 num. 50. lib. 2. Marſil. in in l. 1. § præterea ſub num. 36 ff de quæſt. Andr. de Barul. in l. 1. C. ſi propt. Inim. lib. 10. Rip. in l. fin. quæſt. 50. ſub num. 168. C. de Reuoc. donat. Oino. in § item ſi propter inimicitias Inſt. de excuſat. tut. nu. 3. & 5. Molin. de Iuſt. & Iur. diſp. 221. verſ., qui poſtquam*

*pater, diſp.222. verſ. quando capi-
tales inimicitiæ, & diſput. 225.
verſicul. quando propter inimi-
citias, Barboſ. in l. ſi vt allegaſ.
num. 4. C. de Excuſ. tutor. Gal-
ter in prax. Tutel. Rub. 3. numer.*
3 *12.*, vbi aduertit, quod tri-
bus in caſibus inimicitia excu-
ſat à tutela, primo ſi ſit relictus
tutor propter inimicitias, ſe-
cundo ſi inimicitia fuiſſet ante
teſtamentum, tertio ſi inimici-
tiæ poſt teſtamentum ſuperue-
niunt, *Andr. de Barul. in l. 1. C.
ſi propter inimicitiam electio fa-
cta ſit, Montan. de Tutel cap. 35.
num. 162. Syluest. in dicto § ini-
micitiæ, Gloſ. in l. 3. §. ſuſpectus
ff. de ſuſpect. tutor. Tho. Anell. Sa-*
4 *ternit. deciſ. 55. ſub num. 14.*, vbi
quod admiſſus ad tutelam de-
bet remoueri, *idem dicit Oinot.
vbi ſupra num. 5. Conuerſan. de
Tutel. titul. de excuſat. tutor. §.
inimicitiæ cauſ. 11. numer. 1. &*
5 *num. 2.* dicit rationem eſſe, quia
tutor inimicus nõ recte tutelã
adminiſtrabit, *Caren. Reſolut.
84. num. 10. 11. Cald. de iur. em-
phit. part. 3 de pot. elig. & nomi.
capit. 1. numer. 4. Scrad. de feud.
part. 9. cap. 5 ſub numer. 18. Rico.
de iur. perſonar. extr. eccleſiæ,
Grem. exiſt. lib ſecund. capit. 30.
numer. 7.*

6 Et ſi tutor propter inimici-
tias, vel iniuriam datus ſit, po-
teſt agere ad expenſas, & dam-
na, *Syluеſ. de excuſation. tutor. in
paragraph. item ſi propter, idem
dicit Conuerſan. in dicto paragr.*
7 *numero ſexto*: vbi ex hoc infert,
quod iudex, vel hæres teſtato-
ris ſunt citandi in iudicio excu-
ſationis, & poteſt ſe à tutela
8 excuſare, paragraph. item ſi
propter, *Conuerſ. in dicto para-
graph. numero primo, et in num.*
9 *ſequ.* quando tutela cenſeatur
data propter inimicitiam?

10 Amplia primo cõcluſionem
etiam ſi inimicitia culpa ipſius
tutoris veniat *Cald. loco ſupra
citato, Schrad. vbi ſupra, & Cõ-
uerſan. in dicto paragrap. inimi-
citiæ numer. 3. Ampliat. 1. Oinot.
in dicto paragraph. item ſi prop-
ter num. 5. & 6.*

11 Amplia ſecundo, non ſolum
ſi inimicitia fuerit cum patre,
ſed etiam cum auo, patruo, aut
alio pupilli conſanguineo, quã-
do eſt talis, vt etiam inimi-
citia ſit contracta cum pupillo
*Conuerſan. vbi ſupra Ampliat. 2
num. 5.*

12 Amplia tertio, & multo ma-
gis ſi inimicitia ſit contracta
cum minore, *idem Conuerſan.
vbi ſupra Amplia 3. num. 6.*

13 Amplia quarto, ſiue ante,
ſiue poſt teſtamentum inimi-
citiæ extiterint *Gl. in §. item ſi
propter verbo inimicitia, Inſt.
de excuſ. tut. vbi Oinot. num. 4. et
vide infra.*

14 Limita primo, vt procedat
ſi inimicitia ſit capitalis *Con-
uerſ. ſupra num. 7. Galter. loco ci-
tato ſub num. 12. Caſtill. deciſ. 80
num. 24. Oinot. in dicto §. item ſi
propter num. 7.*

Limita

15 Limita ſecundo, in inimico reconciliato *dicto §. inimicitiæ, Conuerſan ſupra num. 17. Giurb. conſil. 60. num. 19. Caſtill. dicta deciſ. 80. num. 26. Oinot. ſupra ſub num. 8.*

16 Quid ſi poſt contractas inimicitias teſtamento datus fuerit tutor, an poſſit ſe excuſare? & quod non dicit *Conuerſan.*

17 *ſupra*, ✠ Sicut ſi inimicitia ſuperueniat poſt teſtamentum, & teſtator diu ſuperuixit, & poterat reuocare teſtamentum, & non reuocauit; vnde numer. 20. dicit cauẽdum eſſe *ab Hõd.*

18 *conſil. 88. num. 41. lib. 1.*, ✠ dum putat ſola morte teſtatoris eſſe remiſſam inimicitiam, quia id non ſufficere dicit, niſi teſtator poſt contractas inimicitias tutorem nominauerit, vel ſi poſt teſt amentum, & ſuperuenientes inimicitias diù vixerit, &

19 dationem non reuocauerit; ✠ & ſuprà dicta procedere dicit Conuerſanus tã in tutore datiuo, quam legitimo, *idem dicit Cantiunc. de excuſat. tut. fol. 144. in fine, & Oinot. vbi ſupra nu. 4.*

20 Secundam limitationem Ampliat Conuerſanus *Conuerſan. ſupra num. 21.*, etiam ſi re-

21 conciliatio ſit recens facta, vbi dicit rationem diuerſitatis inter tutorem, & teſtem eſſe quia tutor nuper reconciliatus volens ſe excuſare prætextu inimicitiæ neceſſe eſt, vt dicat ſe adhuc inimicum, nec per pacẽ nuper factam prorſus remiſiſſe inimicitiam, ſed fuiſſe illam fictam, ac ſimulatam; id autem dicere præſertim probo, & honeſto viro turpiſſimum eſt: vnde tamquam allegans propriã turpitudinem non eſt audiendus; At quando inimicus recõciliatus repellitur à teſtimonio non ipſemet dicit ſe adhuc inimicum, ſed tertius, qui illum recuſat, cui licitum eſt dicere de alterius turpitudine.

22 Et aduerte, quod inimicus fratris mei non repellitur à tutela mea *Guliel. de Ludo. ſingul. 135 incipit Gloſa eſt, quod ſi eſt inimicus fratris mei.*

DECIMVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor propter grauem inimicitiam inter eum, & debitorem poteſt petere, vt eum liberet ab onere fideiuſſionis; intellige ſi inimicitia ſit grauis, & ſi culpa debitoris ſuperueniat nu. 4. & vide nu. 5. contrarium nu. 6.*

2 *Fideiuſſor antequam ſoluat non poteſt petere a debitore, vt illum eximat ab obligatione.*

3 *Fideiuſſor de præſentando, an ſtante inimicitia, inter eum, & & præſentandum poſſit ante tempus præſentare?*

1 Decimus effectus eſt, vt fideiuſſor propter grauem inimicitiam inter eum, & debitorem, poſſit ab eo petere ſe libera-

liberari à fideiuſſionis onere, antequam ſoluat, etiam quod
2 diù in illa non ſteterit (licet regulare ſit non poſſe fideiuſſorem antequam ſoluat petere à debitore, vt eum eximat ab obligatione *l. Lucius Titius in fine ff. mandat, l. ſi pro ea C. eod. Fontanell. de pact. Nupt. Clauſ. 4. Gloſ. 18. p. 3. nu. 13.) Roman. conſi. 459. num. 7. Cald. Pereir. à Caſtr. de empt. capit. 37 ſub num. 123. Marſil. in l. 1. §. præterea num. 30. ff. de quæſt. Pirr. Maur. de fideiuſſ. §. 8. Mut. ſuper Cap. Reg. Alfonſ.*
3 *160. num. 31.*, qui loquitur de fideiuſſore de præſentando, an poſſit ſtante inimicitia ante tēpus præſentare, pro vt loquitur *Author. incertus ſuper Rit. 164. Neguſ. quæſt. 47. num. 4. & 172. num. 6. Xamar. de offic. Iudic. & aduoc. p. 2. quæſt. 3. ſub num. 11. Moſner. in addit. ad Petr. Fonſ ſelect. litera F, verbo fideiuſſ. Hippolyt. Rimiual. de donat. in principio num 1101. Guzm. de Euict. quæſt. 3. num. 40. Larr decis. Granat. 93. ſub nu. 12 Gratian. deciſ. 133. num. 17. Tuſc. litera I, concluſ. 148. nu. 11. Fontan. de pact. Nupt. Clauſ. 4. Gloſ. 18 p. 3. num. 19. vbi nu. 20. & 21.* dicit con-
4 cluſionem procedere ſi grauis fuerit inimicitia, quæ ſuperuenit, & ſi culpa ipſius debitoris ſuperuenerit, non fideiuſſoris, quia alias in manu fideiuſſoris eſſet dando cauſam inimicitiæ pro libito voluntatis agere ad liberationem, & eludere debitorem, *Riminald. vbi ſupra, Pyr. Maur. de fideiuſſ. ſect. 10. cap. 80. Barboſ. in cap. vlt. de fideiuſſ. nu. 14. vbi eamdem diſtinctionem refert, Marſil. in l. 1. §. præterea ſub num. 3. de quæſt. & num. 16.* loquitur Barboſ. de fideiuſſore rixoſo, & *nu. 22.* Font. aſſignat
5 differentiam inter donationem legatum, & fideicommiſſum.
6 Contrarium tenet *Henriq. de fideiuſſ. cap. 20. §. 32. num. 1. & 2. & per totum.*

VNDECIMVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt filium ſibi inimicum capitalem exhæredare, Amplia 3. 4. & 5. Limita. 6. & 7.*

2 *Pater præſumitur in eodem odio durare, nec mutate animum exhæredandi, niſi probetur.*

3 *Filius ex quibus caſibus poſſit exhæredari?*

4 *Ingratus, & inimicus æquiparantur.*

1 Vndecimus effectus eſt, vt pater poſſit filium ſibi inimicum capitalem exhæredare *Bald. conſil. 112. lib. 5. Roman. conſil. 459. num. 8. Tuſcb. litera I, concl. 148. num. 13. Peregr. de Iur. Fiſc. lib. 2. titul. 3. nu. 14. Schrad. de feud. p. 9. cap. 5. ſub num. 7. Roſental. de feud. cap. 10. concl. 17. nu. 29. Larat. in Theat. Feud. to. 2. p. 10. Dilucid. 25. Cauſ.*

Amiſſ.

*Amiſſ.feud.*18.*nu.*3.*Merl.de legit. lib.*4. 1 *titul.* 1. *quæſt.* 1. *à num.* 1. & 12. *Matth.Vueſenb.conſil.*29. *de exhæred.liber.num.*52. & *nu.*
2 53. dicit, quod præſumitur pa- rẽs in eodem odio duraſſe, nec mutaſſe animum exhæredatio- nis, niſi probetur, *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 37. *num.*39.

3 Et licet quatuordecim ſint cauſæ enumeratæ *in* §. *cauſas autem Auth. vt cum de appellat. cog.*, ex quibus filius poſſit exhæredari; nihilominus ex ſimilibus, & maioribus poteſt exhæredari, *vt ſcripſi to.* 3. *de cit. in addit.ad quæſt.*23.*num.*30. *et ad DD.ibi citatos, adde Palm.in diuerſor.iur.com.* & *Reg prag.*2. *Gloſ.*7.*num.*29. *Couar.in c.Rainutius in principio num.* 16. *de teſtam.Turrett.de effect.clauſ.codic.q.*24.*n.*4.*Ric.in prax.for.eccl. in prax.clauſ.monia l.reſol.*193. *n.*9. *et* 10. *Prat. ad Paſc. de patr. pot p.*2.*cap.*5.*fol* 351 *ad verſ.ad num.* 13.*Hermoſil.ad Lop. l.* 10. *Gloſ.*1. *num.*20. 21. *Mut a ſuper. Cap Reg.Iacob.*52.*nu.*18.*Cutell. de donat.tract.*2. *diſc.*1.*ſpec.*8. *ſub num.*9. *Cald. Pereir. à Caſtr. de empt.cap.*14 *ſub num.*13.*Molin. de primog.lib.*1 *cap.*9.*num* 31.32 & 33.*Mandos de ingrat.cap.*62. §.117.quidquid dicat *Genuenſ. pp.Eccleſ.quæſt.*465.*ſub num.*2.

3 Amplia etiam ſi filius poſtea loqui, ſeque cum eo recõciliari voluiſſet, & impeditus hoc facere non potuit *Bald. dicto conſil.*112.*nu.*8. *Schrad.vbi ſupra ſub num.*12. *verſic. vbi in ſimili.*

4 Amplia ſecundo, ſi copulauerit amicitiam cum inimicis patris *Schrad. loco citato num.* 24.*in fine,Merl.de legit.lib.*4.*tit.* 1.*quæſt.*14., quod intelligit procedere quando ex amicitia, & conuerſatione aliæ vehementes oriuntur præſũptiones contra filium, quaſi fauentem, atque adiuuantem inimicos patris; dicit etiam quod amicitia debet eſſe cum inimicis grauibus.

5 Sed contra Bald. firmat *Surd. de aliment.titul.*7.*quæſt.*1.*nu.*12.

6 Fallit primo, ſi inimicitia, vel ingratitudo culpa patris, præceſſit, quia tunc exhæredari nequit *Schrad ſupra ſub nu.*15

7 Fallit ſi pęniteat inimicitiarum *Roſental.ſupra num.*29.

8 Et aduerte, quod ea, quæ dicunt DD. de ingratis, poſſunt, & de inimicis dici: Hinc *Molin.de primog.lib.*1.*cap.*9.*ſub nu.* 22.*verſic.ſi de primo* inquit, ſi de primo maioratus ſucceſſore hęrede inſtituto loquamur, dicẽdum erit eum non excludi ab ipſius maioratus ſucceſſione ex inimicitia, vel alia ingratitudinis cauſa, &c., & *Rip.in l.fin.C. de reuoc. donat. num.*16. dicit, quod ex ingratitudine contrahitur odium, & inimicitia, propter quam poterit ingratus vti ſuſpectus recuſari, & quod ingratus contra donatorem non eſt

eſt teſtis omni exceptione maior, *Molfeſ. in ſum. tract. 13. de vltimis volunt cap 5. num. 146.* vbi dicit legatarium inimicitiã contrahere cum teſtatore ſi ipſum in rmum curare neglexerit, quod ſpecies ingratitudinis eſt, *vt notant DD. C. de Reuoc. donat.*

DVODECIMVS EFFECTVS

SVMMARIVM.

1 *Diuortium fit inter virum, & vxorem propter inimicitiam.*

Intellige ſi inimicitia ſit capitalis num. 5.

2 *Verbera non præſtant iuſtam cauſam diuortij.*

Niſi ex eis oriatur inimicitia capitalis inter virum, & vxorem, ibidem, aut probabiliter poſſit mortis periculum timeri, ibid.

3 *Lis ſuper maiori parte bonorum eſt iuſta cauſa diuortij.*

4 *Vxor nõ debet cautionis fragilitati fidere ſuppoſita capitali inimicitia.*

6 *Diuortium ob fornicationem eſt perpetuum, ob alias cauſas vero ad tempus.*

1 DVodecimus effectus eſt, quia propter inimicitiam inter virum, & vxorem fit ſeparatio thori *Roman. conſil. 459. num. 9. Tuſch. litera I, concluſ. 148. num. 13. Maſtrill. deciſ. 278 nu. 30 Barboſ. in c. ex tranſmiſſa*
2 *ſub num. 5. de Reſt. ſpoliat.*, vbi etiam notat quod verbera ſola non ſufficiunt ad præſtandam cauſam ſufficientem diuortij, niſi ex eis inimicitia capitalis inter coniuges oriatur, aut probabiliter poſſit mortis pericu-
3 lum timeri, ✠ & quod lis ſuper maiori parte bonorum eſt iuſta cauſa diuortij, idem dicunt, *Nouar. de gram. Vaſſall. prælud. 7. nu. 8. Farinac. infra citatus nu. 145., dicit etiam Barboſ. vbi ſu-*
4 *pra*, quod præſuppoſita inimicitia capitali, non debet coniux cautionis fragilitati fidere, idẽ inquit *Marant. reſp 33. num. 41. & ſeq. lib. 2., bene Cyriac. contr. 173. num. 1. & per totam, Sperel. deciſ. 139. ſub num. 48. Rub deciſ. Rot. Rom. 155. num. 41. tom. 2. Farinac. poſt multos de Delict. Carn. quæſt. 143 §. ſæuitia num.*
5 145. & 46., vbi aduertit, quod inimicitia debet eſſe capitalis, alias non fit ſeparatio thori, & propterea refert ſuccubuiſſe quendam, qui capitulauerat, & probauerat odium, ſed non probauerat, quod eſſet capitale.
6 Et aduerte cum *Barboſ. in c. quoniam de coniug. leproſ. nu. 7.* quod ob fornicationem conceditur diuortium perpetuum, ob alias verò cauſas ſolummodo ad tempus, quo durant, & vide in ſequenti effectu.

DE-

XIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *VXor non eſt reſtituenda viro, etiam cum cautione propter inimicitiam capitalem inter eam, & virum.*

Amplia etiam finita lite, quæ fuit cauſa inimicitiæ num.2.

Amplia vt etiam non ſit reſtituenda, quando per eam opponitur nullitas matrimonij nu. 3.

4 *Vxor reſtituenda eſt viro, niſi adſit iuſta cauſa.*

Si conſtet de legitimo conſenſu num.6.

Si matrimonium fuit clandeſtinum non eſt locus reſtitutioni num.7.

5 *Maritus habet manus iniectionem in vxorem, quæ iam ſecum habitauerat.*

1 DEcimus tertius effectus eſt, quia inimicitia capitalis inter virum, & vxorem operatur, vt vxor non ſit reſtituenda viro, etiam cum cautione *Cyriac. contr.173. num.3. tom.1. Mut. conſuet.43. num.93. Mart. conſil.157. num.5. Menoch. conſil.299. num.1. Gratian. cap.738. num.54.*, vbi loquitur de
2 inimicitia cõtracta propter litem de maiori parte bonorum, & inquit, quod etiam finita lite non eſt reſtituenda, *Barboſ. in c. ex tranſmiſſa nu.5. de Reſt. Spoliat. in c. veniens il. 2. ſub nu. 9. vt lit. non conteſt. Altograd. conſil.23. num.17.18. tom.2. Farinac. poſt multos de delict. Carn. quæſt.143. §. Cautio de non offendendo nu.225. Sperell. decis.139. num.52.*

3 Amplia procedere etiam quando per vxorem opponitur nullitas matrimonij; quia ſunt in gradu prohibito *Genu. pract. Eccl. quæſt.755.*

4 Licet alias vxor eſſet reſtituenda viro, vt notaui de citat. tom.2. in addit. ad 19 quęſt. nu. 60. & tom.3. in addit. ad dictam quæſ.19. in addit. ad dictum nu. 60. *& Carroc. de except. except.*
5 4. notet, quod maritus habet manus iniectionem in vxorem, quæ iam ſecum habitauerat, neč punitur pœna raptus.

Et aduerte vna cum *Barboſ. in dicto c. ex tranſmiſſa num.10.*
6 quod ad hoc vt in matrimonio ſit locus reſtitutioni debet cõſtare de legitimo cõſenſu, quia non poteſt in perſona libera haberi quaſi poſſeſſio huius ſeruitutis coniugalis, niſi ex legi-
7 timo cõſenſu; Hinc infert mulierem coniugatam à viro ſpoliatã non reſtitui ante omnia, ſi matrimonium fuit Clandeſtinum.

XIIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *HOmicidium ab inimico cõmiſſum non dicitur proditorium, & num.2. de ratione.*

Ini-

Inimicitia iſto caſu probanda eſt, ab inquiſito, non autem à fiſco num. 3.

Amplia etiam præſtita cautione de non offendendo num. 11

4 *Proditor quis dicatur?*

5 *Proditorium ceſſat ceſſante amicitia.*

6 *Proditorium nõ dicitur ſi inter fratres carnales adſit inimicitia, & alter ab altero occidatur.*

7 *Homicidium dicitur proditorium ſi quis occidat ſocium, aut patrem, aut filium, aut vxorem.*

8 *Inimicus non dicitur proditor, ſi per inſidias, vel retro, & incaute ſuum inimicum occidat.*

9 *Amicus non dicitur proditorie vulneraſſe amicum ſi adfuit monitio, vel diffidatio.*

10 *Homicidium dicitur proditorium ſi amicus fictus, & ſimulatus amicum occidat.*

12 *Homicidium commiſſum ab inimico reconciliato dicitur proditorium.*

Siue ſit de recenti, ſiue de antiquo, ibidem.

Nec gaudet eccleſiaſtica immunitate, nec Regis indultu, ibid.

Contrarium, quod non dicatur proditoriũ, et ſi reconciliatio ſit de recenti, & gaudeat eccleſiaſtica immunitate nu. 13. *et* 14

15 *Reconciliatio quando dicatur de recenti, vel antiqua, remiſſiue.*

Quid ſi poſt reconciliationem ſuperueniat noua cauſa inimicitiæ, et deinde illum occidat, an dicatur proditor, et non gaudeat eccleſiaſtica immunitate? nu. 16.

17 *Proditor ſi deueniat ad actum proximum, et non occidat, an gaudeat eccleſiaſtica immunitate? et num.* 18.

19 *Homicidium proditorium, an comprehendatur in indulto, quãdo in eo tantum aliqua crimina ſunt excepta?*

20 *Affectus, an puniatur non ſequuto effectu in proditorio?*

21 *Proditores quomodo ſunt puniendi?*

22 *Occidens aliquem veneno, an dicatur commictere proditoriũ?*

1 DEcimus quartus effectus eſt, vt homicidium ab inimico commiſſum non dica-
2 tur proditorium. ✠ quia inimicus tenetur vigilare, & ſe cautum, ac ſecurum reddere à dolis inſidijs, & machinationibus, quas inimici parare poſſunt iuxtà vulgatum illud adagiũ, virtus, an dolus, quis in hoſte requirat, *ita firmat poſt Alberic. Blanc. Bertaz. Maſcard. Menoch. Merend. et Farinac. qui de communi teſtatur, Gizzarell. deciſ.* 16. *num.* 6. 7. 8. *et* 9. *Molignat. de Venat. quæſt.* 38. *in fine, Giurb. conſil.* 20. *ſub num.* 13. *et conſil.* 60. *ſub num* 3. *et* 4. *Mart. conſil.* 186. *num.* 15 *R. Maia conſult.* 32 *num.* 4. 5. *et* 6. *Dian. de immunit. Eccleſiaſt. Reſolut* 3. 10. 1.

3 Et inimicitia probanda eſt, ab inquiſito, non autem à fiſco, cum omnes præſumantur ami-

ci

ei *Ricc. dec. Cur. Arch. Neap.* 80. *n.* 4. *p. p. ſcripſi in prœludio n.* 6. *et* 7

4 Proditor enim ille dicitur, qui fingens ſe alicui amicum, aliud exterius ſimulans, aliud in pectore gerẽs ſub ipſo amicitiæ ſigno mortẽ infert nõ cogitanti, non præcaueti, nulla prius exorta rixa *Velanz. conſil.* 128. *nu.* 53. & 55. *Sperell. deciſ.* 23. *n.* 6. *Ricc. d. deciſ.* 80. *n.* 2. & 3. *Larat. conſ.* 102. *n.* 17. 26. & 28. *quem citat Gargiar. conſ.* 71. *n.* 5. *Dian. d. Reſ.* 35. *Giurb. conſ.* 20. *n.* 13. *conſ.* 60. *n.* 1 & *n.* 15. 17. & 31 *Nouar ſuper prag. tit. de Abolit. prag.* 2. *coll.* 3. *nu.* 25. *Oter. diuerſ. iur. qq. p.* 3. *q.* 26. *n.* 1. *Taſſon. de anteſat. verſ.* 10. *obſ.* 2. *ſub n.* 4. *Ball. Tract. Var. lib.* 5. *tit.* 42. *prag. vni. n.* 10. *Ciarl. c.* 151. *à n.* 19. *Marin. cap.* 174. *n.* 3. *Iacob de Sãct. Georg. verbo dictiq; Vaſſalli n.* 17. *Maſtrill. de indult. c.* 29. *nu.* 2. *Carol. Rot. cõcl.* 19. *ſub n.* 24. *Sanf. de c.* 241. *n.* 3. *Peregr. de imm. unit. Ecleſ. cap* 7. *num.* 2.

5 Proditorij namque qualitas amicitiã eſt, & ideo ea ceſſante proditorium ceſſat, *vt ex multis notat Giur. dict. conſ.* 60. *n.* 2. *quẽ citat Noua. vbi ſup. n.* 26 & quod proditor non gaudeat immunitate eccleſiaſtica, *Carol. Rot ſup. nu.* 25. *et Sanfel. loc. cit. nu.* 2.

6 Ex ſupradictis infertur p.° ꝙ ſi inter fratres carnales inimicitiæ cauſa intercedit, ſi alter ab altero occidatur, ꝓditoriũ non ẽ homicidiũ *Giurb. d. cõſ.* 20. *n* 14

7 Infertur ſecundo, quod ſi ſociũ, quis occidat, aut pater filiũ vel filius patrẽ, vel vir vxorem, aut frater fratrẽ, proditores dicuntur *Giurb. dicto conſ.* 60. *n.* 3. & 4. *Nouar. vbi ſupra num.* 26.

8 Infertur tertio, quod ſi inimicus per inſidias, vel retro, & incaute ſuum inimicũ occidat, à quo præcaueri debebat, nõ dicitur proditor, quia inimicus ſemp malè de inimico cogitat *Giur. loc. cit. Nou. ſup. n.* 27. *et* 28. *Ciarl. d. c.* 116. *n.* 31. & *c.* 151. *n.* 23. *et* 24. *Larat. conſ.* 102. *à n.* 19. *Velãz. conſ.* 128. *n.* 54. *Ambr. dec.* 23. *n.* 23. *Sperell. d. dec.* 23. *n.* 12. 13. *et* 14. *Oter. diuerſ. iur. q. p.* 3. *q.* 26. *n.* 2. *Conſal. Suar. de pax. in prax. Eccl.* & *Sæcul.* 5. *p. primi to. c.* 3. §. 3. *à n.* 115. *Campan. in diuerſor. iur. Cano. Rub.* 11. *c.* 31. *à n.* 8. *Ball. tr. var. lib.* 5. *tit.* 42. *pragm. vn. n.* 10. *Azeued lib.* 8. *l.* 2. *titul.* 23. *nu.* 10. *Dian. to.* 1. *de imm. eccl. tr.* 1. *reſol.* 2. *verſ non dicitur proditor*, & *reſol.* 35. *Farinac. de imm. Eccl. n.* 143. *licet n.* 144. refert at contrarium tenentes, *R. P. Vacc. in Faſc. Flor. lib.* 2. *tr.* 2. *c.* 2. §. 5. *de immu. Eccl dub.* 1. *n.* 97. 98. *vide Catala. de indult. c.* 31. & *alleg. poſt dictũ cap.*, *Gargia cõſ.* 71. *Peregr. de immun. eccl. cap.* 7. *ſub nu.* 15. & 20.

9 Infertur tertio ꝙ proditorie amicũ vulneraſſe nõ cenſetur, ſi monitio interueniat, vel diffidatio, cũ ſe defendere potuerit. *Giurb. dicto conſil.* 60. *nu.* 6. *Nouar. loco citato ſub num.* 28.

10 Infertur quarto, quod ſi amicus fictus, & ſimulatus amicũ occidit, tale homicidium dicitur proditorium, ita vt tũc habeant

 beant

beant locum omnia, quæ de proditione per DD. ſcribũtur, *Graſ. de effec. amic. effec. 98. n. 202*

11 Sed quid ſi inimicus dederat cautionẽ de non offendendo inimicum, & deinde illum occidat, an dicatur proditor? Quod non firmant *Marin. dict. Reſolut. 174. num. 5. & Ciarlin. dicta cap. 116. num. 31. R. p. Sacc. in Faſc. Flor. lib. 2. tractat. 2. cap. 2. §. 5. de Immunit. Eccleſ. dub. 5. poſt Marin. & Dian.* licet contrarium dicant *Sanfelic. deciſio. 281. num. 4. & Peregr. de Immu. Eccleſ. cap. 7. num. 10.*

12 Et an occidens inimicum reconciliatum dicatur proditor? & *Giurb. dicto conſil. 60. à num. 15.* pluribus rationibus, & authoritatibus concludit homicidium eſſe proditorium; & *num. 23.* dicit procedere, ſiuè reconciliatio ſit de recenti, ſiue de antiquo, ac proinde concludit non gaudere Eccleſiaſtica immunitate, ſicut nec gaudere Regis indultu concludit *ibidẽ num. 22. quod etiam dixerat cõſ. 57. nu. 13.* & quod proditor non gaudet indultu *Carol. Rot. concl. 19. ſub num. 25. & 26.*

13 Contrarium, quod ſi reconciliatio ſit de recenti non dicatur proditor, bene tamen ſi ſit antiqua *Nouar. d. coll. 3. ſub nu. 13. poſt relatas opiniones, Ricc. & Giurb. R. p. Sacc. in Faſc. Flor. lib. 2. tr. 2. c. 2. de Immun. Eccl. §. 5 dub. 2. n. 99. Nouar. de grau. Vaſſ. prælud. 9. nu. 5.*

14 Et quod ſi inimicus reconciliatus occidat inimicum gaudeat immunitate Eccleſiaſtica *Dian. de immu. eccl. Reſol. 35. to. 1. tra. 1. R. P. Sacc. vbi ſupra poſt Ricc. Marin. & Dian.*

15 Et an, & quando reconciliatio dicaẽ de recẽti, vel antiqua? *vide quæ ſcripſi effectu 113. n. 81.*

16 Quid ſi poſt recõciliationẽ ſuperueniat noua cauſa inimicitiæ, & deinde illum occidat, an dicatur proditor? & quod non, ſed gaudeat Immunitate Eccleſiaſtica concludit *Bonac. de excom. in partic. extra Bull. Cæn. diſp. 2. q. 3. punct. 16. §. 8. n. 5.*

17 Quid ſi deuenerit ad actum proximum, & caſu nõ occidat, an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica? Quod ſic tenet *Dian. de immun. eccl. Reſol. 4. & Reſol. 18. Peregr. de immun. Eccl. cap. 7.*

18 *nu. 13.* dicit, ✝ quod ſi quis attentauerit aliquem occidere proditoriè, effectu, & morte nõ ſecuta gaudet, *vide Giurb. conſil. 10. n. 17. & 19. R. P. Sacc. in Faſc Flor. lib. 2. tr. 2. c. 2. §. 5. de immu. Eccl. dub. 3. n. 100. & dub. 4.* quęrit, an occidens infidelem proditorie gaudeat immunit. Eccl.

19 An proditoriũ homicidium comprehendatur in guidatico quando aliqua tantum crimina ſunt excepta? *et Giurb. conſ. 80. n. 17.* pro affirmatiua concludit quia exceptio firmat regulã in caſibus non exceptis, licet exceptio ſit de ijs, q̃ generalitate nõ includerẽtur *Giur. ſub d. n. 17*

An

20 An in hoc delicto puniatur affectus non ſecuto effectu? quod ſic concludit *Oter. vbi ſupra num. 5.* dum tamen procedat ad aliquem actum proximum, ſcilicet quod percutiat,
21 vbi etiam notat, quod proditores debent per terram ignominiosè trahi, & ſcindi, *et Hercul. de non offend. c.* 10. *nu.* 3. inquit, quod proditores in locis publicis pede vnico ſuſpenſi ad furcam capite inferius dimiſſo depinguntur.
22 Sed an occidens aliquem veneno dicatur proditorie occidere, & non gaudeat immunitate eccleſiaſtica? *Dian. de immun. Eccl. Reſolut. 36. Larat. conſil. 102. num. 27. Oter. diuerſ. Iur. qq. p. 3. q. 27. à num. 1. Squill. de priu. Cler. cap. 6. dub. 3. nu. 55. Sperell. deciſ. 23. num. 3. Peregr. de immun. Eccleſ. cap. 7. num. 6.*

XV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium in dubio præſumitur commiſſum ab inimico, & num. 2. & 3.*
4 *Inimicitia inducit præſumptionem delicti contra inimicum.*
5 *Amicitia inducit præſumptionem innocentiæ.*
6 *Homicidium præſumitur commiſſum ab inimico reconciliato de recenti, ſi inimicitia eſt orta ex graui cauſa, & num. 7.*
Quid ſi occiſus habebat plures inimicos? num. 8. 9. 10. & 11.
12 *Gratia ſecunda non valet nō facta mentione de prima.*
13 *Crimina ſemel commiſſa habent remiſſionem veniæ.*
14 *Priuilegium ſi incipit eſſe dānoſum Ciuitati, & præſtat occaſionem delinquendi euaneſcit.*
15 *Caſus reipublicæ vtilis intelligitur exceptus in priuilegio.*
Priuilegium recipit interpretationem à iure communi, vt minus lędat, dummodo aliquid operetur ſub num. 15.
16 *Princeps non præſumitur pœnam remittere ei, qui delinquere conſueuit.*
17 *Delictorum reiteratio quid oſtendit?*
18 *Conſuetudo delinquendi ex bino actu inducitur, & ſub n. 16.*

1 Decimus quintus effectus eſt. vt in dubio quis pręſumatur occiſus ab inimico *Imol. in l. fin. nu. 20. ff. de hæred. Inſt. Angel. in l. fin. C. de quæſt. & de Maleſic. verbo, quod fama publica, nu. 50. Rom. in l. 1. §. ſi quis in villa ff. ad Sillan. & conſil. 7. Dec. conſil. 64 nu. 6. Calcan. conſi. 65. nu. 2. Ioan. de Amic. conſil. 51. nu. 7. Ambroſ. deciſ. 24. n. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 65. nu.*
2 *7.*, vbi ſi conſtat Caium odio capitali fuiſſe proſecutum Sempronium, deinde conſtat Sempronium occiſum fuiſſe in aliqua domo, è qua viſus eſt egredi Caius diſtricto, Cruentoque gladio; inſurgit præſumptio

G 2 Caium

Caſum homicidam eſſe, *Grat. conſil. 136. nu. 24. in 1. Gramm. conſil. 22. nu. 8. Natt. conſil. 422. nu. 20. Maluaſ. conſil. 25. nu. 17. Pacian. conſil. 119. nu. 6. quos citat Giurb. conſil. 13. ſub numer. ſexto, & conſil. 43. numer. 17.*

3 Qui loquitur de vxore reperta occiſa in domo, quod præſumatur à viro occiſa ſtante inimicitia inter eos, quem citat, ſed corrupte *Auend. de Met. lib. 2. Cap. 19. ſub nu. 96.* & de marito reperto occiſo *Farinac. q. 120 ſect. 5. nu. 195. Nouar. ſuper prag. 27. de offic. Magiſt. Iuſt. collect 7. nu. 3. Farinac. quæſt. 49. Ampliat. 4 Mandell. conſil. 56. num. 14.*

Inimicitia namque inducit præſumptionem delicti contra inimicum *Surd. conſil. 477 nu. 4 lib. 4.* & homicidij *Mantua. conſ. 52. nu. 16. in 1. Bonacoſſ de præſumpt. p. p. verbo inimicitia*, niſi ſit leuis *Burſat. conſi. 271 et 272 Bertazol. conſil. 85 nu. 17.*

5 Sicut è contra ex amicitiæ probatione inſurgit inditium innocentiæ *Corn. conſi. 198. nu. 26. lib. 2. Farinac. conſil. 1. n. 23.*

6 Fallit ſtante reconciliatione *Cyriac. to. 1. contr. 150. nu. 33. et 36 & to. 2. contr. 207. n. 35. poſt*

7 *Farinac. & alios*, niſi eſſet de recenti; & inimicitia orta ex cauſa graui *Vermigl. conſil. 45. num. 10.*

8 Sed ſi occiſus habet plures inimicos capitales, vel graues non reſultat inditium contra aliquem ex illis particulariter

9 ad torturam, quia probatio remanet dubia, ex quo non ille, ſed alij potuiſſent delictum cõmiſtere *Vermigl. conſil. crim. 15. nu. 12. & ſeq. conſil. 27. nu. 11. et ſeq. conſil. 45. num. 8. bene Cyriac. contr. 544 poſt Burſat. & alios*; data enim poſſibili veritate in contrarium, probatio non cõcludit, vt aduertit *Cyriac. vbi ſupra nu. 40. Intrigl. ſingul. 176. nu. 60. lib. 2. & deciſ. 38. nu. 17. Ball. de Indit. quæſt. 21. nu. 14. Giurb. conſil. 97. nu. 10. Ambroſ. deciſ. 24 ſub nu. 10.*

10 Niſi adſit aliquis, cuius inimicitia proueniat à grauiori iniuria, quia tunc contra eum, & non alios oritur inditium *Vermigl. ſupra nu. 13. conſil. 20. nu. 22. conſil. 45. nu. 9. conſil. 62. nu. 5. ſcripſi effectu vigeſimo.*

11 Et aduerte ad vnum in praxi notandum in materia homicidij, quod ſecunda gratia de homicidio non valet nõ facta mentione de priori *Muta conſuet. 9. nu. 9. in fine, & nu. 33. Menoch. conſi. 185. Marin. Reſol. 159. num. 1. Ioan. Grand. de Bell' exul. Tit. de quant. quæſt. 3. n. 24. Ball. lib. 4. pp. qq. q. 10. n. 4. Capibl. de Baron. cap. 31. nu. 22. Girond. de priuileg. ſub nu. 908. Taſſon. de Anteſat. verſ. 3. Obſeruat. 1. nu. 25. addit. ad Gizz. deciſ. 11. nu. 23. Mart. de iuriſd. p. 4. cent. 1. cap. 15. Tepat. var. ſentent. lib. 1. titul. de grat. verſicul. quando quis impetrat, Nouar. ſuper pragm. R. N.*

ſuper pragm. 2. de abolit. coll. 3. ſub nu. 12. verſic. & hinc euenit.

13 Facit pro hac ſentẽtia text. aureus à Mut. appellatus dicto cap. 9 ſub num. 9. in l. 3 in fine, C. de Epiſc. aud. ibi, vt remiſſionẽ veniæ crimina, niſi ſemel commiſſa, non habeant, liberalitas quippe indulgentiarum, & gratiarum Auguſtalis non ad eos, qui vltra veteris criminis commiſſi impunitatem, non ſe emẽdauerint, ſed per conſuetudinẽ mox deliquerint extenditur; eſt etiam text, in l. non omnes §. deſertor de re milit. ibi iterum deſerendo Capite puniendus eſt, l. capitalium §. ſolent, & §. Graſſatores ff. de pœn. Gl. 1. in l. ſi diutino ff. eod. Gloſ. in l. 3. §. si plures ff. de re milit. Boniorn ſuper dict. conſuet 9. verſic. item nisi conſuetudo, Nouar. ſuper pragmat. 2. de Aboli. coll. 3. & principis volũtas præſumitur eſſe talis qualis eſt legis ſcriptę l. ex facto ff. de vulg. Auall. consil. 1. num. 103. in 1. Dec. consil. 64. nu. 7. Pariſ. conſ. 11. nu. 127. vol. 1. Mandoſ. Reg. 11. q. 4. nu. 4. & Regul. 12. q. 6. nu. 14. Bald. in cap. 1. colum. 2. Apud quem, vel quos contr. inueſtit. termin deb. & in d. l. ex facto, & in c. licet de offic. ordin. Reuerend. Franciſc. Salern. consil. 3. lib. 1. §. 14. ſub nu. 131., vbi quod mens atquę intentio principis legibus, naturalique rationi conformis cenſeri debet.

14 Hinc dicunt DD. quod quãdo gratia, ſiue priuilegium inciperet eſſe damnoſum ciuitati, occaſionem delinquendi præſtaret, & iniquitatem contineret, ipſo iure euaneſcit Mut. poſt multos d. conſu. 9. nu. 34. & 35. quibus addo Girond. de priu. nu. 899. Cutell. contr. 1. inter Inquisit. et Magiſt. ſub nu. 17. Cancer. cap. 3. de priuileg. ſub nu. 127. Apont. de pot. proreg. titul. 5. de tract. ſeu extractat. num. 41., vbi ponderat verba text. in l. 2. C. de priuileg. ſchol. lib. 12., ibi, vt ne ſub pretextu conceſſi priuilegij, vel flagitiorum creſcat authoritas, vel publica vacillet vtilitas, eſt etiam bonus tex: vt ipſe Apont. Inquit, in §. quod autem Auth. vt Iudic. sine quoq; ſuffrag. vbi Gl. in verbo priuilegio, idem de Apont. titul. 7. de Aſſenſ. Reg. §. 7. nu. 20., vbi ex Rebuff. dicit, quod numquam intelligitur conceſſum aliquid licitum, ſub cuius prætextu poſſit committi illicitum, & priuilegium conceſſum tacitam habet conditionem, niſi aliud neceſſitas, & publica vtilitas ſuadeat, Capibl. de Baron. cap. 42. num. 10. tom. 2., imo priuilegia publicę vtilitati damnoſa non ſunt recipienda Gironda de priuileg. nu. 334. et nu. 609. nec valent cap. ſuggeſtum extra de Decim. Damboud. ſentent. ſelect. lite. P, verbo priuilegium, ſicut nec priuilegium damnoſum fiſco debet impetrari Gerond. ſupra nu. 1336.

15 Et in priuilegio ſemper in-

tel

telligitur exceptus caſus rei-publicæ vtilis *Steph. Durant. q.* 18., & recipit interpretationẽ à iure communi, vt minus lędat, dummodo aliquid operetur, *Coſt. icul.conſil.* 23 *.num.* 6.

16 Et ratio ſupradictorum eſt, quia princeps non præſumitur pœnam remittere ei, qui delinquere conſueuit, impia enim eſſet tunc pœnæ indulgentia, cum quodammodo princeps maleficis fauere videretur *Menoch.de Arb.Iudic.lib.*1.*q.*96.*nu.* 6.7.*Muta dicta conſuet.*9.*nu.*5., & conſuetudo delinquendi ex bino actu inducitur *Merlin cõt. For.cap.*97.*nu.*10.*Oter.Roman. Lucubr.diſput.*18.*nu.*5.*poſt plures*, vnde *Muta dicta conſuet.*9. *ſub nu.*5. 9. *&* 33. *&* *Sol ſuper decret.Sabaud.titul.de Indulgent. remiſſ.& grat.Gloſ.vnic.* conſi-

17 derant, quod humanũ eſt peccare, & diabolicum perſeuerare, & quod quis non debet peccare ſub ſpe veniæ, quod maxime prohibetur, & quod delictorum reiteratio ſatis oſtendit primum facinus magis commiſſum peruicaci, ac inueterata animi malitia, quam impetu vel ignorantia, & infirmitate, & quod odioſum eſt gratias multiplicare, & quod ſecunda gratia non facta mentione primæ non valet, & quod, qui delictum geminat veniam ſperare non debet *Moder.Carol.Rot. pp.concluſ.*19.*num.*39., vbi quod geminans delictum veniam ſperare non debet, & *num.*40. inquit, quod ex bino actu inducitur conſuetudo delinquẽdi, idem dicit *Nouar. d. coll.*3. *ex Gloſ. in dicta l.*3. *C. de Epiſc. aud.Boer.deciſ.*217.*Seſſ.dec.Aragon.*470.*num.*21.*tom.*4.

Et quis ad delinquendũ inuitari non debet *cap.* 1. *vbi Gloſ. in verſic.adimetur de vſur. lib.*6. *l æquiſſimum in principio ff. de vſufruct.cap* 2.*circa finem, &c. ne captandę in principio de conceſ.præb.in* 6.*cap.*1.*in fine, extr. vt Eccleſ. benefic. l. conuenire ff. de pact.dotal. ca.quemadmodum circa finem extra de iur. iurand. Intrigl.de feud.Cent.*1.*q.*2.*nu.*25

Non obſtat ſi dicatur, quod ſi ſupradicta eſſent vera, etiam Sacramentum pœnitentiæ, & Bulla Cruciatę, eſſent inuitatoria ad peccandum; cum per ea abſoluantur peccata enormia, & reſeruata, & pluries, quod eſſet abſurdum, & inconueniẽs

Quia reſpõdeo primo, quod adducere inconueniens non eſt ſoluere argumentum.

Secundo reſpondeo, quod Sacramentum pœnitentiæ habet pro ſe verba Domini noſtri Ieſu Chriſti, dicta Diuo Petro Matthei 18. V.22. Non tibi dico vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties, quæ nullam prorſus recipiũt reſtrictionem, & limitationem, ſic etiam Bulla Cruciatæ quoad aliqua nullam admictit reſtrictionem.

Tertio reſpondeo, quod impunis

punitas eſt, veluti mater ſcelerum, & inuitatoria ad peccandum: Sed per Sacramentum pœnitentiæ, & Bullam Cruciatæ, ita pluries in foro conſciẽtię abſoluuntur grauiſſima ſcelera, vt peccator non remaneat prorſus impunitus, qui hic habet pœnitentiam Sacramentalem, & in alia vita purgatur igne purgatorij; quod non eſſet in delinquente, cum hic impunitus remaneret virtute priuilegij, ſeu gratiæ replicatæ, ſine vlla reſtrictione intellectæ.

Quarto reſpondeo, quod abſolutio peccatorum eſt, actus non contra ius, ſed ſecundum ius; peccata quidem ſunt contra ius, ſed ipſa abſolutio eſt actus, qui à iure diuino exigitur, & ad quē peccatores inuitātur; & ſic per Sacramentum pœnitentiæ, & Bullam Cruciatæ non conceditur aliquid contra ius, ſed gratia, ſeu priuilegium concedit aliquid contra ius, vnde euidenter patet priuilegium eſſe ſtricte interpretandum; at verò conceſſio illa abſoluendi deberet late, & ample interpretari, etiam ſi non adeſſet expreſſa conceſſio, vt poſſit multoties replicari.

Quinto reſpondeo, quod abſolutio peccatorum requirit verum dolorem, & verum, ac ſerium, & conſtans propoſitum emendationis, & ideo quamuis replicata, & multoties repetita abſolutio per accidens det occaſionem aliquam peccandi, quam male inde non nulli arripiunt; ipſa tamen continet in ſe frenum peccatorum, ſcilicet dolorem commiſſorum, & propoſitum de non committendo vllo peccato.

At vero priuilegium, ſeu gratia, maxime replicata nihil continet, quod refrenet à peccando, & ideo eſt occaſio ad peccandum.

Sexto reſpondeo, quod Chriſtus dominus voluerit concedi replicatas abſolutiones pro peccatis, eſt certum tum ex allatis Chriſti verbis, ſeptuagies ſepties; tum ex perpetua Eccleſiæ traditione contra Montanum, & Cataphrygas hæreticos. At vero, quod Princeps voluerit concedi priuilegium, ſeu gratiam replicatam replicatis delictis non conſtat expreſſe ex eius verbis; & ideo in dubio interpretamur de eius voluntate noluiſſe illud concedere, tum quia ſic conformatur iuri communi, ſcilicet *dicta l.3.C.de Epiſcop. aud.* tum quia ſic magis conſulimus bono cõmuni, & magis præcludimus aditum delictis.

Vltimo deſumo manifeſtam diſparitatem ex communi doctrina Theologorum agētium de ſcandalo paſſiuo, ſeu vt vocāt, Phariſæorum, volunt enim quod ſi ex mea actione, alioqui bona, & honeſta, alius ob ſuam malitiam accipiat ſcandalum,

&

& occaſionem peccãdi, quamuis ego abſolute non tenear in omni caſu abſtinere ab illa actione, teneor tamen abſtinere, cum ſine incommodo id poſſum facere; & ad abſtinendum obligor ex charitate ita inſignis Thomas Sanchez *in decalog. lib. 1. cap. 6. num. 17. Ferdinand. Caſtropal. tom. 1. tract. 6. de charit. diſp. 6. punct. 6. num. 3.* qui alios referũt, nec eſt Theologus, qui diſcordet.

Hinc vero ſic argui poteſt, etiam ſi ex Sacramento pœnitentiæ, & ex Bulla Cruciatæ aliqui accipiant occaſionem peccandi, adeſt tamen grauiſſima cauſa à Chriſto Domino, eiuſque Vicario approbata, nẽpe ſalus plurimarum animarũ, vt his beneficijs fruamur, non obſtante abuſu aliquorum. Sed in noſtro caſu cum certum ſit plurimos abuſuros eſſe hoc priuilegio, ſeu gratia; & arrepturos eſſe occaſionem peccandi, ſi præſertim iuuare poſſit replicatis uicibus, ſane non poteſt ſine graui cauſa ſuę vtilitatis vti hoc priuilegio, nulla autem cauſa vtilitatis adeſt, quia potius priuilegium, ſeu gratia nulla facta mentione de prima tam late interpretata, vt proſit in replicatis delictis, eſt nociua bono ciuium, & communitatis; nec adeſt alia cauſa honeſta cur debeat vti, dicendum ergo eſt, quod quis non poſſit licite vti hoc priuilegio, & ſeu cuncta gratia, tam ample expoſita pro recidiuis; vnde non eſt credendum, quod à Rege conceſſum ſit tale priuilegium, ſeu gratia, cum hac amplitudine, quæ reddit illicitum vſum talis priuilegij.

Volui ſeptem iſtas reſponſiones in re facili afferre, quia fuit, qui crederet hac obiectione multum lædi, & premi meã interpretationẽ, ſed vide, quæ ſcripſi in Racemationibus ad tertium de citatione librũ poſt tractatum, *ſub num. 241.*

XVI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad occidendum inimicum præſumitur contra inimicum, ſi ante delictũ commiſſum ad aurem fuerit loquutus cum interfectore, & delinquente, & delictum in continenti ſequutum? & num. 2. et 3.*

Et inimicitia debet eſſe capitalis num. 7.

Fallit quando fuit repertus verus homicida, & ſtante inimicitia prætenſi mandatarij, nu. 8. vel quando ad ſunt grauiores inimici num. 9.

4 *Homicidium, an dicatur in continenti ſequutum poſt alloquutionẽ ſi fuit commiſſum poſt tres dies?*

5 *Mandatum non præſumitur inimicitia non exiſtente, imo exiſtente, ſed leui num. 6.*

Man-

10 *Mandatum ad delinquendum*
non præſumitur.
11 *Mandatum prius conſtare*
debet ante quam contra mandã-
tem formetur inquiſitio, & n.12.
13 *Inimicitia facit præſumi con-*
ſilium, & non mandatum.
14 *Mandatum non præſumitur,*
ex eo quod famulus, vel filius, vel
cõſãguineus occidit inimicũ meũ.

1 DEcimus ſextus effectus
eſt, vt contra inimicum
præſumatur mandatum ad oc-
cidendum inimicum, ſi ante
delictum commiſſum ad aurẽ
planè, ſeu ſubmiſſa voce fuerit
locutus cum interfectore, & de-
linquente, & delictum in con-
tinenti ſequutum *Bald. in l. 1.*
col. 3. C. de ſeru. fug. Hond conſil.
96. n. 65. lib. 2. Alex. conſ. 69. viſa
facti narratione colum. 2. vol. 2.
Marſil. poſt hos, & alios in l. 1.
§. præterea nu. 27 ff. de quæſt. Ca-
ſtill. dec. 174. nu. 5. Menoch conſ.
788. n. 2. & ſeq. Burſat. conſ. 216.
nu. 36. lib. 2. Giurb conſil. 91. n. 5.
2 *& nu. 29.* dicit tria neceſſario
requiri, vt mandatum præſu-
matur, quorum vno deficiente
non præſumitur, ſcilicet capi-
talis inimicitia, quod offenſus
ſit ſecreto illi alloquutus, &
quod homicidiũ ſecutum mox
ſit, idem docet *Carroc. de excuſ.*
bon. p. p. q. 13. nu. 92. Vermigl. cõſ.
61. n. 2. Bardell. conſ. 75. n. 26.
Giurl. c. 178. nu. 2. 3. Boſſ. in tit. de
3 *Mãdat. n. 50.* vbi ponit differẽ-
tiã de inimico, qui loquutus eſt
ad aures, & de eo, qui expreſſe
loquutus eſt aliqua verba, ex
quibus poſſet præſumi manda-
tum, vt primo caſu ad præſumẽ-
dum mandatum requiratur, vt
in continenti ſit ſecutum ho-
micidium, ſecundo vero non.
4 Et an dicatur incontinenti
commiſſum poſt alloquutionẽ,
ſi fuit cõmiſſum poſt tres dies?
quod nõ dicit *Vermigl. cõſ. 61. n. 13.*
5 Et inimicitia non ſubſiſtẽte,
non præſumitur mãdatum, nec
quis habere animum aliquem
offendendi: imo exiſtente ini-
micitia, ſed leui, nec minus mã-
6 datum, & animus occidendi
præſumitur *Hond conſ. 87. n. 90.*
7 *91. et conſ. 9. n. 20.*, ſed requiri-
tur capitalis inimicitia orta ex
atrociſſima iniuria correſpon-
dente vindictæ homicidij mã-
dati; *Vermigl. conſ. 33. nu. 17 et*
18. conſ. 33. num. 20. Giurb. dicto
conſ. 91. ſub nu. 21.
8 Fallit, quando fuit repertus
verus homicida, quia tunc ini-
micitia nullum facit inditium
contra alium, qui ſit de auxilio
mandato, vel conſilio imputa-
tus *Bardell. conſ. 74. nu. 32.*
Limita prout in ſeq. effectu.
9 Quid ſi occiſus habet plures
inimicos? vide *Cyriac. cap. 178.*
à n. 17. et ſcripta ſup. effec. 15. verſ.
ſed ſi occiſus, Vermigl. conſ. 6. n.
9., vbi quod nõ præſumitur mã-
datũ contra proſecutũ, quando
occiſus hẽt alios grauiores ini-
micos; ſed cõtra eos oritur in-
ditium *Vermigl. conſil. 83. nu. 5.*

10 Licet alias mandatum ad
delinquendum non præſuma-
tur *Ciarlin.cap.178.nu.1.& per
totum cap.*quando præſumatur
ſtante inimicitia? *Giurb. poſt
Bald. Alex. Menoch. Hõd. et Ber-
taz. conſil.85. nu.6 et conſil.91.*
11 *nu.17.* qui ex hoc infert, quod
aduerſus mandantem formari
non poteſt inquiſitio, nec vllo
modo procedi ratione manda-
ti, niſi de mandato prius con-
12 ſtiterit, *et vide Bonacoſſ. de præ-
ſumpt. verbo inimicitia fol. 192.*
13 vbi, quod inimicitia facit præ-
ſumi conſilium, & non manda-
tum, vt præſumatur minus ma-
lum, per quod quis mitius pu-
nitur, vide effectu ſequenti.
14 Hinc bene dixit *Boſſ. vbi ſu-
pra nu.39. et 51.*, quod non ex
eo, quod famulus meus occi-
dit inimicum meum, vel filius
meus, vel conſanguineus, præ-
ſumitur mãdatũ, ſed alia requi-
runtur, *quæ citãt Hond. conſ 93.
n.13. lib.2. et cõſ 91. n.42.* q. *n.18.*
notauit, q. vt corpus delicti cõ-
ſtet, de perſona mãdatarij vere,
& nõ per coniecturas conſtare
debet, quidquid dicat *Graſſ. de
effect. amic. effect. 122. nu. 273.*

XVII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non præſumi-
tur ſtante inimicitia
prætenſi mãdatarij cũ vulnerato
vel interfecto, & de ratione n.2.*
*Fallit ſi inimicitia mãdatarij
eſſet acceſſoria ad mãdantẽ, et oc-
caſione ipſius nõ principaliter n.4* 2
5 *Inimicus quando mandat al-
teri inimico, vt interficiat ini-
micum potius conſilium præſu-
mitur quam mandatum.*

1 DEcimus ſeptimus effectus
eſt, vt mandatum non
præſumatur ſtante inimicitia
prætenſi mandatarij cum vul-
nerato, vel interfecto *Gram-
mat. vot.6. nu 15. Ruin. conſil.6.
col.2. lib.5. Boſſ. titul. de mandat.
nu 39. Dec. in l. conſilij de Reg.
Iur. et in c.1. de offic. delegat. Gloſ.
in l licet de Arb. Bartol. in Auth.
ſi dicatur C. de Teſtib. Ioann. de
Platea in l.1. C. ſi propter inim. lib.
11. Innoc et Abb. in c.1. de Re Iu-
dic. Bald. in l. præſcript. col.16 C.
ſi contr. Iuſ. vel util. publ. Roma.
in Rub. de Arb. col.11. Gram. dec.
28. et 33. Bart. in l.3. ff. de Adim.
legat. Angel. de Maleſic. verbo fa-
ma publica, Surd. conſi.40. nu.15.
et 16. Giurb. conſ.91, nu.26.27.
et 29. Raudenſ. reſponſ.26. nu.59.
lib.2. Bardell. conſil.74. num.33.*
2 Quia ratione proprij liuoris,
& inimicitiæ potius, quam alte-
rius mandato occidiſſe præſu-
mitur *Bardel vbi ſup. Hond. cõſ.
87. n.74.75. et ſeq. et conſ.96. nu.
65. eod. lib. Ball. de indit. q.15. n.*
3 *9.* & quando inimicus mandat
alteri inimico vt interficiat ini-
micũ, potius conſiliũ præſumi-
tur, quã mandatũ, *Hõd. d. cõſ. 87.
n.81. et à n.82.* quomodo punia-
tur iſto caſu? *Vermigl. conſ crim.
15. n.26. et ſeq. cõſ.66. cõſ.80. n.6.*

Fal-

4 Fallit ſi inimicitia mandatarij eſſet acceſſoria ad mandantem, & occaſione ipſius nō principaliter *Carroc. de excuſſ. bonor. p. p. quæſt. 13. nu. 93.*

XVIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium ſtante inimicitia præſumitur doloſum*

2 *Præſumptio durior accipienda eſt ratione inimicitiæ.*

4 *Inimicitia animum occidendi arguit, & dolum.*

4 *Amicus ſi amicum interficiat præſumitur potius caſu, quam dolo interfeciſſe.*

5 *Amicitia facit ceſſare pręſūptionem doli etiā in ijs, quę ſunt de genere malorū, & prohibitorum.*

6 *Homicidium triplex eſt doloſum culpoſum, & caſuale.*

Homicidium doloſum differt ab homicidio deliberato, & ex propoſito ſub num. 6,

1 Decimus octauus effectus eſt, vt homicidium præſumatur doloſum ſtante inimicitia *Giurb. conſil. 82. num. 6. & 7.* licet cum ligno commiſſum, quia inimicus facile præſumitur eum modum potius quæſito colore elegiſſe non vt pareceret inimico, ſed propter maiorem fortaſſis opportunitatē,

2 præcedentis namque inimicitiæ ratione durior ſemper accipienda eſt pręſumptio *Giurb. vbi ſupra ſub dicto nu. 7. Caball. de omn. gener. homic. num. 120. Giurb. obſeruat. 33. num. 6.*, vbi,

3 quod inimicitia animum nocēdi arguit, & dolum, *Burſat. conſ. 152. num. 7. lib. 2.*

4 Sed ſi amicus amicum interficiat, præſumitur potius caſu quam dolo interfeciſſe *Graſ. de effect. lib. amic. effect. 68. nu. 203 poſt infinitos, quos citat, & vide eumdem effect. 77. num. 217.*, vbi amicitia facit ceſſare præſumptionem doli, etiam in ijs, quæ ſunt de genere malorum, & prohibitorum, *Giurb. conſil. 51. ſub num. 9.*, & vide infra in ſequenti effectu.

Et aduerte, *cum Farinac. de homicid. q. 126. p. p. à num.* 1 quod

6 homicidium triplex eſt doloſum, culpoſum, & caſuale, & quod homicidium doloſum differt abhomicidio deliberato & ex propoſito, *vt aduertit, Maſtrill decıſ. 297. num. 29. & 30., idem Farinac. ſupra num 3. & 9.* & per totam quæſtionem benè explicat quando ſit doloſum, quando culpoſum, & quādo caſuale, & quomodo puniantur?

XIX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia operatur, vt præſumatur animus deliberatus, ad vulnerandum, vel ad occidēdum. Niſi aliūde appareat, quod rixa ex improuiſo fuerit ſequuta*

Et debet eſſe capitalis num. 7.

Amplia etiam ſequuta reconciliatione de recenti num. 8.

2 *Inimicus non excuſatur ſi deducat delictum fuiſſe commiſſum in rixa, & deficere animum deliberatum.*

3 *Inimicitia præſumitur durare.*

4 *Reconciliatio ſequuta non tollit inditium, quod inſurgit ex inimicitia, vide num. 8.*

5 *Homicidium quando dicitur commiſſum animo deliberato, vel ex propoſito?*

6 *Animus occidendi, & animus deliberatus occidendi differunt.*

9 *Inimicitia non attenditur, quando homicidium eſt commiſſum in rixa.*

10 *Homicidium appenſatum, ſeu deliberatum eſt firma animi intentio interficiendi aliquem loci, & temporis occaſione capta.*

Homicidium appenſatum ex coniecturis colligitur? ſub nu. 10

11 *Homicidium in dubio non præſumitur appenſatum, ſed per fiſcum eſt probandum.*

Limita num. 13.

12 *Teſtibus deponentibus homicidium caſuale magis creditur, quam deponentibus appenſatum.*

14 *Inimicus ſi obuiam habuerit inimicum, & illum interfecerit, non dicitur homicidium animo deliberato commiſſum.*

15 *Amicitia tollit præſumptionem præmeditati homicidij.*

1 Decimus nonus effectus eſt vt ſtāte inimicitia præſumatur animus deliberatus ad vulnerādū, vel ad occidēdū, niſi aliunde appareat, quod rixa ex improuiſo fuerit ſequuta *Riminald. de donat. in principio n. 109. Mādell. conſ. 46. n. 10. ſcripſi effectu 20, num. 8. Surd. cōſ. 40. n. 2. Virgil. de legit. perſ. c. 33. n. 33. Cum ſuper Rit. cap. 54. num. 105. Iul. Cart. deciſ. 66. Crim. num. 25. Guazz. ad defenſ. reor. defenſ. 4. circa corpus delicti ſub num. 20.*
2 *&* nu. 21. dicit quod inimicus non excuſatur ſi deducat delictum fuiſſe commiſſum in rixa, & ſic deficere animum deliberatum, & tractatum, cum ſemper, qui intendit occidere, rixam affectet, idem dicit *Surd. conſil. 40. numero ſexto, lib. prim & numer. tert. & ſequ. di-*
3 *cit Surd* quod ſufficit inimicitiam ſemel extitiſſe, quia præ-
4 ſumitur durare, & quod reconciliatio ſequuta non tollit inditium, quod inſurgit ex inimicitia, quia præſumitur, quod læſus ſemper voluerit vlciſci, & nocere, & quod ex temporis recentia aliquid ſit præſumendum, & num. 19. dicit quod ad-
5 hoc, vt homicidium dicatur commiſſum animo deliberato vel ex propoſito neceſſe eſt, quædam meditatio, ſeu deſtinatio commictēdi homicidiū, & deinde ex interuallo ſequa-
6 tur actus, & nu. 29 dicit quod aliud eſt habere animum occidendi,

Digitized by Google

dendi, aliud habere animum deliberatum occidendi, vt etiã notat *Farinac. q. 126 p.p.n.9. et ſeq. quem citat Caſtill. deciſ. 172. num.4. Farinac. poſt Alber. Blãc. Mant. Menoch. Bertaz. Maſcard. & alios de Indit. & Tort. quæſ. 49. num.47. Mart. conſil.82. nu. 14. Caſtill. deciſ. 172. num.6. & deciſ.173. nu.5. & 6.*, vbi, quod
7 inimicitia debet eſſe capitalis, *& deciſ.174. num.1. & num.4.*

8 Ampliat etiam ſecuta reconciliatione de recenti, *Giurb. conſil. 17. num.4. conſil.51. num.6. & 7. conſil.82. num.1.22.28. & 31. conſil.84. num.1.2.3. et conſil.91 num.21. Ciarl. cap.10. num.112.* & ideo non attenditur inimicitia, quando homicidium fuit commiſſum in rixa, *Surd dicto conſil.40. num.28. vide Mandel. conſil.46. Bonacoſſ. de præſumpt. part.2. verbo inimicitia fol.198. atergo, Giurb. conſil.82 ſub n.31*

10 Et dicitur homicidium appenſatum, ſeu deliberatum, quando eſt, firma animi intentio interficiendi aliquem loci, & temporis occaſione capta, & cum in animo conſiſtat per coniecturas colligitur, *vt aduertit Paſch. de virib. pat poteſt. p.3. cap.6. numer.17.* & quæ ſint coniecturæ? videndi ſunt *Caſtill. deciſ.175. per totam, Giurb. conſil.2. à num.38. conſil.63. nu. 26. Conſil.82.86. num.3. et conſi. 87. num.16.*

11 In dubio tamẽ homicidium non præſumitur appenſatum, ſed per fiſcum eſt probandum *Paſchal ſupra num.17. Ciarl. dicto cap.10. num.114.*, vnde ma-
12 gis credendum eſt teſtibus deponentibus homicidium fuiſſe caſuale, quam deliberatum, *Giurb. dicto conſil.82. ſub num 9. et quaſi per totum conſil. Alba.*
13 *Mandell. cõſ.46. n.2.*, vbi excipit duo caſus latronum, ſcilicet, & eorum, qui agros depopulantur.

14 Ex ſupradictis infertur, quod ſi quis obuiam habuerit inimicum ſuum, & ira motus eum interficiat non dicitur homicidium animo deliberato commiſſum, niſi appareat, quod antea decreuiſſet eum occidere, & hoc animo ambulabat armatus, *Paſchal. vbi ſupra, Caſtill. deciſ.173. nu.8. Giurb. conſi. 2. nu.31. et vide ſub nu 62. verſi. proinde falſa eſt, et conſi.84. nu. 14.*, vbi, quod non punitur pœna ordinaria.

15 Et ſicut ex inimicitia præſumitur animus deliberatus, ita amicitia tollit præſumptionem præmeditati homicidij *Ciarl. loco citato num.112. Giurb. conſ. 51. num.9. et conſil.82 ſub num. 22.* niſi de dolo conſtaret apertius, *Giurb. ibidem, et vide in ſequenti effectu, Caball. de omn. gener. homic. num.155. et 294. et num.156.*, dicit quod amicitia in dubijs, & incertis facit præſumi bonum pro amico etiam in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, & num.157. dicit, quod

quod vere de amico non præſumitur malum cõtra amicum quia amicus amico deſiderat bonum cum ſit alter ego, vide ſcripta effect. 75.

VIGESIMVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia facit inditium ad torturam in his, quæ ſunt difficilis probationis num. 2.*

Si capitalis ſit nu. 3. & nu. 13.

Amplia etiam ſi inimicitia proceſſerit culpa, & facto offenſi, vel ex offenſione non ſibi, ſed ſuis facta num. 4.

Amplia 2. etiam quod offendens prius alia vice offenderit num. 5.

Amplia 3 vt faciat inditium contra eum, qui cauſam inimicitiæ habet, licet palam ſe inimicum non profiteatur num. 6.

Intellige hanc ampliationem ſi cauſa inimicitiæ ſit cognita offendenti num. 7.

Amplia 4. vt non ſolum faciat inditium, quando vere non conſtat de occiſore, ſed etiam ſi conſtet, quod inimicus occiderit, quia præſumitur, quod deliberate occiderit num. 8. Niſi appareat, quod rixa ex improuiſo fuerit ſequuta num. 9.

Intellige hanc ampliationem etiam, quod inimicitia non ſit capitalis num. 11.

Contrarium num. 12.

Limita primo procedere ſi inimicitia ſit capitalis, ſecus ſi non capitalis num. 13.

Limita 2. vt ſola inimicitia non faciat inditium, niſi fuerit adminiculata num. 14. & 15.

Quæ vero ſint adminicula? num. 16. remiſſiue

Et ſufficiunt debilia inditia ad coadiuuandum inimicitiæ inditium, num. 17.

Sublimita primo hanc ſecundam limitationem, vt licet ſola inimicitia non ſufficiat ad torquendum, ſufficit tamen ad inquirendum num. 18.

Et ad capturam perſonæ, & ſi fugiat poterit formari inquiſitio num. 19.

Sublimita 2. in delictis occultis, & difficilis probationis n. 20.

Sublimita tertio; in caſu, in quo certum eſt vnum ex pluribus hominem occidiſſe, ſed incertum quis ex illis pluribus occiderit, quia tunc inimicus præſumitur occiſor, & poteſt torqueri nu. 21.

Limita tertio, quando poſt inimicitiam ſucceſſit reconciliatio nu. 22.

Intellige ſi reconciliatio eſt antiqua, ſecus ſi de recenti num. 23. & 24.

25 *Paria ſunt aliquid nõ eſſe factum, vel factum de recenti.*

Limita quarto, quando offenſus habebat plures inimicos, quia iſto caſu attenditur inimicitia grauior, vel ea, quæ eſt adminiculata pluribus inditijs nu. 26. & 27. & vide nu. 28.

Limi-

Limita quinto, vt non ſemper inimicitia faciat inditium ad torturam, & in omnibus delictis, ſed tantum in illis, quæ in alterius iniuriam perpetrantur, ſecus in illis, quæ ad proprium commictentis commodum committuntur, nu. 29.

Limita ſexto, quod inimicitia non faciat inditium, quando inter inimicum, et offenſum erat data Cautio de ſe inuicem non offendendo nu. 30.

31 *Inimicitia, vt faciat inditiũ quomodo eſt probanda?*

1 Vigeſimus effectus eſt, quia inimicitia facit inditium
ad torturam *Specul. in titul. de*
præſumpt. §. 1. verſic. ſed pone nu.
7. et 8. et ibi Ioan. Andr., R. Maia
conſult. 11. nu. 1 Burſat. conſ. 216
num. 36. lib. 2. Ruſtic. ad l. cum
Auus lib. 4. cap. 8. nu. 25. Theſaur.
deciſ. 24. nu. 1. et 17. Hond conſil.
2 *87. nu. 5. et ſeq. lib. 2.*, vbi maxime procedit in his, quæ ſunt
difficilis probationis, *conſi. 106*
nu 12. lib. 1. et conſil. 107. ſub nu.
1. eodem libro, et nu. 37. et ſequ.,
3 quod inimicitia debet eſſe capitalis, *Vermigl. conſil. 30. nu. 5.*
conſil. 382. nu. 12. Claud. Tut. allegat. 45. nu. 21. Intrigl. deciſ. 12.
nu. 16. Fuſc. in Sing. verbo inimicitia, Farinac. poſt multos de indit. et tort. quæſt. 49. n. 89.; quam
4 ſententiam Ampliat primo Farinac. etiam ſi inimicitia proceſſerit culpa, & facto offenſi,
vel ex offenſione non ſibi, ſed
ſuis facta *Menoch. de præſumpt.*
lib. 1. q 89. nu. 53. Ampliat ſecũ-
5 do Farinac. etiam quod offendens prius alia vice offenderit.
6 Ampliat tertio, vt inimicitia faciat inditium contra eum, qui
cauſam inimicitiæ habet, licet
palam ſe inimicum non profi-
7 teatur, quam ampliationem limitat, vt procedat dummodo
cauſę inimicitiæ ſint cognitæ
offendenti; tunc enim facit cõ-
tra ipſum inimicitia inditium,
etiam quod publicè non ap-
pareat inimicus; ſecus ſi ipſi
8 offendenti ſint incognitę. Ampliat quarto, vt non ſolum inimicitia faciat inditium, quan-
do non conſtat verè de occiſo-
re, vt ſcilicet, homicidium prę-
ſumatur commiſſum ab inimi-
9 co, ſed etiam ſi conſtat, quod
inimicus occiderit, præſumi-
tur contra eum, quod delibe-
ratè, & ex propoſito occiderit,
& talis præſumptio oritur ex
inimicitia, niſi aliunde appa-
10 reat, quod rixa ex improuiſo
fuerit ſequuta, quam ampliatio-
11 nem ampliat Farinac. vt procedat, etiam quod inimicitia
non ſit capitalis, ſed num. 100.
12 dicit contrariam opinionem
eſſe communem. Supradictam
opinionem, ſeu ſententiam li-
mitat *Farinac. à num 101.* pri-
13 mo vt tunc demum inimicitia faciat inditium ad torturam ſi
capitalis ſit, ſecus ſi non capi-
talis, *Giurb. conſil. 82 ſub nu. 29.*
14 Limitat ſecundo Farinac. vt

licet

Digitized by Google

licet non nulli DD voluerint ſolam inimicitiam facere inditium ad torturam, verior tamẽ, & communior eſt opinio eorũ, qui voluerunt tale inditium ex inimicitia non oriri, niſi concurrente aliquo alio inditio, vel coniectura, & ſic niſi fuerit adminiculata; pro qua limitatione adducit Farinac. nõ nullos DD. ita tenentes, quibus addo *Giurb.conſil.13.nu.7.conſi. 91, nu.27. & conſil.97.ſub nu. 11. Intrigl. ingul.168.nu.11.lib. 1.& 64.nu.58.lib.2.Hond.conſi. 87.nu.96.97.lib.2.conſil.106.n. 11.lib.1.& conſil.107.nu 47.eod. lib 1.R.Maia ſupra nu.3.Vermiglol.conſil.30.nu 3.& ſeq conſil. 62 nu.5.conſi.382.nu.6.Burſat. conſil 20.nu.17.lib.1. conſil.146. nu.13.& conſil.216.nu.69.lib. 2. Fulu.Pacian.conſil.119.num. 7.23.24.25.35.38.& 45. Petr. ad Gramm. deciſion. 33. numer. 4. Muta. ſuper Cap. R. Joan.34.nu 62.& ſeq. Facchin. contr.iur.lib.9.c.82. Ceual.com. contr.com.q.158.Coriol.Capuc. de caſib. reſeru.p.2.caſ.5. de reo nu.12.Cacher.deciſ.79.nu.6.& 22. Piguer.deciſ.17 nu.8. Cephal. conſil.649.n.45.lib.5.Tuſc.verbo inimicitia concl.148.nu 31.et verbo inditia concluſ.97.nu.70. Ambroſ deciſ.24.num 10. Imol. concl.27.lib.4.Viu.op.374.Ricc. collect.2698.vbi bene declarat. Brun.a ſol propoſ.iur.verbo inimicitia Ball lib 1.de Indic.quaeſ. 27.Claud.Tut.allegat.33.nu 44. & alleg.45.n.26., vbi, quod Speculator communiter reprobatur.*

15 Quam ſententiam pluribus rationibus probat *Marſil.in l.1. §.praeterea num.25. & 26. ff. de quaeſt.*, vbi etiam dicit conſiderandum quod ſi eſſet verum dictũ Speculatoris ſequeretur vnum abſurdum, & inconueniens mirabile, quod eſſet in poteſtate vnius tertij facere quem torqueri, & decapitari? Nam ſi inter me, & Titium eſt capitalis inimicitia, & inter me, & Caium ſimiliter eſt inimicitia capitalis, & ipſe Caius velit me offendere via indirecta, poſſet ſecreto modo interficere ipſum Titium mihi inimicum capitalem, quo interfecto ſi neſciretur à quo, ego poſſem torqueri, & propter acerbitatem doloris torturae forte confiterer eum interfeciſſe, & ſic licet eſſem innocens punirer pœna mortis.

16 Et redeundo ad *Farinac.nu.* 103. ponit remiſſiue adminicula quibus fulcitur inimicitiae inditium, & num. 104 aduer-
17 tit, quod hoc caſu debilia inditia ſufficiunt ad coadiuuandũ principale inditium inimicitiç; & à nu. 105. ſublimitat Farin.
18 hanc ſecundam limitationem, primo, vt licet ſola inimicitia non ſufficiat ad torquendum, ſufficit tamen ad inquirendum etiam nullo adminiculo concurrente, ſed num. 106. dicit

ex

ex Boſſ. quod ſufficit ad captu-
19 ram perſonæ, ſed ſi fugiat, tunc
bene poterit formari inquiſitio.
Sublimitat ſecundo in delictis
20 occultis, & difficilis probatio-
nis, in quibus ſi nullus alius ap-
paret de delicto ſuſpectus, pote-
rit reus ex ſola inimicitia, ſi ca-
pitalis ſit, aliqualiter torqueri,
Vermigl. conſil. 199 nu. 8. & ſeq. idem Farinac. conſil. 196. num. 6. lib. 3., Sebenard. conſ. 19. n. 25. & 26. lib. 2. Sublimitat tertio Fa-
rinac. vt non procedat quando
21 ſumus in caſu, in quo certū eſt
vnum ex pluribus hominem oc-
cidiſſe, ſed incertum eſt quis ex
illis pluribus occiderit; nā tunc
inimicus præſumitur occiſor,
& ex hac ſola inimicitiæ præ-
ſumptione poterit ſine dubio il-
le torqueri. Limitatur tertio,
22 quando poſt inimicitiam ſuc-
ceſſit pax, reconciliatio, ac re-
miſſio iniuriæ, tunc enim inimi
citia non facit inditium ad tor-
23 turam, ſi delictū non de recenti
poſt reconciliationem commiſ-
ſum extitit, quam limitationem
ſublimitat vt procedat quando
24 reconciliatio eſt antiqua, ſecus
ſi de recenti, quia adhuc offen-
ſus de recenti reconciliatus prę
ſumitur iratus, & quod velit no-
25 cendo ſe vlciſci, quia à iuri p-
cedunt aliquid non eſſe factum,
vel factum de recenti, *Menoch. preſump. lib. 1. q. 89. nu. 57.* Limi-
tat quarto Farin. quando offen-
ſus habebat plures inimicos;
26 tunc enim cum præſumptio
contra vnum inimicum dubia
& incerta reddatur propter ini-
micorum pluralitatem, ea prop-
ter effectum aliquē operari non
27 debet, & quod iſto caſu atten-
ditur inimicitia grauior, vel ea
quæ eſt adminiculata pluribus
indicijs; idem dicunt *Intrigliol. dicto ſing. 64. num 60., Vermigl.*
28 *conſil. 33. num. 19. & 20. conſ. 60. num. 18. & 19. conſ. 64. nu. 12. conſil. 332. num. 5. conſil. 333. num. 8. Tut. alleg. 45. num. 25.*
Vide effectu 55. Tandem in-
quit Farinac. quod hoc Iudicis
arbitrio remittitur, ſed ſi de in-
terfectore conſtat, certum eſſe
dicit non eſſe præſumendum
contra alium inimicum. Limi-
29 tat quinto, vt non ſemper ini-
micitia faciat inditium ad tor-
turam, & in omnibus delictis,
ſed tantum in illis, quæ in alte-
rius iniuriam perpetrantur, pro
vt ſunt verbera, vulnera, homi-
cidia, & ſimilia; ſecus in illis, q̄
ad proprium delinquentis com
modum committuntur, provt
eſt furtum, falſum, adulterium,
& ſimilia, quia tunc inimicitia
non facit inditium. Limitat ſex-
30 to, quod inimicitia non faciat
inditium ad torturam, quando
reperitur quod inter inimicum,
& offenſum erat data cautio de
ſe inuicem non offendendo.
31 Et aduerte cum *Menoch. dicta quæſt. 89. ſubnumero 57. & 58.* quod vt inimicitia faciat
inditium, debet in ſpecie pro-
bari, quia debent teſtes referre

cauſam inimicitiæ, puta ob talem offenſam, *Farinac. vbi ſupra. numero 126., & ſcripſi in præludio numero vndecimo, & duodecimo. Vide Gar. var. cap. 11. à num. 36.*

Aduerte inſuper quod in Regno, vbi proceditur ex abrupto probationes, & inditia debent eſſe plura vrgentiora, & plenius probata, quam ſi fieret proceſſus de iure communi, *Maſtril. deciſion. 295. numero quadrageſimo nono.*

XXI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vel fideicommiſſum intelligitur reuocatum propter inimicitiam ſuperuenientem inter teſtatorem, & legatarium & num. 3. de ratione.*

Et inimicitia contrahitur ſi legatarius teſtatorem infirmum curare neglexerit numero ſecundo; & de alijs cauſis numero 59. 60. 61.

Amplia primo etiam ſi teſtator ſuam voluntatem non declarauerit num. 4.

Amplia ſecundo non ſolum ſi poſt contractas inimicitias ſtatim deceſſerit, ſed etiam ſi per multum temporis ſpatium ſuperuixerit, & potuit mutare teſtamentum, aut codicillos, & non mutauit nu. 5.

Amplia tertio etiam ſi fecerit codicillos, nec ademerit legatum, vel fideicommiſſum numero ſexto.

Niſi teſtator in codicillis reuocaſſet aliqua ex legatis tacite reuocatis, quia tunc cenſetur confirmare non reuocata num. ſeptimo.

Amplia quarto ſiue inimicitia proueniat à vocato, ſiue à teſtatore num. octauo, & duodecimo, & de ratione numero nono.

Contrarium. numero decimo, & vndecimo.

Amplia quinto non ſolum ſi inimicitia proueniat ex aliquo commiſſo contra teſtatorem de facto, & abſque vllo iuris colore, ſed etiam ſi ſub aliquo iuris colore nu. 13.

Amplia ſexto vt legatum relictum filio cenſeatur reuocatum per inimicitiam cum patre contractam num. 14. Limita vt numero 17.

Amplia etiam vt per inimicitiam contractam cum fratre cenſeatur reuocatum legatum relictum fratri ſub numero ſexto.

Amplia ſi inimicitia eſſet contracta inter patrem & filium, quia legata etiam adempta intelliguntur num. 9.

16 *Inimicitiæ grauiores ſunt inter parentes, quam inter extraneos.*

Amplia ſeptimo etiam ſi inimicitia inceperit cum morte, vel poſt mortem teſtatoris numero 18.

Con-

Contrarium nu. 19. et de ratione nu. 20. et 21.

22 Vxor ſi poſt mortem mariti nubat inimico mariti, priuatur legatis à marito relictis.

Amplia octauo, vt legatum factum vxori intelligatur ademptum, ſi tempore mortis mariti matrimonium reperiatur diuortio ſolutum nu. 23. vbi idem de donatione.

Amplia nono, ſiue inimicitia ſit vera ſiue præſumpta nu. 24.

Amplia decimo, etiam ſi offenſa fuit commiſſa viuo teſtatore, et ignorante nu. 25.

26 Legatarius ſi cum vxore teſtatoris eo ignorante concubuerit, legatum tacite videtur adeptum, et remanet apud hæredem, ſed ſi poſt mortem cum ea concubuerit, applicatur fiſco, ibidem.

27 Legatum relictũ vxori propter adulterium ab ea commiſſum ignorante teſtatore cenſetur ademptum, & remanet apud hæredem.

Idem de legato concubinæ relicto nu. 28.

Amplia vndecimo etiam ſi legatum ſit relictum propter benemerita num. 29. & 36. etiam ſi inimicitia culpa teſtatoris veniat, ibidem, & de ratione nu. 30 31. 32. 33. & 34.

Contrarium nu. 35.

Limita primo, vt procedat ſi legatarius, vel fideicommiſſarius commiſerit aliquid in ipſummet teſtatorem, vel aliquem ita ei proximum, vt faciliter teſtator potuerit ad iracundiam prouocari num. 37.

Limita ſecundo, vt procedat ſi offenſa ſit grauis, ſecus ſi leuis nu. 38.

Limita tertio, niſi ſequuta ſit reconciliatio nu. 39. etiam ſi reconciliatio ſit tacita, quia teſtator deceſſit confeſſus, & contritus, ſub nu. 39.

Contrarium nu. 43.

40 Reconciliatio quot teſtibus eſt probanda? & nu. 41 et 42.

Limita quarto, vt non cenſeatur reuocatum ipſo iure, ſed ope exceptionis nu. 44.

Contrarium nu. 45.

Limita quinto, non procedere ſi legatarius ignoranter incidiſſet in inimicitiam teſtatoris nu. 46.

Limita ſexto, non reuocari legatum ſi legatarius occiderit teſtatorem vilem cum eius vxore repertum nu. 47.

48 Legatum tacite reuocatum, ſi fuerit ſolutum, poteſt repeti ſi ignoranter fuit ſolutum, ſecus ſi ſcienter, & vide nu. 49.

50 Legatum, an intelligatur reuocatum ex factis ꝑ legatarium contra teſtatorem iure permittente?

51 Inimicitia quot teſtibus probanda? & nu. 52. & nu. 57. ad materiam, & 58.

53 Teſtes quinque requiruntur ad probandam expreſſam ademptionem legatorum.

54 Teſtes ſeptem requiruntur ad ꝓbãdã reuocationẽ inſtitutionis.

55 *Sollemnitas requiſita in conferendo requiritur in adimendo.*

1 VIgeſimus primus effectus
eſt, vt legatum,& fidei-
commiſſum intelligatur reuo-
catum propter inimicitiam ſu-
peruenientem,inter teſtatorem
legantem, & legatarium, *l.3.§.*
fin. & l.ſeq.ff adim.leg. Angel in
§. item ſi propter nu.4. Inſtit. de
excuſat.tutor.Mantic.de coniect.
vlt.volunt.lib.12.titul.5.nu.1.&
ſub nu.17. Molfeſ. in ſum. tract.
13.cap.5. de vltimis volunt. nu.
2 *145. & 146.* dicit inimicitiam
contrahi cum teſtatore ſi lega-
tarius ipſum infirmum curare
neglexerit, *Addit. ad Oinot. in*
§.item ſi propter littera A, Inſt.
de excuſat.tut.Golin.de procurat.
p.3.c.5.nu.47.48.Cott.in memo-
rial. verbo inimicitiæ capitales
Iul.Ferret.de Fer.Seu.Induc.Mi-
lit.nu.105. Afflict. de feud. titul.
quib. mod. feud. amitt. §. item ſi
quis feudum.nu.24. Tuſch.litte-
ra I, concluſ 148.nu.14.Fonta-
nell. de pact.Nupt.Clauſ.4. Gloſ.
18.p.3.ſub nu.22. Bellon.de Iur.
3 *accreſc.cap.7.q.57.nu.7.*, vbi di-
cit rationem eſſe, quia ſicut le-
gata, & fideicommiſſa nuda
voluntate relinqui poſſunt, ita
& nuda voluntate, etiam taci-
ta, & præſumpta reuocari poſ-
ſunt, *Peregrin. de fideicom. artic.*
18.nu.34. Larat.in Theatr. feu-
dal.p.10.Dilucid.25.Amiſſ.feud.
cauſ.18.ſub nu.3 Fuſar.de ſubſt.
queſt. 573. Maſcard. de probat.
concluſ.401.nu.1.Marſil.in l. 1.
§.præterea nu.28. & in §. ſi quis
vltro nu.22. ff.de quæſt. Hercul. 12
de non offend. cap.27 ſub nu.18.
Gratian. cap.5. nu.17. Schrad.de
feud. p.9. cap.5. ſub nu.7. in 18.
Cauſ.priuat feud. Griuell.deciſio
dolan.4. ſub nu.27.Galeot.contr.
Ill.lib.1.contr.58.n.64.Rub.deciſ.
190.num 32. Ricc.in prax. Rer.
quotid.p.3.titul de adult.reſolut.
75.nu 11.12.Pellic.Contr.Ill.qu.
33.cap.3.verſic.infertur 4.Mart.
Compilat.tom. 5. titul. de legat.
cap.82. & 83.et de Succ. legal.p.
4.quæſt.18.artic.10. nu.67. Viu.
deciſ.450.nu.1.Paſch.de patr.pot.
p.3.cap.2.num.42. Gall.de except.
titul.1.except.3.p.3.nu.8. Giurb.
conſil.60.n.18. Roſental.de feud.
cap.10. concluſ.17. littera D, et
E, Ripa in l.fin quæſt.45.nu.151.
C. de Reuoc. donat. Lara de An-
niuerſar. et Cappellan. lib.1 cap.
11.nu.21.Maſſin. elect.iur. diſt.
diſt.5.nu.6. Carroc. de iuram.lit.
deciſ. quæſt.3.7. q.princ. nu.15.
Plot.conſ.54.nu 39.et 46. Sanc.
de Matrim.lib.6. diſp.15.nu.13.
Petr.Franc.Luglo.deciſ.32.quæſ.
10.nu.1. Barr.de ſucceſſ.lib.9.tit.
de legat.fol.475.Vigel.ſuper ff.p.4
lib.32.c.9. Cauſ.23. Cott. in me-
morabil. verbo inimicitiæ capi-
tales, Cantiunc.de donat fol.302
Petr. Gerard. Singul.5. Simon.de
Præt.de Interpret.vltim volunt.
lib.1.ſolut.4. Ludou. concluſ.24.
Ampliat.13.Petr.de Gregor. Sin-
tagm Iur. Vn.lib.42. cap.33.nu.
28.Agam.deciſ.26.n.17. Corbul.
de

de iur. emphiteut. p. 3 titul. de pot. eligend. & nomin. cap. 1. num. 29 et 36. Nouel. ad regul. Petr. Duen. verbo legatum regul. 59. Menoch. conſil. 30. nu. 17. Mut ſuper cap. R. Alfonſ. 160. nu. 3. & cap. 238 nu. Surd. de Aliment. tit. 9 quæſt. 13. nu. 38. & quæſt. 25. num. 65. Molin. de primog. lib. 2. cap. 9. nu. 23. 38. & 41. Mier. de Maiorat. p. p. qu. 48. nu. 14. & 144. Decian. conſil. 37. num. 35. Barboſ. in l. ſi ab hoſtibus § fin. à nu. 9. ff. ſolut. matr. Riminal. de donat. in princ. nu. 1070. Ann. Allegat. 90. nu. 6. et ſingular. 688. Ripol. de teſtam. cap. 13. num. 653. Ioan. de Amic. conſil. 4. nu. 8.

4 Amplia primo, etiam ſi teſtator ſuam voluntatem non declarauerit; quia ex ſola ſuperuenientia inimicitiæ arguitur voluntatis mutatio, *ita poſt Bartol. & Peregr. de iur. fiſc. Bellon. loco citato nu. 10.*

5 Amplia ſecundo, non ſolum ſi ſtatim poſt contractas inimicitias deceſſerit, ſed etiam ſi per multum temporis ſpatium ſuperuixerit, & potuerit mutare teſtamentum, aut codicillos, & non mutauerit; adhuc enim ſola inimicitia, ſiue offenſa inducit tacitam reuocationem, *ita ex Peregr. de iur. fiſc. Bellon. ubi ſupra num. 10. 11. Molin. lib. 2. de primog. cap. 9. nu. 40. in fine, & alij ſupra citati.*

6 Amplia tertio, non ſolum ſi non fecerit aliquam diſpoſitionem, ſed etiam ſi fecerit codicillos, nec ademerit legatum, aut fideicommiſſum; adhuc enim ex tacita, & præſumpta mente cenſetur illud reuocatũ *ita ex Bartol. Peregr. de iur. fiſc. & Menoch. Bellon. loco citato ſub nu. 11. & 12. Peregr. de fideicomm. artic. 18. ſub nu. 34. Fuſar. dicta quæſt. 573. num. 2. Rip. in l. fin. C. de Reuoc. donat. ſub nu. 131. Molin. ubi ſupra, Lara de Anniu. & Cappellan. lib. 1. cap. 11. nu. 24. Plot. dicto conſil. 34. nu. 39. Sanc. de Matrim. lib. 6. diſp. 15. nu. 14. Agam. loco citato, & Corb ſupra nu. 37. Surd. dicta quæſt. 25. num. 66. Pellicion. ubi ſupra verſic. et procedit, Put. deciſ. 450. nu. 13. Riminald. in princ. de donat. nu. 1076. Ann. ſingul. 688. Mantic. dicto titul. 5. nu. 2.*

7 Niſi teſtator in codicillis expreſſe reuocaſſet aliqua ex legatis iam tacite reuocatis; nam tunc illa quæ expreſſe non reuocauit cenſetur confirmaſſe, *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 170. nu. 5.*

8 Amplia quarto, non ſolum ſi cauſa inimicitiæ prouenerit à legato, ſed etiam ſi ab ipſo teſtatore *ita ex Iaſon. Bart. Menoch. & Caſtrẽſ. determinat. Bellon. ubi ſupra nu. 13. & nu. 14.*

9 dicit rationem eſſe, quia talis reuocatio pendet à voluntate teſtatoris, non à iuſtitia cauſæ, ideo ſufficit voluntatem eſſe contrariam legatario, ſeu fideicommiſſario, vt legatum adeptum intelligatur, ſiue voluntas

ſit

ſit iuſta, vel iniuſta, *Molin. dicto cap. 9. Paſch. de patr. pot. p. 3. cap. 2. ſub nu. 42. Fontan. Clauſ. 4. Gl. 38. p. 3. nu. 22. Giurb. dicto conſil. 60 ſub nu. 18. Rip. in dicta l. fin. q. 45. ſub n. 151. Lar. vbi ſupra nu. 24. Sanc. dicta diſput. 13. nu. 25. Mut ſuper Cap. R. Alphonſ. 160. nu. 31. Galeot. lib. 1. coutr. 38. nu. 65. Rub. dec. 190. n. 32. Pellicion. loco citato verſic & etiam. Viu. deciſ. 450. nu. 24. Mart. de Succ. legal. p. 4. q. 18. artic. 10 ſub num. 67. Ann. ſingul. 688. Mätic. dicto titul. 5. nu. 9. & ſub nu. 14. Ioan. de Amic. conſil. 4. nu. 9. 10. 11. 12. & 13. Menoch de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. ſub nu. 53. & lib. 4. præſumpt. 120 numer. ſext. et vide nu. 8.*

10 Contrarium, quod ſi cauſa inimicitiæ veniat à teſtatore, quod legatum, & fideicommiſſum non intelligatur reuocatũ concludit *ex Mantic. et Menoc. Ameſc. de pot. in ſeipſ. lib. 1. capit. 21. nu. 34. Hippolyt. Riminald. de donat. in rubr. nu. 1095. cum ſeq. Scrad. de feud. p. 9. cap. 5. ſub n. 15.*

11 vbi, quod hæc opinio eſt verior; *Giurb. parum conſtans dicto conſil. 60 ſub nu. 18: verſ. ſi graui ex cauſa, Lara ſupra nu. 32. Plot. dicto conſil. 54. nu. 48 Marſil in l. 1 §. præterea ſub nu. 28. ff. de qu. Petr. Santer. de Aſſecur. num 36. Cott. in memorial. verbo inimicitiæ capitales.*

12 Ego vero non recedo ab opinione Bellon: & aliorum ſupra citatorum, quia non ſolum eſt communis, ſed meliori ratione fulcita.

13 Amplia quinto, procedere non ſolum ſi inimicitia proueniat ex aliquo commiſſo contra teſtatorem de facto, & abſque vllo iuris colore, ſed etiam ſi ſub aliquo iuris colore, dummodo non reſpiciat commodũ rei familiaris, ſed magis vindictam, vt ſi id fecerit pro defenſione propriæ exiſtimationis, *ita ex Bart. Bellom. loco citato, ſub nu. 14. 15. 16.*

14 Amplia ſexto, vt per inimicitiam contractam cum patre, cenſeatur etiam reuocatum lega tum relictum filio, *Peregr. de fideicomm. artic. 18 ſub nu. 34.*, vbi etiam dicit procedere ſi inimicitia eſſet cum fratre, quia intelligitur etiam reuocatum legatum relictum fratri, *quem citant Galeot. lib. 1: contr. 38. ſub nu 64 et Hod ad deciſ Surd. 41. num. 8. Mantic. de coniect. vltim volunt. lib. 12. titul. 5 nu 8*: idẽ procedit ſi inimicitia eſ-

15 ſet contracta inter patrem, & filium, quia legata ei relicta adempta intelliguntur *Mantic:*

16 *dicto titul. 5. num. 3.*, & inimicitiæ grauiores ſunt inter parentes, quam inter extraneos, *Mãdell. conſil. 773. num: 1.*

17 Sed ſi teſtator in codicillis reuocet ſubſtitutionem de patre factam, & de filijs nihil dixit, benignius eſt ex tacita voluntate non inferri ademptionem filiorum, quia expreſſum

facit

facit ceſſare tacitum *bene Pereg. dicto num. 34.*, *quem citat*, *et ſequitur Hodiern. ad deciſ. Surd. 41. num. 8.*

18 Amplia 7. etiam ſi inimicitia incæperit cum morte teſtatoris, vel poſt mortem quod intelligatur reuocatum, *Plot. conſil. 54. num. 40. & 46.*, *Mier. de Maior. p. 2. q. 4. Illat. 1. num. 3.*, *Mantic. dicto titul. 5. ſub nu. 1.*

19 Contrarium quod ſi inimicitia incæperit cum morte, vel poſt mortem teſtatoris, quod non operetur reuocationem inſtitutionis, ſubſtitutionis, legati, vel fideicommiſſi, ſed faciat locum fiſco, *Bellon. de Iur. accreſ. cap. 7. q. 57. nu. 52.* vbi quod in hoc differt ab inimicitia con

20 tracta in vita teſtatoris, & rationem differentiæ eſſe inquit. nu. 53. & 54., quia teſtator quãdiu viuit, poteſt nolle quod voluit, cum ambulatoria ſit hominis voluntas vſque ad mortem: ideoq; vbicumque ſubeſt iuſta, mutandę voluntatis cauſa, lex præſumit mutationem, quæ ratio ceſſat poſt mortem, vtpote quo tempore iam nec velle po-

21 teſt, cum voluntas morte finiatur; & ideo licet ſupueniat cauſa, quæ mouiſſet defunctum ad mutandam voluntatem, non tamen lex inducit mutationem, *Lar. de Anniu. et Cappell. lib. 1. c. 11. n. 27.*, *Molin de primog. lib. 1. c. 9. n. 47.*, *Gratian c. 5. n. 12.*, *Ludou. concl. 14. verſ. declar. 7.*, *Viu. deciſ. 450. n. 30. & 31.*, *Marcian. conſil. 5. n. 25. 26. 27. lib. 1.*, *Aluarad. de coniect. ment. defunct. lib. 2. cap. 2. ſub nu. 35.*

22 Hinc eſt, quod ſi vxor poſt mortem viri nubat inimico mariti, priuatur legatis à marito relictis, *Maynard. deciſ. 85. lib. 4. Ricc. Collect. 453. p. 2.*

Idem ſi aliquis habuerit rem cum vxore teſtatoris, Aluarad. vbi ſupra & DD. cit. n. 19. & ſeq.

23 Amplia 8. vt legatum factũ vxori intelligatur ademptum, ſi tempore mortis mariti matrimoniũ reperiatur diuortio ſolutum *Surd. de Alim. tit. 9. qu. 13. nu. 35. & nu. 36.*, idem dicit de donatione *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 12. titul. 5. num. 3.*

24 Amplia 9. non ſolum ſi inimicitia ſit vera, ſed etiam ſi ſit præſumpta, *Bartol. in l. 1. argumento illius tex ff. de his quib. vt indign.*, *Schrad. de feud. p. 9. cap. 5. ſub num. 8.*

25 Amplia 10. etiam ſi offenſa fuit commiſſa viuo teſtatore, & ignorante, quia operatur effectum reuocationis legati, ita vt ſaltem poſſit excipi de ingratitudine, *Gratian. capit. quinto, num. 17.* hinc dicit *Mantic. de*

26 *coniect. vltim. volunt. lib. 12. titulo quinto. num. ſexto*, quod ſi legatarius cum vxore teſtatoris eo ignorante concubuerit, ex tacita coniectura voluntatis legatum ademptum videtur, & remanet apud hæredem; ſed ſi poſt mortem teſtatoris legatarius cum eius vxore concubuerit,

rit,legatum ei vt indigno auferatur,& fiſco applicatur,&n.7.in-
17 quit,ꝙ legatum relictum vxori propter adulteriũ ab ea cõmiſſum ignorante teſtatore adẽptũ cenſetur,& apud hęredẽ rema-
18 net;idẽ dicit in cõcubina teſtatoris,q̃ ſi cũ alijs ſe cõmiſcuer t legatũ ex tacita coniectura voluntatis ademptum videtur.
19 Amplia 11. ẽt ſi legatũ ſit relictũ propter benemerita, *Viu. dec.450 ſub n.22.verſ. poſtremo, & n.23.nõ obſtante conſil.Ruin. 162.n.10.lib.4.* ẽt ſi inimicitia proueniat culpa teſtatoris, *idem Viu.vbi ſup.ſub n.23.Verſ.cęterũ Mantic.de coniect.vltim.vol.lib. 12.tit.5. ſub n. 17.* quia ſemper
30 legata relinquuntur ꝑpter merita *l. nec adiecit ff. pro ſocio*, &
31 tamẽ regula generalis ẽ vt ꝑpter inimicitias grauiſſimas,& capitales adempta intelligantur *l.3.§. vlt ff de adim.legat., l.ſi inimicitiæ ff. de ijs quib. vt indign.*,
32 quæ leges cum generaliter loquãtur,generaliter debent intelligi *vulga.l.de pretio ff.de public. in rẽ actiõn., Mantic. vbi ſupra.*
33 Et ſi teſtator voluiſſet ſuæ obligationi ſatisfacere, debuiſſet ſimpliciter inter viuos donare; at legauit, & legatorum natura eſt, vt nuda voluntate infirmentur. *Mantic. loco citato*,
34 vbi bene conſiderat differentiã, quæ eſt inter legatum,& donationem,vt videre eſt apud eum *Menoch. de præſump. libro tertio præſumpt. 37. num. 20., & lib. 4. præſumpt. 170. nu. 10.*
35 Contrarium tenet *Mart. de ſucc. legal. p.4. q. 18. art. 10.n.68.*
36 Sed ego non recedo ab opinione Mantic & Viu. per rationem, de qua ſupra.
37 Supradicta intelligas primo procedere ſi legatarius, vel fideicommiſſarius cõmiſerit aliquid in ipſummet teſtatorẽ, vel aliquem ita ei proximum, vt ex eius perſona facile potuerit teſtator ad iracundiam prouocari; ſecus ſi in alium, quia tunc non cenſetur inducta reuocatio, *ita ex Bart. & Ruin. concludit Bellon. ſupra nu 17.*
38 Intellige ſecundo procedere ſi offenſa ſit grauis, vt eſt ea quę perſonam, vel ſtatum, vel exiſtimationem teſtatoris grauiter offendit; cæterum ſi ſit leuis propter eam non cenſetur facta legati, vel fideicommiſſi reuocatio, *vt ex Bart., & Ruin., Mantic., & Menoch. ſcribit Bellon. vbi ſupra ſub numero 13. & 18., Conue ſan. de excuſat. tutor. §. inimicitiæ num. 10., Viu. decis 540. num. 2. & 6., Mantic. dicto titulo quinto ſub num. 3. & 17. vide Golin. de procur. p. 3. cap. 5. num 48.*
39 Intellige tertio niſi ſecuta ſit reconciliatio, quia tunc legatũ, vel fideicommiſſum debebitur quaſi ex noua voluntate, etiam ſi recõciliatio ſit tacita, vt quia teſtator deceſſit confeſſus, & contritus, & de hoc legitimè conſtat, quia eſt articulandum, & pro-

& probãdum *ita determinat Bellon.loco citato,poſt Bart.Bald. Nat. Mantic.& Menoch.Gall. de excep. tit. 1.except. 3.p. 3.nu.9.Giurb.dicto conſ.60.ſub n.18. verſ.reconciliatione tamen,Coſt.de Retrotr.caſ.23 cap.8.nu.2.Plot.conſ.54.n.47.Sãc. de mat.lib.6.diſp.15.ſub n.13.verſ. & hoc verum eſt,Fuſar.loc.cit.Addit.ad Oinot.in §.item ſi propter lit. A, Inſt.de excuſat.tutor.Maſcard. de probat.concl.1161.n.23.Iul.Ferr de Fer.& induc nu.105.Molin.de primog.lib.1.cap.9.nu.42. Mart.de Succ.legal.p.4.q.18.art.10.nu.68. Ludou.dicta cõcl.14. verſ.declara. 5.Viu.dec.540. nu. 17. vide Merend.contr.iur.lib.24.cap.1.á n.48.* vbi dicit, quod requiritur, quod ſic diſpliceat teſtatori offenſam inter eos inter veniſſe, vt oporteat ipſum perſeueraſſe in priori voluntate dandi legata, & fideicommiſſa; & quia hoc in facto conſiſtit(*dicit Merend.*)ideo onus probandi eius erit, qui id affirmauerit, *& vide Menoch. lib. 3. præſump.37.á nu.39.ad finem.*

40 Et ſufficit conſtare per duos teſtes de reconciliatione *Mut.ſuper Cap.R.Alfonſ.258.n.6.Fuſar. d.q.573.n.4.Iaſon.in l.fideicõmiſſũ C.de fideicom.Peregr.de iur fiſc.lib. 3.tit.13.n.14.*, vbi quod duo requiruntur ad probandas inimicitias, ex quibus arguitur reuocatio legatorum, & ſcripſi infra verſic:ſed quot teſtes,ergo etiam debent duo ſufficere ad probandam reconciliationem, & reintegrationem.

41 Contrarium, quod ſaltem requirantur quinque *Bartol.in l.heredes palam §.ſi quid de teſtam.Iaſon.in l.hæreditas num.3 C. de his quibus vt indign.& in l.filio num. 7.ff.de liber.& poſthum. Mier. de maior.p.p.q.4.num.133.& 134.*

42 Ego non recederem à prima opinione,per text.*in l.vbi numerus ff.de teſtib.*,&per rationem ſupradictam.

43 Cõtrarium, quod quamtumuis moriens ſit contritus, & cõfeſſus non cenſeatur admittere ingratum ad legatum, vel reuocare exhæredationem *Molin. de primogen. lib.2. cap.5. á numer.8. Peres de Lara in compend.vita homin.cap.32.num.5.*, quia (vt ipſe ait ex Molina)contritus cenſetur ſolum remittere rãcorem, quem poteſt quis remittere ad exonerationem conſcientiæ, & velle, quod qui eum offendit,puniatur pœna legis, quia remiſſio facta in conſcientia quoad Deum non liberat à pœna imponenda in foro exteriori *Gloſſ.final.in cap.de his 6.de accuſat. Barboſ.in l.1.p.4. num.46.ff.ſoluto.matrimon., vide Maſcard. de probation. concluſion. 1161. à numer. 15., Surd. de Aliment. titul. ſeptim.quæſtion 15. ſub numer.ſext. Merend.contr.iur. lib.24. capit. 1. numer. 53. Carol. Marant. Reſpon.5.part.ſecund.numer. ſext. & ſequent. ſcripſi in præludio ſub num.160.*

44 Intelligo quarto, vt legatum, & fideicommiſſum non cenſeatur reuocatum ipſo iure,

ſed ope exceptionis, vt pluribus, DD. adductis firmat *Bellón. loco citato ſub num. 20. & 21., idem dicunt Ioſeph. Ludouic. concluſio. 14. verſic. declar. 1. Vin. deciſ. 540. ſub n. 16. Maſſin. ſelect. Iur. diſt. diſt. 5. n. 6. Manſic. de coniec. vlt. volut. tit. 5. ſub n. 12.*, & in ſequentibus numeris examinat Bellon.. cui applicētur iſto caſu legata, & fideicomiſſa, fiſco, ne ſubſtituris, grauato, aut coniunctis? vidēdi ſunt circa hoc *Vin. dec. 450. à nu. 25. Ludou. vbi ſupra verſ. & quandó*, qui dicit, quod ſi iniuria fiat à legatario poſt mortē, vel in morte teſtatoris, legatum applicatur fiſcò, ſed ſi fiat poſt teſtamentum, ſed viuo teſtatore, tunc non applicatur fiſco, ſed hæredi.

45 Contrarium, quod ipſo iure cenſeatur reuocatum abſque alia declaratione concludunt *Plot. cōſ. 54. n. 99. & 46. Rip. in l. fin. q. 45. n. 151. C. de Reuoc. donat. Merend. contr. Iur. lib. 24. cap. 1. num. 50.*

46 Intellige 5. non procedere ſi legatarius ignoranter incidiſſet in inimicitiam teſtatoris *Ludou. concl. 24. verſ. declara ſecundo ex Petra Sancta ſingul. 5. num. 2.*

47 Intellige 6. nō reuocari legatum, ſiue adimi ſi legatarius occiderit teſtatorem vilem cū eius vxore repertum *Ludou. d. cōcl. 24. verſic. declara 4. ex eodem Petra Sancta ſingul. 5. nu. 6.*

48 Sed an ſi legatum fuerit ab hærede ſolutum, poſſit ab eo repeti tāquam indebite ſolutum? & *Rip. in d. l. fin. n. 152.* determinat, quod ſic ſi hæres ignoranter ſoluat, ſecus ſi ſcienter, *Vin. deciſ. 450. n. 16. Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit. 5. nu. 12. & num. 15.*
49 quærit Ripa, quid ſi legatarius, cui ſolutum fuit legatum poſtea commiſerit cauſam ingratitudinis contra defunctum, quia ſtuprauit relictam per teſtatorem, an ab eo repeti legatum poſſit? & vide ſcripta ſupra.

50 Sed an ex factis per legatariū contra teſtatorem licite, & iure permittente intelligatur mutata teſtatoris voluntas? quod non dicit *Corbòl. de iur. Emphit. tit. de pot. elig. & nom. cap. 1. num. 44. verſic. ex qua eleganter.*

51 Quot vero teſtes ſint neceſſarij ad probandum inimicitias ad hoc vt legata, & fideicommiſſa tacite intelligātur adempta? *Lara de Anniu. & Cappell. lib. 11. cap. 11. ſub num. 22. Randell. & iur. prot. §. licet fol. 183. num. 2. & 5. Ann. ſingular. 688. Mantic. dicto titul. 5. numer. 13. Peregr. conſil. 2. num. 26 lib. 2. Cacher. dec. 79. ſub num. 22. Cott. in memor. verbo inimicitię capitales, & Maſcard & alij*, infra citandi dicunt communem, & veram opinionem eſſe duobus teſtibus probari per tritū illud axioma, excerptu mex tex. *in l. vbi numerus ff. de teſtib. in c. in omni negotio de teſtib. & c. nouit de Iudic.* cui quidem pronunciato nuſquam fuiſſe derogatum reperitur in probatione inimicitiarum, & ex Bald. & & alijs dicit Maſcard. quod illa,

quæ

52 quæ veniunt extrinſecus,nec reſpiciunt teſtamenti factionem, ſiue ipſum actum teſtandi, poſſũt per duos teſtes probari;quod intelligit etiam ſi per illam externam probationem redderetur nullum teſtamentum : Vnde inſert *Maſcard.ſupra num.4. & 5.*

53 quod ſi ageretur de probáda expreſſa ademptione legatorum, requirerentur quinque teſtes, &

54 ſi ageretur de reuocanda inſtitutione hæredis propter inimicitias, ſeptem requirerentur teſtes ad probationem inimicitiæ,quia totidem ſunt neceſſarij in teſtamentis, in quibus hæreditates relinquuntur; ſicut in codicillis, in quibus etiam legata, & fideicommiſſa relinqui poſſunt quinque teſtes requiruntur ; nam ea-

55 dem ſollemnitas requiritur in adimendo, quæ fuit adhibita in conferendo, & à nu.7. dicit Ma-

56 ſcard.quod ij teſtes ſupinimicitia deponẽtes debent probare qualitatem ipſius inimicitiæ in ſpecie,& non ſufficit in genere nulla adiecta qualitate, nec cauſa inimicitiæ : imo dicit, quod te-

57 ſtes debent dicti ſui probabilem rationem reddere, idem concludunt, *Galeot.lib.1.contr. Ill.Contr. 38.num.65.C apyc.Latr.conſultat: 101.nu.7.Pellic.contr.Ill.q.33.c.3 ex Ann.ſingul.688.Vin.decıſ.450 num.20.& 22.Rip.in l.fin.C.de Reuoc.donat.nu.196.& 197.*,qui

58 per iura ſupra allegata concludit ingratitudinem duobus teſtibus probari, quem citat,& ſequitur, *Maſcar.de prob. verbo ingratitudo cõcl.898.n.28.*, licet contrarium dicãt*Mut.ſup.C.R.Alfõſ.858.n.10 Riminal.in princ.de don. n.1071. Surd.conſ.94.n.79. & dec.128.n. 6.Imbr.de Repulſ.conſid.6.ſub nu. 38.*, & vide ſcripta ſupra verſ. & ſufficit conſtare.

Et pro complemẽto huius effectus nota cum *Ludou.d.concluſ.* 24.quod ſi legatarius interemiſ-

59 ſet conſanguineum teſtatoris,vel accuſaſſet conſanguineum teſtatoris de crimine capitali, vel inter eos eſſet lis omnium bonorũ, vel maioris partis, vel poſt mortem teſtatoris concubuerit cum vxore teſtatoris,ſciens illam vxorem teſtatoris, vel cum ea turpiter luſerit, vel protuliſſet verba iniurioſa cõtra teſtatorem , quia ex cauſis ſupradictis oritur capitalis inimicitia inter ipſum,&teſtatorem , ideo legatum intelligitur reuocatum,*idem dicit Mãtic.dicto tit.5. nu.11. & Menoch. lib.3.præſumpt.37.*

60 Sed ſi verba eſſent iactatoria, veluti ſi vxor dixiſſet viro eum eſſe proditorem,homicidam, ſacrilegum,hæreticũ,impium, ingratum,& ſimilia,vel ſi filius dixiſſet patri,tu es ſtultus,quod nõ reuocetur legatum cõcludit *Ludou.ſupra verſic.item ex verbis.*

61 Contrariũ, quod legatum dicatur reuocatũ determinat *Vin. dec.450.n.9.quem refert Mart.cõpilat.iur.to.5.tit.legatum ca.83.*loquẽdo de illis iniurijs; tu es proditor,homicida,ſacrilegus,& hæ-

reticus, *Mantic. dicto titul. 5. num: 11. & 16.*

XXII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Haeredis inſtitutio cenſetur reuocata per inimicitiam ſuperuenientem inter hæredem ſcriptum in teſtamento, & teſtatorem.*

Contrarium num. 4. & num. 5. de ratione.

Amplia ſiue inimicitia ſit cauſata culpa teſtatoris, ſiue culpa hæredis num. 6. & 7.

Et de differentia inter vnum, & alium caſum num. 8.

2 *Exhæredatio ſequuta reconciliatione videtur adempta.*

3 *Quod operatur propoſitū in propoſito, idē operatur oppoſitū in oppoſito.*

9 *Teſtamentum ſollemne, an dicatur reuocatum per inciſionem linorum, & abſtractionem ſigillorū? & num. 10.*

11 *Hæreditas, an ſit applicanda fiſco per inimicitiam ſuperuenientem inter hæredem, & teſtatorem?*

12 *Lex ex parte ff. de adimēd. legat. non habet locū in teſtamento militis.*

1 Vigeſimus ſecundus effectus eſt, quia videtur, quod per inimicitiam reuocetur hæredis inſtitutio, per ea, quę notat *Hieron. de Leo deciſ. 32. lib. 1. num. 11.*, vbi inquit, quod ſtante reconciliatione inter filium exhæredatum, & patrem teſtatorem, qui fila incidit, & ſigilla rupit teſtamenti, in quo filium exhæredauerat, præſumitur, quod dictus teſtator prædicti fecerit animo reuocandi teſtamentum, *ex l. 3. §. fin. iuncta l. ſequenti ff. de adim. legat. Surd. conſil. 94. nu. 82.*, vbi quod ſequuta reconciliatione videtur adempta exhæredatio, *Menoch. de præſump. lib. 5. præſumpt. 37. num. 40.*, *idem Surd. de aliment. titul. 7. q. 1. num. 49.* ergo idem videtur dicendum in caſu contrario, & ſic quod per inimicitiam ſit reuocata hæredis inſtitutio, quia quod operatur propoſitum in propoſito, idem operatur oppoſitum in ſuo oppoſito *Barboſ. Axiom. 171. ex l. fin. §. fin. ff. de leg. 3.* R. D. *Hippolyt. Maia Conſult. 34. num. 16. & in puncto Decian. reſponſ. 74. num. 27. lib. 5.*

4 Contrarium, quod inſtitutio hæredis non præſumatur reuocata ſi inter teſtatorem, & hæredem ſuperueniat inimicitia, probatur ex textu *in l. ex parte 22. ff. de adim. legat. Bellon. de iur. accreſc. cap. 7. quæſt. 57. ſub num. 27. 28. & 29. poſt Bart. Iaſon. Peregr. & Garron. & num. 30. inquit Bellon.* rationem eſſe, quia hæredi-

5 tas, quæ per inſtitutionem defertur, non poteſt nuda voluntate dari, aut auferri, ſed ſollemniter, ideſt teſtamento iure facto dari, vel auferri debet, quamobrem, nec dari, nec adimi codicillis poteſt, quia codicilli non ſunt ſollemnes, ſed nuda voluntate fiunt; at legatum, vel fideicommiſſum nuda voluntate dari, vel adimi poteſt: quamobrem, &

in

in codicillis datur, vel adimitur; nil mirum igitur ſi propter ſuperuenientes inimicitias ex tacita,& præſumpta voluntate teſtatoris cenſeatur reuocatum legatum, non inſtitutio hæredis *Vigel.ſuper ff.p.4.lib.32.cap.9.cauſ.23.in fine, Ioſeph. Ludou. concluſ.24.verſic.declara ſexto, Peregr. de iur.fiſc.lib.2.titul.8.num.9. & lib.3.titul.13.nu.12. Petr.Franc.Lugos.deciſ.32.quæſt.10.num.22. Angel.in §.item ſi propter num. 4. Inſtitut.de excuſat.tutor. Ann,allegat.90 num.6.& ſingul.688. Varr.de ſucceſſ.lib.9.titul de legat.in fine, Petr.Gregor. Tholoſ. Sintagm iur.uni.lib.44 cap.33 ſub numer.28 Rip.in l.fiſtal.quæſt.46. num.154. & ſeq.C.de reuoc.donat.*, vbi facit mentionem de diſtinctione Bar-

6 toli *in dicta l. ex parte*, quod aut inimicitia fuit cauſata culpa teſtatoris, & procedit opinio negatiua fundata *in dicta l. ex parte*; aut culpa inſtituti, & tunc contrarium videtur dicendum argumento *tex.in Auth.capitul*; de qua diſtinctione mentionem faciunt *Molin.de primog. lib.1.cap.9.ſub num.23. Peregr.dicto tit.13.n.13.Gall.de exception.tit.1.except.3.p.3.nu.37.*, & ſecundum hanc diſtinctionem intelligendus eſt *Decian.Reſp.37. num.35. & 36. lib.1.& reſp.74.num.27.lib.5.*

7 Sed *Ripa loco citato ſub numer.115.verſic.* ſed tu aduerte, dicit quod neutro caſu per ſolas grauiſſimas inimicitias, & capitales tacite cenſetur adempta inſtitutio, ſed differentia ſtat in hoc,

8 quod ſi teſtator fuerit cauſa inimicitiarum, non aufertur hæreditas ab inſtituto, nec ei denegantur actiones, vt dicit tex. *in dicta l. ex parte*, ſed ſi inſtitutus dederit cauſam inimicitijs, tunc ab eo aufertur hæreditas tamquã ab indigno, ſi cauſa ſit talis, quę eum indignum reddat, de quare infra verſic.ſed an hoc.

9 Ad deciſionem Hieronymi de Leo facilis eſt reſponſio, quia non ſolum eſt fundata in reconciliatione, ſed quia vltra reconciliationem fila incidit, & ſigilla rupit, ex quibus colligitur teſtamenti reuocatio: ſed circa hoc, an & quando teſtamentum dicatur reuocatum per inciſionem

10 filorum, & abſtractionem ſigillorum? videndi ſunt *Fontanell. deciſ.49. Intrigl.ſingul.22 lib.3.& ibi Addit. Maſtrill.deciſ.132. Caſtill.deciſ.59.& in addit.Merend. contr.iur.lib.15.cap.32.*

11 Sed an hoc caſu hæreditas ſit applicanda fiſco? & in hac quæſtione tres ſunt DD. opiniones, nam aliqui ſimpliciter affirmãt, alij diſtingunt, quod aut inimicitia prouenit culpa teſtatoris, aut hæredis, primo caſu procedit opinio negatiua,ſecundo vero caſu affirmatiua vt ſupra; ſed *Bellon.dicta quæſt.57.ſub nu.32.*, & alij ab eo citati dicunt neutro caſu fieri locum fiſco, ſed inſtitutum cum effectu ſuccedere nõ obſtantibus inimicitijs, quæ poſtea ſuperuenerunt, niſi teſtator hære-

hęredem indignum dixerit, quia aut teſtator mutauit teſtamentū, & alium fecit hæredem, & res eſt plana, aut non mutauit, & cenſetur remiſiſſe iniuriam, & num. 35., aduertit Bellon. quod in caſibus, in quibus propter culpam in teſtatorem commiſſam inſtitutus efficitur indignus non cēſebitur teſtator iniuriam remiſiſſe, etiam ſi confeſſus, & contritus deceſſerit; licet aliud eſſe dicat in ſimplici offenſa, quæ non tranſit in indignitatem.

12 Et aduerte, quod dicta *lex ex parte ff. de adim. legat.* non habet locum in milite, quia teſtamentum à milite factum nuda volūtate reuocatur, & hæreditas ab eo ſemel data nuda eius voluntate adimitur *Menoch. de ſucceſ. reſolut. §. 9. num. 22. quem citat, & ſequitur Barboſ. in l. ſi ab hoſtibus §. final. num. 11. ff. ſolut. matrim.*

XXIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Nimicus non ſuccedit inimico ab inteſtato, & num. 2. & 3.*

Contrarium num. 4.

Niſi ſucceſſores ab inteſtato occidiſſent defunctum num. 5. & 6.

Contrarium num. 7. & vide num. 9.

8 *Incapax, & indignus quomodo differant?*

1 Vigeſimus tertius effectus eſt, vt inimicus non ſuccedat inimico ab inteſtato *Gloſ. in c. final. de poſtuland. Salicet. in l. fratres. in 8. quaſt. ff. de in offic. teſtam. Marſil. in l. in criminibus §. preterea num. 32. ff. de quaſt.*, vbi
2 dicit, quod ſi ſunt tres fratres, vel quatuor vtrinque coniuncti, qui non habent filios, ſi duo ipſorum ſunt inimici propter diuiſionem bonorum, & vnus ipſorum moritur ab inteſtato, ille frater, qui erat ſibi inimicus, in totum excluditur ab eius ſucceſſione, & alij, vel alius ſuccedunt ei in totum; & dicit ita obtinuiſſe in Ciuitate Bononię, *Gloſ. in §. ingratitudinem Auth. de Nupt. verbo lucrum, Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 2. titul. 8. num. 9. Merlin. de legitim. lib. 4. titul. 1. quaſt. 1. num. 13. Griſell. deciſ. Dolan. 41. num. 28. Surd. de Aliment. titul. 7. quęſt. 28. num. 12. & 13.* in filio, & patrono, *& quęſt. 32. num. 12.*, & in fratre *q.*
3 *32. num. 8.*, & de viro inimico vxoris, quod ei non ſuccedat ab inteſtato *Cancer. cap. 11. de ſponſ. num. 110. to. 3.*

4 Contrarium concludunt *Rip. in l. fin. C. de reuocat. donat. qu. 47. per totam ſub num. 155. Guglielm. de Cun. Bartol. Bald. Caſtr. Angel. & Mod. in l. fratres de inoffic. teſta. Barboſ. in l. omnimodo nu. 16. C. de inoff. teſt. Surd. de alliment. titul. 7. q. 15. Iacob. de Belniſ. in dicto §. ingratitudinem, vbi Bartol. Angel. in l. 1. num. 8. ff. de in offic. teſtam. & in dicta l. omnimodo num. 4. Imol.*

in

In c.final.num.15.de poſtul.Aretin. in l.3.§ filius num.9.ff.de liber. & poſthum. Igneus in Auth. ex cauſa num.210.C.de liber.prat.Aretin.in §.1.nu.13.Inſtit.de inoffic.teſtam. Iacob.de Sancto Georgio in l.1.nu. 1.ff.de inoff.teſtament. vbi Roman. num.1. dicit peſſime loquutam fuiſſe Gloſſ.in dicto §.ingratitudinẽ Garron.in Auth.ex cauſa num.37. de liber.prater, Paſch. de patr.pot.p. 2.cap.5. num.101. Pro qua opinione facit primo textus in l.omnimodo C.de inoff.teſtament., vbi adhoc vt filius ingratus à paterna ſucceſſione repellatur, opus eſt, quod teſtator eum nominatim exhæredet, & legitimam cauſam in teſtamento exprimat: Secundo facit textus in l.conficiũtur ff.de iur.Codicillorum, ibi, quoniam creditur pater familias ſpõte ſua his relinquere legitimam hæreditatem.

5 Niſi ſucceſſores ab inteſtato occidiſſent defunctum Ripa vbi ſupra num.157. Gall. de except.tit. 4.exc pt.2.p.p.num.78.79. Larat. conſil.109.n.21.Marſil.cõſ.93.nu. 8.& ſeq.Peregr.de iur.fiſc.lib.2.tit. 3.num.1.Alb.Mandell.conſil.7.nu. 10.lib.1.& ibi Anibal.in addit.littera A, Clar.in §.homicidium verſ. priuatur etiam, vbi Baiard.in addit.num.48.Alex. de Neuo conſil. 91.num.11.Flamin.de Rub.conſi. 34.num.1.lib.1., qui de communi teſtatur; Peregr.conſil.91.lib.1. num.1.Graſſ.de effect.cleric. effect. 1. num.226. Peres de Lara in cõpend.vit.homin. cap.32. num.19. Fontanell.de pact. Nupt. Clauſ.7. Gloſ.3.p.12.num.23.Marin.lib.2

6 cap.151., vbi quod non ſolum non ſuccedit occiſo, ſed nec eius hæredi in bonis occiſi, niſi iuſte occiderit, Cyriac.contr.217.lib.2. vbi quod priuatur tam ſucceſſione ab inteſtato, quam ex teſtamento, de ſucceſſione ex teſtamento loquitur etiam Nouar.deciſ.40.num.5., vbi non ſolum de occiſore, ſed etiam de filio occiſoris, quod priuatur hæreditate, & de eo, qui occidit teſtatoris patrem.

7 Contrarium, quod ſuccedant, ſed hæreditas aufertur ab eis tã quam ab indignis, & applicatur fiſco Blaſ. Michal.de Fratrib.p.3. cap.56.á num.29. Paſchal.de patr. pot.part.4.cap.8. Sanfelic.deciſ.70. Marta de Succ.legal.p.4 q.21.art. 18.num.20.& ſeq.Farinac.quaſt. 120.de Incapac.occiſ.num.36.37. Marcian. conſil.5. num.28. lib.1. Rouit.conſil.12.ſub num.18.lib.2. ſed num.9. dicit contrarium in parricida, quia non indignus, ſed incapax eſt bonorum occiſi, Cẽſal.ad Peregr.folio mihi 317. verſi. primus caſus eſt, qui plures caſus diſtinguit, & de differentia inter incapacem, & indignum, Bellon.de iur. accreſc. cap.7. quæſt. 57.ſub num.44.& ſeq., vbi ampliat etiam quod occiſores habeant cohæredes, quia ipſi non ſuccedunt per ius accreſcendi, ſed pars ipſorum applicatur fiſco, Cyriac.contr.217.tom.2.num. 3., vbi ampliat etiam ſi occiſor

nollet

nollet hæreditatem adire, vel repudiet, quia adhuc eam capit fiſcus: & ita forſan intelligendi ſunt DD. ſupra citati pro negatiua opinione.

9 Quid ſi occiſor habet anteriorem in gradu? dic quod tunc hæreditas non applicatur fiſco, ſed defertur illi proximiori in ſucceſſione ipſi occiſo, *ita Cyriac. dicta contr.* 217. *à nu.* 5. *Blaſ. Micchal. de fratr. p.* 3. *cap.* 56. *num.* 41. *& vide* Regent. *Sanfelic. dec.* 412.

XXIV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis reuocatur per inimicitiam ſuperuenientem inter donantem, & donatarium.*

Intellige, vt num. 4. *&* 5.

6 *Donatio facta marito non reuocatur per ingratitudinem vxoris.*

7 *Donatio facta filio non reuocatur per ingratitudinem patris.*

8 *Donatio facta Eccleſiæ non reuocatur per ingratitudinem prælati.*

Niſi dum ipſe vixerit ibidem.

Fallit ſi adſit pactum in contrarium, num. 9.

10 *Donatio remuneratoria non reuocatur per inimicitiam ſuperuenientem, & num.* 11. *de ratione.*

Quid in eo quod excedit æſtimationem meritorum? num. 12.

13 *Donatio propter nuptias non reuocatur per ſuperuenientem inimicitiam.*

14 *Donatio facta pro Sacerdotis patrimonio non reuocatur per inimicitiam.*

15 *Donatio ob cauſam non reuocatur per inimicitiam.*

1 Vigeſimus quartus effectus eſt, quia per inimicitiam reuocatur donatio, ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis *Fontanel. de pact. Nupt. Clauſ.* 4. *Gloſ.* 18. *p.* 3. *num.* 19. *Viu. de iur. patron. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 42. 43. 44. *Xamar. de offic. Iudic. & Aduoc. p.* 2. *q.* 3. *num.* 57. *Angel. in* §. *item ſi propter nu.* 4. *Inſt. de excuſat. tutor. Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 37. *nu.* 16. de donat. cauſ. mort., vnde *nu.*
2 17. dicit quod donatio inter virum, & vxorem, quæ donationi cauſa mortis æquiparatur, ex quo morte donantis valet, reuocata cenſetur ob ſuper veniẽtem inimicitiam inter ipſos virum, & vxorem, *Merlin. de legitim. lib.* 4 *titul.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 10. *Carocc. de Iurament. lit. deciſ. quæſt.* 3. 7. *q. princ. num.* 12. *& num.* 13. loqui-
3 tur de quolibet actu liberali, *l. n. vbi Rip. C. de Reuocat. donatio. Paſch. de patr. pot. p. p. cap.* 8. *n.* 103. *Surd. de aliment. titul.* 6. *quæſt.* 18. *num.* 10. *Hippolyt. Riminald. Inſt. de donat. in princ. à nu.* 1067. *Cantiuncul. de donat. fol.* 302. *Palat. Rubios in rub. de donat. inter vir. & vxor.* §. 88. *num:* 17. *Petr. Gerard. ſingul* 5. *Menoch. lib.* 3. *præſump.* 37. *Giurb. conſi.* 60. *num.* 18. *Iacob. Nouell. de iur. prot.* §. 5. *num.* 17. *Sanc. de matrim. lib.* 6. *diſp.* 15. *num.* 11., vbi etiam de donatione inter vi-

rum

rum, & vxorem, pro vt loquitur *Palat. Ruu. ſupra, Barboſ. in l. ſi ab hoſtibus §. final. ſub nu. 11. ff. ſolut. matr. Hermoſill. ad* Gregor. *Lop. l. 10 Gloſ. 1. titul. 4. p. 5. & Gloſ. 2. per totam omnino videndus. Afflict. de feud in titul. quib. mod. feud. amitt. §. item ſi quis num. 24.*

4 Sed aduerte, quod in donatis inter viuos, vt reuocentur, requiritur animi declaratio, iuncta culpa donatarij *Peregr. de Iur. fiſc. lib. 3. titul. 13. num. 2.* Cutell. *de donat. tract. 1. diſc. 2. p. 7. nu. 27. Fontanell. de pact. Nupt. clauſ. 4. Gloſ. 18. p. 3. ſub num. 22.*, vbi quod requiritur culpa donatarij.

5 Secus in donatione cauſa mortis per ea, quæ ſcripſi effect. 21. ampliat. 4.

6 Non tamen reuocatur donatio facta marito per ingratitudinem vxoris *Contard. in l. diffa-*
7 *mari in qq. num. 119.*, & facta filio non reuocatur per ingratitudinem patris, *num. 123.* & facta Eccleſiæ non reuocatur per in-
8 gratitudinem prælati, niſi dum
9 ipſe vixerit, *num. 127.*, niſi adſit pactum in contrarium, *Cutell. de donat. tract. 1. diſc. 2. p. 12. num. 29. & tract. 2. diſc. 1. ſpecial. 8. num. 7. Paſchal. de patr. pot. p. p. cap. 8. num. 105. Hermoſil. ad Gregor. Lop. l. 10 titul. 4 p. 5. num. 17.*

10 Nec minus reuocatur donatio remuneratoria *Nouar. ſuper pragm. 5. coll. 5. de admin. vniuerſ. num. 251. ex Gam. deciſ. Luſitan. 163. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 12. titul. 5. ſub num. 17. Auend. de Met. lib. 2. cap. 3. num. 38. & n. 39.* de ratione, quia donatio remuneratoria propriè non eſt donatio, quia non procedit ex mera liberalitate, ſed ex obligatione præambula, qua tenemur beneficienti benefacere, *Hermoſil. ad Lop. poſt multos l. 10. Gloſ. 1.*
12 *titul. 4. p. 5.*, vbi quod in eo, quod excedit æſtimationem meritorũ, poteſt reuocari, contrarium *ſub num. 15. verſic. intellige.*

13 Nec donatio propter nuptias, niſi in ea adſit pactum de reuocando caſu ſupradicto veniente *Cutell. de donat. tract. 2. diſc. 1. ſpec. 8. in principio Xamar. dicto nu. 57.*

14 Nec donatio facta pro Sacerdotis patrimonio *Cutell. dicta p. 12. num. 30. Hermoſill. ad Gregor. ad Lop. l. 10. Gloſ. 1. tit. 4. p. 5. n. 15.*

15 Nec donatio facta ob cauſam *Hermoſil. vbi ſupra num. 14.*

Sed an hoc ius reuocandi transmictatur ad hæredes? *Noal. de tranſ. caſ. 45.*

Et an reuocata donatione reuocentur hypotecę factę a donatario? *vide tom. 2. de citat. ſingul. 70. ſub num. 20.*

XXV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilitas non ſolum priuilegio acquiſita, ſed etiam originaria reuocatur per inimicitiam ſuperuenientem inter ciuem, & ciuitatem.*

Amplia etiam ſi reintegratio ſu-

 perue-

perueniat, quia non reſtituit amiſ-ſam ciuilitatem, num. 2.

3 *Ciuitas poteſt reuocare, quod ſemel dedit, vel contraxit propter ingratitudinem eius, cui facta eſt cōceſſio.*

1 Vigeſimus quintus effectus eſt, quia per inimicitiam inter Ciuitatem, & Ciuem non ſolum reuocatur ciuilitas priuilegio acquiſita, ſed etiam originaria, & naturalis *Roman. conſil. 459. quem citat Tuſcuſ. littera I, verbo inimicitia concluſ.* 148. *nu. 1. & ſequ. Spectab. Coſt. conſil. 2. 1. ſub num. 1. Mandoſ. de ingrati. ciu. adu. ciuit. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 37. num. 17. circa finem.*

2 Amplia etiā ſi reintegratio interueniat, quia nō reſtituit amiſſā ciuilitatem *ita ex Roma. Tuſch. vbi ſupra num. 3. Aff. hc. deciſ. 289 n. 25.* licet contrarium dicat *Iul. Ferrett. de Fer. & Induc. nu.* 104.

Sed an reuocata patris ciuilitate ſit reuocata ciuilitas filij? Quod ſic firmat *Additio ad Bartol. in l. libertus §. patris domicilium littera A, ff. ad municipal. & de incol. ex Bald. in l. non plures C. de Sacr. Sanct. Eccleſ.*

3 Hinc dixit *Mier. de Maiorat. p. p. quæſt. 48. numer. 137.*, quod Ciuitas poteſt reuocare, quod ſemel dedit, vel conceſſit propter ingratitudinem eius, cui facta fuię conceſſio.

XXVI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Filius legitimatus propter inimicitiam poteſt ad naturalitatem reduci, Nec amplius poteſt legitimari, ibidem.*

2 *Fallit primo ſi ſit legitimatus per ſubſequens matrimonium, nu. 2.*

Fallit ſecundò, ſi legitimatio fuerit motu principis, vel ob benemerita num. 3.

Fallit tertio, vt tantum procedat in his, quę ad ipſum patrem reſpiciunt, quia in cęteris, vt legitimus iudicatur, num. 4.

1 Vigeſimus ſextus effectus eſt quia filius legitimatus reducitur ad naturalitatem *Mādoſ. de Ingrat. filior. contr. patr. Surd. de aliment. tit. 7. q. 1. n. 3. & tit. 8. priuileg. 67. nu. 2. Capriol. de Succ. ab Inteſt. lib. 1. nu. 248. Intrigl. ſingul. 135. lib. 2. nu. 2. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 1. q. 1. n. 8. Roman. ſingul. 222. Bald. in cap. 1. §. filij nati ſi de feud. defunct. fuerit Contr. inter domin. et agant vaſſ. Rip. in l. fina. nu. 8. C. de reuoc. donat.* Nec poteſt amplius legitimari *Intrigl. dict. ſingul. 135 nu. 8. Hermoſil. ad Gregor. Lop. l. 10 Gloſ. 1. titul. 4. par. 5.*

2 Fallit ſi ſit legitimatus per ſubſequens matrimonium *Intrigl. ſupra nu. 3. Capriol. loco ſupra citato nu. 249. Surd. dicto priuil. 67. à num 4. Hermoſil. ſupra.*

3 Fallit ſecundo, ſi legitimatio fuerit motu proprio principis, vel

vel ob bene merita, *Capriol. vbi ſupra nu. 250. poſt Afflict.*

4 Fallit tertio, vt tantum procedat, quo ad ea, quę ipſum patrem eiuſque bona reſpiciunt, quia in cæteris, vt legitimus iudicatur, *Hermoſill. ſupra.*

XXVII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 E*Mancipatio reuocatur, & filius reducitur ad patriam poteſtatem propter inimicitiam ſuperuenientem inter eum, & patrem.*

Amplia, vt nec pater poſſit illum emancipare in futurum ſine principis reſcripto nu. 2.

Limita primo, in eo, qui fuit emancipatus ab auo, quia nō poteſt à patre reuocari in patriam poteſtatem, num. 3.

Limita ſecundo, quando pater coacte emancipaſſet filium, quia tunc propter ingratitudinem eum non reuocabit, num. 4.

Limita tertio, vt filius dicatur emancipatus quo ad ea, quæ concernunt ipſius filij incommodum, nu. 5

Limita quarto, vt nō ſit ſub poteſtate quo ad honores, & priuilegia, ſed quo ad onera, num. 6.

1 VIgeſimus ſeptimus effectus eſt, quia reuocatur emancipatio, & filius reducitur ad patriam poteſtatem *Roman. conſil. 459. Tuſc. littera I, verbo inimicitia num. 6. Intrigl. ſingul. 135. n. 1. lib. 2. Surd. de aliment. titul. 8. priuil. 65. num. 5. Ripa in l. fin. nu. 4. C. de reuoc. donat. Hermoſill. ad Gregor. Lop. l. 10. Gloſ. 1. titul. 4 p. 5. nu. 3. Eman. Coſt. in l. Gallus §. Et quid ſi tantum num. 111. & 112. ff. de lib. & poſth.*

2 Amplia, vt nec pater in futurum poſſit illum emancipare, ſine principis reſcripto, *bene Surd dicto priu. 65. num. 54.*

3 Limita primo, in eo, qui fuit emancipatus ab auo; is enim nō poteſt reuocari in patriam poteſtatem à patre, *ita poſt Bart. & alios concludit Surd. dicto priuileg. 65. num. 19.*

4 Limita ſecundo, quando pater coacte emancipaſſet filium, quia tunc propter ingratitudinem pater eum non reuocabit in poteſtatem ſuam *Surd. loco citato ſub num. 41. & in num. ſeq.* declarat caſus, in quibus pater cogitur emancipare filium, *Intrigl. dicto ſingul. 135. num. 5.*

5 Limita tertio, vt filius dicatur emancipatus quo ad ea, quæ cōcernunt ipſius filij incommodū, *Surd. dicto priuileg 65. num. 57., Intriglol. dicto ſingular. 135. numer. 9.*

6 Limita quarto, vt non ſit ſub poteſtate quo ad honores, & priuilegia conceſſa filijs exiſtentibus in patria poteſtate, ſed tantum quo ad onera, *Hermoſil. dicto numer. 3.*

XXVIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Libertas data ſeruo per inimicitiam reuocatur, & libertus ad ſeruitutem reducitur.*
Et patronus debet probare ſpeciē inimicitiæ, & ingratitudinis, nu. 2.
Amplia primo ſi libertus contrahat amicitiam cum inimicis domini, dummodo cōtrahat in damnum domini, num. 3.
4 *Amplia ſecundo, vt poſt amiſſam libertatem non poſſit inde libertus amplius libertate donari, nu. 5.*
Limita primo in filio patroni, quia non poteſt libertum propter ingratitudinem contra eum commiſſam in ſeruitutem reducere, num. 6.
Limita ſecundo, quando ingratitudo conſiſteret in omittendo, n. 7.
4 *Argumentū de Vaſſallo ad libertum valet.*
8 *Remiſſio facta delinquenti non reuocatur per ingratitudinem.*

1 VIgeſimus octauus effectus
eſt, quia libertas data ſer-
uo per inimicitiam reuocatur,
& libertus ad ſeruitutem reduci-
tur *Roman. conſil. 459. num. 3. Tu-
ſch. littera I, concluſ. 148. num. 7.
Ripa in l. fin. num. 3. C. de reuoc. do-
nat. per tex. in l. 2. C. de libert. & eor.
liber. c. 8. 12. q. 2. Paul. de Cſtad. de
iur. patr. artic. 6. num. 17. Surd. de
aliment. titul. 6. quaeſt. 18. num. 11.
Intrigl. ſingul. 135. numer. 4. lib. 2.
Baldaſſ. de Angel. in l. officio C. de
Neg. geſt. Hermoſil. ad Lop. l. 10. Gl.
1. tit. 4. p. 5. n. 5. Mandoſ. de ingrat.
libert. erga patronum cap. 66. Rimi-
nald. de donat. in princ. num. 145.,*
2 vbi, quod patronus debet pro-
bare ſpeciem inimicitiæ, & in-
gratitudinis.
3 Amplia primo, ſi libertus cō-
trahat amicitiam cum inimicis
domini, dummodo contrahat in
damnum domini, & in dominū
conſpirando *l. 1. §. cum patronus
ff. de offic. praefect. vrb. vbi Gl., Gloſ.
in c. 1. quib. mod. feud. amitt. vbi
Iſer. Aluarot. Card. Laud. & Afflic.
Iacob. de Sācto Georg. in inueſt. feud.
verbo dictique Vaſſalli col. 3. num.*
4 14., argumento ſumpto de Vaſ-
ſallo ad libertum, pro vt arguit,
*Gloſ. in dicto c. 1. verbo concubuerit,
bene Palm. in diuerſor. iuris com-
munis, & Regn. pragm. 2. Gloſ. 7.
num. 12. & 13., & vide ad mate-
riam infra effectu, & Mandoſ. lo-
co citato.*
5 Amplia ſecundo, vt poſt com-
miſſam ingratitudinem, & amiſ-
ſam libertatem, non poſſit in-
de libertus amplius libertate do-
nari *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 65. n.
54. & priuil. 66. nu. 4. Intrigl. ſin-
gul. 135. nu. 7. lib. 2.*
6 Limitatur in filio patroni,
quia non poteſt libertum prop-
ter ingratitudinem contra eum
commiſſam in ſeruitutem redu-
cere *Surd. d. priuil. 66. n. 5. & ſeq.*
7 Limita ſecundo, quando in-
gratitudo conſiſteret in omittē-
do, *Hermoſil. ſupra num. 5.*
Limita tertio, procedere tan-

tum

tum in eo, qui vol ens manumiſit, ſecus ſi ex cauſa fideicommiſſi manumiſit *Paul. de Citad. loco citato per tex. in l. 1. vbi Bart.* C. *de liber. & eor. liberis.*

5 Sed an remiſſio facta delinquenti reuocetur propter ingratitudinem? quod non *Danz. de pugn. DD. tit. de Exilio poſt. Rouit. num. 48.*

XXIX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia ſuperueniens operatur vt maioratus ſucceſſor poſſit ab ipſo maioratu excludi.*

Intellige de maioratu per viam legati, & donationis inſtituto, & de inimicitia contra inſtituentem commiſſa num. 2.

3 *Habens poteſtatem eligendi ab inſtitutore ſucceſſorem non poteſt inimicum teſtatoris eligere.*

Ampla ſiue inimicitia ſit contracta poſt inſtitutionem maioratus ſiue ante num. 4.

Limita ſi inimicitia eſſet leuis, & contracta ante inſtitutionem maioratus num. 5.

1 Vigeſimus nonus effectus eſt quia inimicitia ſuperueniens operatur, vt maioratus ſucceſſor poſſit ab ipſo maioratu excludi *Lara de Anniuerſ. & Cappellan. lib. 1. cap. 11. num. 22.*

2 Intellige de maioratu per viā legati, & donationis inſtituto, & de inimicitia contra inſtituētem commiſſa *Lara vbi ſupra, Hermoſil. ad Gregor. Lop. l. 10. Gloſſ. 1. titul. 4. p. 5. nu. 7. poſt Molin. Mier. Spin. Menc. Tiraquell. & alios, & vide Giurb. de ſucc. feud. §. 2. Gloſſ. 18. num. 22.*

3 Et ſi fuerit commiſſa facultas ab inſtitutore maioratus eligendi ſucceſſorem, non poteſt inimicus capitalis teſtatoris eligi *Randenſ. deciſ. piſan. 38. ſub num. 342. limit. 3.*, vbi ampliat non

4 ſolum ſi inimicitia ſit contracta poſt inſtitutionem maioratus, ſed ante *num. 343. & num. 344.*

5 Limitat ſi inimicitia eſſet leuis, & contracta ante inſtitutionem maioratus, quia cenſetur remiſſa.

XXX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia inter arbitrum, & partem operatur, vt pars non obediens eius laudo non incidat in pœnam compromiſſi.*

2 *Inimicitia inter arbitrum, & partem operatur, quod pars poſſit proteſtari, ne arbitretur, & ſi non obſtante proteſtatione pronuntiet, ius preſumit laudum iniquum.*

1 Trigeſimus effectus eſt, quia inimicitia inter arbitrum, & partem operatur, vt pars non obediens eius laudo non incidat in pœnam compromiſſi *Bartol. in l. non diſtinguemus §. cum quidā ff. de arbitr. & Marſil. in l. 1. §. praterea*

terea num. 36. *ff. de quæſt. ex Bald. in dicta l. non diſtinguemus* §. *cum quidam*, inquit, quod inimicitia
2 orta inter arbitrum, & partem operatur, quod pars poſſit proteſtari, ne arbitretur; & ſi proteſtatione ſpreta arbiter pronuntiet contra inimicum, etiam nullo alio probato de iniquitate laudi obſtabit exceptio, quia ius præſumit illud eſſe iniquum. Quid ſi inimicitiæ proceſſerunt culpa partis, an euitet pœnam? ꝙ nõ dicit ex *Bart.* & *Aret.* Cott. *in memorial. verbo inimicitia capitales.*

3 Ex diſpoſitione namque ritus 154. pœna poteſt adijci in contractu compromiſſi, & conſequẽter exigi; inquit enim, quod pœna adiecta in contractu alio, quam compromiſſi non exigatur, *Caſtill. decif.* 137. *nu.* 27., *vbi num.* 29. dicit, quod pœna de ſeruando carceres valet non obſtãte dicto Ritu Scrib. ſuper dicto Rit. 154., vbi Septimus notat, quòd quis excuſatur à pœna cõpromiſſi ſi habuit iuſtam cauſam petendi reductionem ad arbitrium boni viri, etiam ſi ſuccubuit, & Bonior. ſuper dicto Rit. loquitur de compromiſſo neceſſario ſtante capitulo Reg. Carol. 85., *Mut. ſuper dicto Rit.* & *Cõſuet.* 18. *nu.* 5. *Cum. Rit. ordine ſuo cap.* 79. *Cutell. orat.* 5. *num.* 73.

XXXI. EFFECTVS I.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia inter ſpõſos operatur, vt non poſſint cogi ad matrimonium.*

Et de ratione, num. 2. & 3.

1 Trigeſimus primus effectus eſt, quia inimicitia inter ſponſum, & ſponſam operatur, vt ſponſus, vel ſponſa non poſſit cogi ad matrimonium contrahendum *Farinac. de delict. Carn.* §. *præmiſſa ſub nu.* 5. *Monald. conſ.* 30. *num.* 26. *lib.* 1. *Tancred. de matrim. titul. de ſponſal. diſp.* 57. *Ricc. in prax. p.* 4. *reſolut.* 410. *Gutter. de ſponſal. cap.* 33. *num.* 2. *poſt Sanc. Nauar. Gregor. Lop.* & Moc. & ratio
2 tio eſt, ne matrimonium infelices
3 exitus habeat, & quia eſt noua, & notabilis mutatio ſuperueniens, vt bene aduertunt *Gutter.* & *Tancred. vbi ſupra. ſcripſi de citat. tom.* 2. *in addit. ad* 2. *quæſt. ſub num.* 28. *fol.* 156. *col.* 2. licet alias poſſit cogi ad matrimonium cõtrahendum *Marant. reſp.* 6. *à nu.* 32. *lib.* 1. *ſcripſi dicto num.* 28.

XXXII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia operatur, vt eleemoſina ſoluta dari non detur.*

2 *Eleemoſinam ſi quis quotannis dare conſueuit, ſi dare deſiſtat, non cogitur.*

Con-

Contrarium num. 3.
4 *Eleemoſina gradatim eſt diſtribuenda.*
5 *Eleemoſina potius eſt, danda pluribus indigentibus, quam vni.*
5 *Eleemoſina nõ eſt, danda ei, qui aliunde poteſt victum quærere.*
7 *Quærens eleemoſinam in vno loco non poteſt prohibere alios eleemoſinam quærentes.*
8 *Eleemoſina non eſt danda Epiſcopo, vel Parocho prædicantibus in propria Eccleſia.*

1 TRigeſimus ſecundus effectus eſt, quia operatur, vt eleemoſina ſolita dari non detur *Taſſon. de Antefat. Verſ. 11. obſeru. 2. num. 179. & 197.*

2 Eleemoſina namque eſt, voluntaria, & actus merè facultatis, & poteſt dari, & tolli iuxtà libitum, & facultatem dantis, & eſt de conſilio, & non de præcepto. Hinc eſt, quod ſi quis quotannis eleemoſinam dari conſueuit, ſi deſiſtat dare non propterea cogi poteſt, *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. caſ. 160. num. 9. ex Dec. conſil. 215. col. 2. Balb. de præſcript. 4. p. 5. part. princ. quæſt. 5. Couar. in c. poſſeſſor 2. p. §. 4. num. 6. de Reg. iur. in 6. Burſat. conſil. 360. nu. 82. & 83 lib. 4. Doctiſſimus Merend. Contr. iur. lib. 14. cap. 45. Giurb. de Succ. feud. §. 2. Gloſ. 13. num. 69. et 70. bene Taſſon. de Antefat. verſic. 11. obſeruat. 2. à num. 47. cum plurib. ſequ.*, vbi benè quęſtionem examinat per quatuor articulos; in primo quorum probat eleemoſinam eſſe voluntariam, & poſſe dari, & tolli iuxta libitum & facultatem dantis. In ſecundo fundat in tali datione eleemoſinæ nullam dari poſſeſſionem, nec ſpolium. In tertio, quod propter ingratitudinem poteſt denegari, non obſtante obligatione dandi. Et in quarto articulo Reſpondet contrarijs.

Et ad materiam vide *Caſtill. deciſ. 66. num. 4. & 21. Phęb. deciſ. 10. num. 10. Conſtanat. conſil. 39. nu. 2. & 4. Bellect. diſquiſ. clerical. p. p. de cler. debit. num. 10. & de bon. cleric. §. 3. à num. 35.*

3 Quidquid dicant *Depont. conſil. 144. nu. 9. lib. 2. Cacher. deciſ. 99. num. 20. Nouar. de priuileg. miſer. perſon. 24. num. 4.*

4 Et aduerte, quod eleemoſina gradatim eſt diſtribuenda, & potius fidelibus, & iuſtis, quam peccatoribus, & potius parentibus, quam alijs, etiam filijs, & potius benefactoribus, & potius pauperibus de loco quam extraneis *Taſſon. vbi ſupra num. 14. et ſeq. & vide Surd. de aliment. titul. 1. quæſt. 93. Nouar. q. forenſ. 161. n. 5. lib. 1. Rip. de peſt. de remed. ad conſer. vbert. num. 152. & 153. à nu. 158. cum plurib. ſeq. Girbd. de priu. num. 399.*

5 Et potius eſt, danda pluribus indigentibus quam vni *Taſſ. vbi ſupra num. 10.*

6 Et non eſt danda ei, qui aliũde poteſt victum quærere, alias magis peccatur quam meretur, *Taſſon. loco citato num. 66.*

Elee-

Eleemoſinæ factę imaginibus Sanctorum depictis in periete ad quem ſpectent? *Mareſc. cap. 42.lib.2.prax.Neap.cap.570.*

7 Quærēs eleemoſinam in vno loco non poteſt prohibere alios ibi eleemoſinam quærentes, niſi eſſent falſi quæſtuarij *Mut. ſuper cap.R.Iacob.23.num.20.*

8 Non eſt danda Epiſcopo, vel parocho prædicantibus in proprijs Eccleſijs, *Nouar. Grauam. 364.num.6.*

Ad materiam eleemoſinæ vide *Velaſc.de priu.pauper.p.p. q.34. & p.2.queſt.62. Hermoſil.ad Lop. titul.1.ad Gloſ.Rub. à num.20. ad finem tom.1.P.Sacc.in faſc.flor.lib. 1.tract.3. cap.6. & 7. de Vit. & peccat.*

XXXIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *MAndatum per inimicitiam reuocatur, etiam poſt litem conteſtatam.*

Amplia; vt ipſo iure intelligatur facta reuocatio abſque alia intimatione, vel probatione num.2.

3 *Mandati reuocatio non præſumitur.*

1 TRigeſimus tertius effectus eſt, quia per inimicitiam reuocatur mādatum, etiam poſt litem conteſtatam *Gratian. cap. 22.nu.8.Montan.de tutel.cap.35. num.163.Anton. Nigr.de laud.to. 2.quæſt.22.artic.8.num.22.Rip.in l.fin.queſt.50.nu.168.C. de reuoc. donat.Carp.de exequut.lib.4.cap.1. num.14.Henrig.de fideiuſſ.cap.20 §.32.num.9.Golin.de procur.par.3 cap.5. num.11. & vide num.54.*

Nam ſicut ex amicitia trahit originem, vt notat Ioannes Baptiſta *Staiban.de intereſſe lib.2. de intereſſe in ſpecie quæſt.vnic. num. 6.&7.*, ita inimicitia reuocatur.

2 Amplia, vt ipſo iure intelligatur facta reuocatio abſque alia intimatione, vel probatione *Nigr.dicto num.22.*

Amplia ſecundo, etiam ſi inimicitia non ſit capitalis *Golin. ſupra num.12.*

3 Licet mandati reuocatio non præſumatur *Giurb.deciſ.79.n.20. ſcripſi tom.2.de citat.in addit.ad 3. queſt.num.30.& tom.3.in Annot. ad dictam 3.queſt.ſub num.33.*

Ad materiam mandati, vide multa apud Staibanum loco citato.

XXXIV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *EXecutor intelligitur reuocatus per inimicitiam ſuperuenientem inter ipſum, & teſtatorem.*

2 *Executor poteſt vti ſuſpectus remoueri, nec ei datur adiunctus ſi ſuſpicio ſit grauis.*

Nec præſtita fideiuſſione eſt admittendus num.3.

De cauſis ex quibus remouetur num.4.

Trige-

1 TRigeſimus quartus effectus eſt, quia per inimicitiam inter teſtatorem, & exequutorem intelligitur executor reuocatus *Bald. in l. athleta §. dat remiſſionem ff. de excuſat. tut. Marſil. in l. 1. §. preterea ſub num. 31. ff. de queſt. Carpius de exequutor. lib. 4. cap. 3. num. 14.*

2 Et ſi ſuſpectus fuerit, poterit remoueri, nec ei dandus adiunctus ſi ſuſpicio ſit grauis *Caſtill. bene deciſ. 222. numer. 3. 4. & 5.*

3 nec præſtita fideiuſſione eſt admictendus, *idem Caſtill. dicta*

4 *deciſ. 222. num. 11. & à num. 6.* de cauſis, ex quibus poſsit remoueri.

XXXV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *MAritus, qui promiſit de rato pro vxore, non tenetur per ſuperuenientem inimicitiam inter eum, & vxorem.*

2 *Interpellatio non officit, nec in mora conſtituit quando non fit loco vel tempore congruo.*

3 *Promiſſio non intelligitur facta pro illis, qui poſtea facti ſunt inimici.*

4 *Promictens de rato tenetur adimplere alias carcerabitur.*

Elapſo decennio, an poſſit carcerari? num. 5. & 6.

An poſſit facere ratificare alium æque idoneum? num. 7.

Si promictat iuxta formam ritus, & in fine contractus dicatur, & fiat ritus in bonis tantum, non intelligitur quo ad promiſſionem rati num. 8.

Si contractus eſt nullus, vel reſcindendus, promictens de rato non tenetur, num. 9.

10 *Promictens, quod ratam habebit ſententiam alicuius, intelligitur dummodo ſententia ſit iuſta.*

11 *Ratificans ſi facta ratificatione veniat contra contractum, vel via reſtitutionis in integrum, vel nullitatis, promictens de rato non tenetur.*

12 *Promictens de rato, an teneatur facere ratificare heredem ſi ſit mortuus ille, pro quo de rato promiſit?*

Intelligitur, ita & taliter promictere, quod de iure valeat ratificatio, num. 13.

Si promictat pro maiori infra tantum tempus, & iterum in maiori ętate tenetur illum ratificare facere non obſtante, quod non dum peruenerit ad maiorem ętatem, ſecus ſi promiſſio eſſet facta ſimpliciter pro minore, numero decimo quarto.

Quid ſi promictat pro pluribus minoribus, dum erunt legitimę ętatis, an teneatur expectare, quod omnes ſint maiores? numer. decim. quint.

1 TRigeſimus quintus effectus eſt, quia inimicitia inter virum, & vxorem ex cauſa ſeparationis inter eos factæ operatur vt maritus, qui promiſit de rato pro vxore non teneatur, quando

interpellatio fuit facta iam contracta inter eos inimicitia, *bene omnino videndus Cyriac.contr.* 103 *tom.* 1. *ſub num.* 22. *&* 23. *&* 93.;

2 Interpellatio namque non officit, nec in mora conſtituit, vel obligat, quando non fit loco, vel tempore congruo *Cyriac. ſupra num.* 24 *poſt multos*, & promiſſio non intelligitur facta pro illis, qui poſtea facti ſunt inimici *Cyriac. vbi ſupra numer.* 31. *& ſequ.*

4 Et aduerte, quod promictens de rato tenetur adimplere alias carcerabitur *perCap.Ritus Alfonſ.* 193. *vbi ſcribētes, Cum.Rit.ordine ſuo* 98. *Intrigl.conſil.* 8. *num.* 25. *et ſequ.*, vbi quod nec ſoluendo intereſſe liberatur, niſi perſona ratificanda fuiſſet mortua poſt moram commiſſam.

5 Sed an elapſo decennio poſſit carcerari? quod ſic *Author. Incertus ſuper dicto Ritu* 193.

6 Contrarium firmat *Mut.dict. Ritu* 193. *num* 11.

7 An poſſit facere ratificare alium æquè idoneum? vide *Angel. in l. illud quaritur ff. de Euictio*.

8 Si promictat iuxta formam ritus, & ſic, quod adimpleat, aut carceretur, ſi poſtea in fine contractus in clauſulis generalibus dicatur, & fiat ritus in bonis tantum, non intelligitur quo ad promiſſionem de rato *Fim dicto Ritu* 193.

9 Si contractus eſt nullus, vel reſcindendus promictens de rato non tenetur *Muta ſuper dicto Ritu* 193. *numer.* 12. *& in addit. littera M*, *Fuſar conſil.* 82 *numer.* 18. *&* 19. *Addit.ad* Graſſ. *de Except. Except.* 11. *ſub num.* 6. *Surd. conſil.* 506. *per totum* Mangil. *de Euiction.quaſtion.* 173 *numer.* 8. *& ſequ. Rizzar. dicto Rit.* 193. *Coſt. Clauſ.* 63. *numer.* 3. *Gram. deciſion.* 101. *&* 102. *Giurb. obſeruation.* 85. *numer.* 14. *Teſt.allegat.* 23. *num.* 101.

10 Hinc promictens, quod ratam habebit ſententiam alicuius, intelligitur dummodo ſententia ſit iuſta, & iuri conſona *Eſcob.de Ratioc. capit.* 22. *numero vigeſ.ſept.*

11 Vnde non tenetur promictens de rato ſi facta ratificatione ratificans contra contractum veniat, vel via reſtitutionis in integrum, vel nullitatis *Giurb. de Succ.feud.*§.*ſecund.Gloſſ.* 9. *ſub num.* 78. *verſicul.ampli a ſecundo.*

12 An teneatur facere ratificare hæredem ſi ſit mortuus ille, pro quo de rato promiſit? quod ſic *Giurb. obſeruation.* 85. *numer.* 16. Sed vide *Intrigl. ſingul.* 37. *lib. ſecund.*, qui inquit, quod promictens de rato pro aliquo eo mortuo ante moram non tenetur facere ratificare hæredem, ſecus ſi ille, pro quo promiſit, decedat poſt moram; ad materiam *Milan. deciſion. decim. numer.* 83. *& ſequ. lib. prim. Marant. diſputat. ſept. Bertaz. Clauſ. quart. Gloſſ. vndecim.numero primo.*

Et

13 Et intelligitur, ita & taliter promiſiſſe, quod de iure valeat ratificatio, vnde ſi ex forma ſtatuti illa eſſet talis, vt non poſſet ratificare, ſine voluntate conſanguineorum mariti, iudicis, vel curatoris, nõ ſufficeret, quod faciat illum conſentire non ſeruata forma dicti ſtatuti *Intrigl. ſingul. 75. lib* 1.

14 Si promittat pro minore infra tantum tempus, & iterum in maiori ætate, tenetur illum ratificare facere nõ obſtãte, quod nõ dum peruenerit ad maiorem ætatem cum auctoritate tutoris etiam decennio elapſo, ſecus ſi promiſſio eſſet facta ſimpliciter pro minore, quia intelligitur, quando perueniſſet ad ætatem perfectam *Mut. dicto Rit.* 193. *n.* 3. *& in addit. littera C.*

15 Quid ſi promiſſit pro pluribus minoribus dum eſſent legitimę ętatis, ſi vnus ſit factus maior, & nolit ratificare, an ſit expectanda ætas aliorum, vt poſſit carcerari? videndus *Muta ſub dicto num.* 3.

XXXVI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Minor ſi habet ſocium, vel fratrem inimicum poteſt prouocare ad diuiſionem, licet alias non poſſit, num.* 2.

Amplia etiam in maiore ante aduentum tempus diuiſionis non obſtante iuramento de non diuidendo, num. 3.

4 *Vicinus rixoſus cogitur vendere partem ſuam vicino.*

5 *Socius poteſt petere diuiſionem non obſtante pacto, & teſtatoris præcepto, quando ſocius factus eſt odioſus, & rixoſus, & vide num.* 6.

7 *Scholaris rixoſus cogitur mutare hoſpitium.*

1 Trigeſimus ſextus effectus eſt, vt minor, qui habet fratrem, vel ſocium rixoſum, & multo magis inimicum, poſſit prouocare fratrem, vel ſocium ad diuiſionem *Carroc. de excuſſ. bonor. part. ſecund. quæſtion.* 37. *numer. quart. Marant. de multiplic. alienat. nu.* 34. *Simoncell. de decret. lib.* 2. *titul.* 4. *caſ.* 1. *numer.* 6. *& num.* 12. Ampliat etiam ſi cum prohibitione legis concurrat teſtatoris prohibitio.

2 Licet alias non poſſit ad diuiſionem venire, niſi prouocatus *Baldaſ. de Angel. ad deciſ. Gizzar.* 51. *num.* 1. *ex Menoch. de arbitr. caſ.* 151. *num.* 34. *Petr. ad Cappyc. deciſ.* 135. *Marant. vbi ſupra, Simoncell. vbi ſupra nu.* 15. *caſ.* 3.

3 Amplia quoque in maiore ante aduentum tempus diuiſionis, etiam non obſtante iuramento de non diuidendo *Morend. contr. iur. lib.* 14. *c.* 21. *n.* 4. *Simoncel. de decret. lib.* 2. *titul. quar. Inſp. prim. numer. ſext. Felician. de Societat.*, & de diuiſione, quæ

quæ fit ex voluntate *Caſtill.deciſ.* 134. *ſub num.*16., qui etiam lo-
4 quitur de vicino rixoſo, vt cogatur vendere partem ſuam vicino, *Teſtas allegat.*20. *num.*29.30. *&* 31., qui de ſocio odioſo, & rixoſo loquitur, & inquit, quod ſi
5 ſocius factus eſt odioſus, & rixoſus poteſt ſocius petere diuiſionem non obſtante pacto de non diuidendo, & non obſtante præcepto teſtatoris de non diuidendo, idem dicunt *Marant. vbi ſupra num.*34.*in fine, Surd.de alim. titul.* 7. *quæſt.*1. *num.*16. *Alderan. Maſcard.de General.ſtat.interpret. concluſ.*5.*num.*86.*Fulu. Lanar.in addit.ad* §.*ſed etiam Regent.Lana, fol.mihi* 320.*col.*1., vbi quod ſo-
6 cietas poteſt, & debet diuidi nō obſtante pacto, quod ſit perpetuo duratura, ſi vnus ex ſocijs ſit rixoſus; & ſi ſunt ſocij pro partibus inæqualibus, qui maiorem partem habet poteſt alterū compellere ad ſibi ſuam partem vendendam, & loquitur etiam quando duo poſſident caſtrum, vel iuriſdictionem in communi.

Sed an teſtator poſſit diuiſionem prohibere *Aſin. de execut.* §. 9. *cap.* 140. negatiuam tenet opinionem, ſed vt reddatur efficax dicit cautelam eſſe, vt hęredes cum iuramento præcepto conſentiant.

7 Et quod ſcholaris rixoſus cogatur mutare hoſpitium *Hercul. de non offend.cap.*11.*num.*5.

Et aduerte, quod rixoſi ſępius ſolent poni ſuper triremibus, vel exulari *Mut.dec.ſ.*64. *num.*6. *& ſ.q Capiblanc.ſingul.*73., vbi rixoſi, ſcandaloſi, vel ſeditioſi pacem populi turbantes poſſunt diſterrari à patria, vel loco, vbi habitant, & etiam loquitur de leproſis, vel peſte infectis, vel alio morbo grauatis, de meretricibus, & de conſanguineis bannitorum, *Taſſon. de anteſat. verſic.* 3.*obſeruat.*4 *ſub num.*110. *verſ.*78.

XXXVII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *DOctores poſſunt arma portare, & num.*6.*&* 7.

2 *Aduocati contrahunt inimicitiam cum parte, contra quam patrocinantur.*

3 *Aduocatus, ſi fuit Iudex, eſt ſuſpectus.*

4 *Aduocatus, & procurator aduerſarij mei, inimici mei dicuntur*

5 *Inimicitia ex aduocatione contracta non eſt in conſideratione.*

8 *Armorum portatio eſt prohibita de iure.*

9 *Medici, milites, & Doctores æquiparantur.*

10 *Medici poſſunt arma portare.*

11 *Medici, & dignitatem, & nobilitatem habent, & num.*13.

*Etiam in genere pœna, num.*14

12 *Medicina habet originem, à Deo, ac proinde doctrina nobiliſſima eſt.*

15 *Probi medici mirifice extollēdi ſūt*

Deus

16 *Deus medicus nuncupatur.*
17 *Ars medica in quo ſuperior eſt iuris prudentia?*
18 *Medicus poteſt expellere fabrum malleantem, & gaudet beneficio deducto ne egeat.*
19 *Medicorum electio ad vniuerſitatem ſpectat, & num.72.*
20 *Medici non obſtante electione poſſunt reprobari.*
21 *Medicus imperitus poteſt ab vniuerſitate expelli.*
22 *Statutum diſponens ius dicentem, vel medicum, vel artificem, vel prælatum non debere amoueri non habet locum, ſi qualitas in eis varietur.*
23 *Medicus ſemel approbatus poteſt reprobari.*
24 *Sp. Prothomedicus Regni examinat Doctores in medicina antequam officium exerceant.*
25 *Medicus bonus prius inducit infirmũ ad auxiliũ Chriſti, & n.26.*
26 *Iudeus medicus non poteſt Chriſtianos medicare.*
Nec princeps poteſt ſibi adhibere medicum Iudeum, ſub nu.26.
27 *Medicus ſi ceperit curam ęgroti, an poſſit illum relinquere ob defectum ſolutionis?*
28 *Medicus pro ſuo ſalario præfertur aduocato.*
29 *Medicus, an teneatur curare infirmum recidiuantem pro eodem ſalario?*
30 *Medicus ſi dubitat, non debet infirmo medicinam applicare.*
31 *Medicis credendum in crimine veneni.*
Et quo ad ea, quæ pertinent ad eorum officium num.32. & quę requirantur, vt credatur? num.34.
33 *Medicorum iuramento ſtãdum, an vulnus ſit lethale, necne.*
35 *Fides à Medico facta non deſtinato à iudice ad illum effectum, an probet?*
36 *Vulneratus præſumitur mortuus ex mala cuſtodia, ſi medici dixerunt vulnus non eſſe mortale.*
37 *Medicus, an teneatur pœna falſi, ſi in relatione veritatem non dicat?*
38 *Medicis conſultis ſup. vulnere an ſit mortale ſtandum eſt dicto paucorum peritiorum.*
39 *Medicis chirurgis ſtandum ſuper vulnere, & num.40. & 41.*
Medicus chirurgus quas conditiones habere debet? ſub num. 39.
42 *Medico dicenti talem ex vulnere deceſſiſſe, an credatur?*
43 *Medici ſi ſunt cõtrarij in eorum relationibus, in dubio ſtandum eſt contra percuſſorum.*
44 *Medici ſi dicant mulierem venenatam ſollimato, an credatur?*
45 *Medicus puniendus ſi compulit infirmum per aduerſa medicamenta, vt ſibi daret ſuas poſſeſſiones.*
47 *Contractus inter medicum, & infirmum durante infirmitate non valent.*
48 *De pacto quotę litis remiſſiue.*
49 *Medicus poteſt recipere promiſſionem pecuniæ ab infirmo procuratione.*
50 *Medicus adhibens mala medicamenta tenetur l. cornelia de ficarijs.*

Medi-

51 *Medicus ſi male ſecuit ſeruum, & ſeruus deceſſit tenetur lcornelia de ſicarijs, & num.52.& 53.*

54 *Medici chirurgi, & barbitonſores tenentur reuelare vulnera, et vulnerantes.*

55 *Medicus chirurgus, an poſſit pharmacare? & quid ſeruatur in Regno num.56.*

57 *Sp.Prothomedicus eſt Regius cōſiliarius.*

Et vtitur toga num.58.

Et habet votum in Sacro Conſilio, ſi contingat tractari de rebus ad ſanitatem pertinentibus,nu.59.

60 *Medicus externus non poteſt in hac vrbe mederi abſque licentia.*

61 *Medicum ſe faciens, cum non ſit, punitur.*

62 *Medicus ſanguine coniunctus, an poſſit ab infirmo ſalariū petere?*

Medicus de publica ſalariatus non poteſt ab infirmis aliquid accipere, ſub num.62.

Si decedat in medio anni, integrum ſalarium debetur hæredibus, ſub num.62.

Salarium debetur medico pro diebus, pro quibus ſtetit in itinere, ſub num.62.

63 *Medicus cogitur officium exercere.*

Medicus ſi infirmitatem leuem facit longam, punitur arbitrio iudicis, ſub num.63.

64 *Medicus tenetur gratis pauperes mederi.*

65 *Medicus, an poſſit ſequi opinionem probabilem relicta tutiori in adhibendis remedijs?*

66 *Medico, an liceat vel medicamentis iuxta opinionem quam minus probabilem credit?*

67 *Medicus, an poſſit dare pharmacum neceſſarium mulieri infirmæ prægnanti cum periculo abortus fætus animati?*

68 *Medici concedendo licentiam comedendi carnes in diebus ieiunij abſque cauſa, an committant duo peccata?*

Medicus, an poſſit diſpenſare in ieiunio? ſub num.68.

69 *Sp.Prothomedicus ordine, & dignitate primus eſt medicorum.*

In vrbe Panormi,non habet iuriſdictionem num.70.

71 *Adminiſtratoribus ciuitatum ſpectat cura ſalutis corporum ciuiū? vide num.73.*

74 *Officium Sp. Prothomedici in quibus conſiſtat?*

75 *Spect. Prothomedicus inueniens merces, & medicamenta corrupta poteſt publicé proijcere, & concremare.*

76 *Examinatus à Prothomedico, & ab eo, non approbatus,poteſt ad M.C.appellare.*

1 TRigeſimus ſeptimus effectus eſt, vt DD. propter inimiciciam, quam contrahunt cum illis, contra quos patrocinantur, poſſint arma portare. *Mut.in pragm. Reg.Sicil. de Arm. probib.titul.41. num.53. poſt Deciam.Tiraq. Duen.Farina.& alios,* vbi, etiam an bannimenta ligēt DD. ? *Bouadil.in politic.lib.1.cap.13.de las armas num.81.*

2 Et quod aduocati incurrant inimiciciam

micitiam cum parte aduerſa,cō-
tra quam patrocinantur firmāt, *Rouit.pragm.1.de ſuſpic.offic.num.53.& 55.Hond.conſil.107.num.34.lib.1. Donad.de Renu. cap.32. num.*87.*& num.*88. dicit, quod ſuſpicio fundata in odio contracto ex cauſa aduocationis eſt iuſta *Gallup.in prax.p.p.cap.5. num.*
3 40.*in parua impreſſione*, vnde infert, quod ſi aduocatus fiat iudex, non ſolum nequit eſſe iudex in illa cauſa, ſed nec in alia: Vnde *Lucas de Penna in l. vnic. C.de his,qui ſe deferunt lib.*10.*col.*
4 2.*circa finem*, inquit, quod aduocatus, & procurator aduerſarij mei dicuntur inimici mei, quem citat *Petr. ad Gram. deciſ.*33.*ſub num.*2., licet *Barboſ. in c.*
5 *ex literis num.*4. *de offic.iudic.* dicat, quod inimicitia ex aduocatione contracta non ſit conſideratione digna, *Ioann.Mar. Cāpan.reſolut. Crim.*2.*num.*36. etiā dicat, quod ex patrocinio nulla orta præſumitur inter litigantē, & aduocatum partis aduerſæ inimicitia.

6 Et quod de iure poſſint arma portare *Danz.de pugn. DD.tit.de facult DD.cap.*1.*num.*31.*Baldaſſ. de Angel.in addit.ad deciſ.*10.*Gizzar.Garon.Var.reſolut.cap.*2. *verbo Doctor.nu.*50.51.*ex Gomez. et Farin.*, vbi quod generalis prohibitio ſuper delatione armorū non extenditur ad DD.ex *Farinac.conſil.*46.*num.*44. *Mut.ſuper Cap.R.Iacob.*53.*num.*37.*& ſeq.*,
7 qui ex æquiparatione, quæ eſt inter DD. & milites dicit, quod Capitulum Reg. Federic.16.concedens militibus portationem armorum, dum inquit *Conſtitutionem diuæ memoriæ Imperatoris Federici proaui noſtri, ſuper illa portatione armorum editam confirmantes, ab ea excipimus Comites, Barones milites, &c.* Extenditur ad DD. vt poſſint etiam arma portare, & pro æquiparatione ſupradicta ponderat capitulum eiuſdem Regis Federici 87., vbi eodem cingulo aureo, quo decorantur milites, decorantur,& DD., & quod poſſint arma portare *dicit ita firmare Bartol. de Carcer. colum.*5.,*quem ſequitur Ioan. Anton.Boſſ ll.ad ſtat. Parmæ titul. de immunit.conceſſ.lib.*1.*fol.*9.*colum.*2.*Nepit.ſuper conſuet. Catin.titul.*64.*num.*23.*per tex.in l.medicos C. de profeſſ.& medic.Duen.regul.*55 *limit.*7., & ex eadem æquiparatione, quæ eſt inter milites, & DD.concludit *Afflict.*,quod DD. poſſint portare arma, *in dicta Conſtitutione Intentionis.*

8 Licet portatio armorum ſit prohibita *Niger.ſuper Cap. Reg. Neapol.cap.*229. *de prohibit. port. arm.num.*24. *Menoch.de arb. caſ.*394.*Afflict.in Conſt.Regn. intentionis de Illic. arm.port. & Mæta in locis ſupra citatis.*

9 Et ex eadem æquiparatione, quæ eſt inter medicos, milites, & DD. in Cap. Reg.Fideric.27. vbi dicitur *Doctores verò cuiuſcumque profeſſionis,iuris periti, & medici prædicta, ſicut & milites*

por-

portare poſſint, & in cap. ſequenti dicitur, *item Doctores cuiuſcumque profeſſionis, iuriſperiti, medici, &c.* (de qua æquiparatione mẽtionem facit *Mut. conſuet. 30. nu. 26.*) Ego dico, quod medici poſſunt arma portare; medici nam-
10 que DD., & dignitatem, & no-
11 bilitatem habent, cum medicina originem habeat à Deo, ac
12 proinde doctrina nobiliſsima eſt, *vt inquit Caſſan. in Catalog. Glor. Mund. p. 2. conſider.* 48. *Tho. Garzon. in libro nuncupato la piazza vniuerſale in Rub. de medic. phyſic. diſcorſ.* 17. *Tiraquel. de nobilit. cap. 31. per totum*, vbi per totum capitulum multa de origine medicinæ, & de dignitate, &
13 nobilitate medicorum, & quod medici ſint nobiles, *bene Caput. de Regim. Reipubl. cap. 4. num.* 38.
14 *&* 39., etiam in genere pœnæ *Frãc. dec. 564., quẽ citat, & ſequitur Ricc. in prax. to. 1. tit. de Cler. dec.* 588. *n. 6.* & Maxime medici Regis *Narbon. in 3. p. Nou. recompil. leg. Hiſp. p. 1. lib. 3 tit. 16. leg. 9.* Gl. 2. *n. 2.* quidquid dicat *Fontan. de pact. Nupt. clauſ. 3.* Gl. 1. *n. 31. & vide Baldaſ. de Angel. in l. parabolani num. 9. & 10. & 11. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. Paul.* Rub. *in ſuis reſolut. in prælud. numer. 513.*,
15 vbi quod probi medici mirifice extollendi ſunt; nam magnam
16 Dei ſimilitudinem gerunt, dum & Deus ipſe medicus nuncupatur; vnde *Exod. cap. 15.* habetur, *Ego enim dominus ſanator tuus*, vel vt vertunt alij, *medicus tuus*; apud Hierem. cap. 11. *ſana me domine, & ſanabor*, & Chriſtus dominus non ſe medicum indicauit dicens, *non eſt opus bene valentibus medico? vt Matthæi cap. 9. Marc. 2. Luc. 5.* Hinc *Sanctus Auguſtinus lib. 4. confeſſ. cap. 18. ibi, medicus es, æger ſum, Miſericors es, miſer ſum*, & alibi dixit, *magnus de cœlo deſcendit medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus*, & num. 514. inquit concludam igitur in laudem medico-
17 rum (ingenuo ore loquendo) quod ars medica quaſi videtur iactare ſe poſſe iuriſprudentiæ ſuperiorem ſaltem in hoc vno tantum eſſe, quia licet Princeps ſolutus ſit Iuſtiniani legibus *l. Princeps de ll*, cum ipſe ſit contra, ſupra, & extra ius poſitiuum; tamẽ legibus Hyppocratis ſubijcitur; itaque Reges regit, & Imperatoribus imperat medicus
18 Et nota quod ſicut Doctor poteſt expellere fabrum malleãtem, ita & medicus *Carroc. de Loca. & cõduc. tit. de profeſſ. n. 39.* & ſicut DD. nõ poſsũt conuenire niſi quatenus facere poſſunt, ita & medici *Piguer. dec. 163. Ludo. dec. Lucc. 6. Garon. Var. reſol. c. 2. verbo Doctor num. 35.*

Et iam quod de medicis ſermo incidit, licitum ſit aliqua de medicis ſcribere, quæ non ita faciliter reperiuntur.

19 Et primo ſciendum, quod electio medicorum ad vniuerſitatem ſpectat *l. 1. C. de decret. ab ord fac. Baldaſ. de Angel. in l. parabolani*

lani n.1.et 5.C.de Sacr.Sanc.Eccl. Rip.de peſt.de Remed.ad cõſer.vbe.
20 *n.185.*,Et poteſt vniuerſitas electione non obſtante illos reprobare *l.1.vbi Gloſ.verbo eligant de decr.ab ord.fac.l.ſed & reprobari ff. de excuſ.tut.*facit tex.*in l.ſolet §.ſicut aũt mandare ff.de offic.proc. & legat.vbi* Gl.*verbo debet,Bald.in l. iudiciũ ſoluitur ff.de iudic. Berart. in ſpecul.viſit.c.23.nn.52.53. & 54.*Gratian.*c.167. Carroc.de iur. dec.q.5.9.q.princ.n.47.&49.Caput.de Reg.Reipub.c.7.ſub n.56. et*
21 *n.57.* inquit,quod medicus imperitus põt ab vniuerſitate expelli non obſtante, quod fuerit conductus per annum,*idem Baldaſ.de Angel.in d.l.parabolani n.4 Aldera. Maſcard.de* General. *Stat. interpret. concl.5.n.105.*, vbi inquit, quod ſi ſtatutũ, vel lex generaliter dictaret ius dicentem, vel medicum ab aliqua vniuerſitate conductum,vel artificẽ,& Prælatũ non debere amoueri,nõ extẽditur ad caſum,quo qualitas in eis varietur, vt puta quia de diligẽte efficitur quis negligẽs; nam tunc licite amoueri poteſt,
23 *& Schenard.conſ.8.lib.2.* inquit, quod medicus ſemel approbatus poteſt reprobari, *& n.3.* inquit,quod ideo nõ debet, admitti ad artis exercitium, niſi examinetur. Hinc recte Sp.Protho-
24 medicus Doctores in medicina examinat antequã officiũ exerceant. Secundo, quod medicus
25 bonus prius monet, & inducit languẽtem ad auxilium Chriſti, ad confeſſionem, & pęnitentiæ benedictionem, *Mut.conſuet.36. n.19.* Cap.*de Reg.Reipub.c.7.§.4.*
26 *ſub n.57.*, vbi quod non poſſunt continuare viſitã tertia vice abſque quo faciant cõfiteri peccata infirmorum *Carpan. ſuper ſtat. Mediol.to.2.c.347.lit.*G.*Mut.ſup. prag.de var.ord.tit.79.n.1.& ſeq.*, vbi ꝙ fiſcus põt cõtra eos agere.
27 Tertio, quod medicus iudeus non poteſt Chriſtianos medicari,alias erunt excommunicati *c. nullus eorum 28.q.1.Carpan.ſuper ſtat.Mediol.c.356.n.19.& n.20.* dicit, quod nec princeps poteſt ſibi adhibere medicum iudeũ, & ideo *Ricc.de iur.perſ.ext. Grem. Eccl.exiſt.lib.2.c.25.nu.2.* dicit,ꝙ exercẽt medicinã inter eos, *Iul. Ferret.de iuſt.et iniuſt.bell.n.105.*

Quarto medicus, ſi cæperit curam ægroti, & illum reliquerit ob defectũ ſolutionis,& ęgrotus mortuus fuerit, dicitur in culpa,&videtur prębere cauſam mortis,& tenetur l.aquilia *Oinot. in §.pręterea n.2.Inſt.de leg.Aqui.*
28 quia poterit ab eo petere ſalariũ, pro quo pręfertur aduocato *Magon.dec.Flor.11.n.2.Carroc.de loc. tit. de med. q.16.*, & an teneatur
29 curare infirmum recidiuantem pro eodẽ ſalario?vide *Alber. in l. cõtract⁹n.7.ff.de Regul.iur.Carr.de locat. & conduct.tit.de medic.q.9.*
30 Quinto medicus,ſi dubitat,nõ debet infirmo medicinã applicare,alias peccat *Maſtr.dec.235.n. 24.ſed vide R.P.Sacc.in faſc.flor.li. 1.tr.4.c.4.de cõſc.dub.n.96.97.98*
31 Sexto Medicis credendum eſt in crimine veneni *Caſtill.de-*

32 *cilſ.*208. *num.* 26. medicis enim
creditur quoad ea, quæ pertinẽt
ad eorum officium *l. ſeptimo
menſe ff. de ſtat.homin.l.ſemel. C.
de re milit. lib.*12.*c. ad aures de
etat.& qualit.Bartol.conſil.*32 *in-
cipit quæſtio talis eſt , & in tract.
de percuß.num.*8. *Blanc. in pract.*
Crim.*de defenſ. reor.nu.*75. *Tira-
quel. de Nobil. cap.*31. *num.*598.
Rub.*in reſolut.in præluд.nu.*506. ,
33 vbi quod ſtandum iuramento
medicorum , an vulnus ſit Lę-
thale nec ne, *Baldaſſ.de Angel.in
l.parabolani num.* 15.*C. de Sacr.*
Sanct.*Eccleſ. Nouar.in dicta l. ſe-*
34 *mel num.*1.*& num.*2.dicit,quod
vt credatur, requiritur,quod te-
ſtificetur de mandato iudicis, &
cum iuramento , *Carpan. ſuper
ſtat.* Mediol.*to.*2.*c.*359.*Maſcard.
concl.*1038. *Beluiſ.in pract. tit.de
quaſ.n.*130.*Farin.q.*127.Guaz.*ad
defẽſ.reor.defẽſ.*4.*c.*12.,qui de re-
lationibus medicorũ agũt,& vi-
35 de *Ricc.collect.*3065., vbi diſpu-
tat ſi fides à medico facta non
deſtinato à iudice ad illum effe-
ctum faciat probationem?
36 Hinc eſt , quod ſi medici dixe-
runt vulnus non eſſe mortale ,
ſi moritur poſtea vulneratus ,
præſumitur fuiſſe mortuus ex
mala cuſtodia *Proſper.Paßect.cõſ.*
202.*n.*60.*& n.*33. examinat,an
& quando medici,qui curauerũt
vulneratũ,debeãt recipi in teſtes?
37 An teneantur pœna falſi , ſi
in relatione non dicant veritatẽ?
vide *Felin.in c.propoſuiſti col.*4.*de
probat. & in c. quoniã contra eodẽ
tit.col.*24.*Dec.in dicto c.propoſuiſti
Boſſ.in tit.de Falſ.num.*130.
38 Et conſultis ſuper vulnere, an
ſit mortale ſtandũ eſt dicto pau-
corũ peritorum,licet cõtrarium
dicant plures imperiti *Affl.dec.*1
39 *nu.*3. Et potius chirurgis, quam
phyſicis ſtatur de vulnere *Dec.in
c.ne innitaris prima lect.nu.*10.*de
conſt.Guaz.ad defenſ.reor.defenſ.*4
*circa corpus delicti c.*12.*n.*5.,vbi ſi
eſſent duo famoſi medici,quorũ
40 alter phyſicam profiteretur , al-
ter vero tantum chirurgiã exer-
ceret,& quęſtio verſaretur tantũ
circa vulnus,erit credendũ chi-
rurgo potius,quam phyſico , &
41 è cõtra,& famoſus medicus chi-
rurgus dicitur,qui habet condi-
tiones,quas ponit *Guid. de Gau-
liano in ſua chirurgia fol. mihi* 3.
*col.*2.*verſ.conditiones* , vbi dicit,
quod quatuor requiruntur in
chirurgo,primo quod ſit littera-
tus, ſecundo quod ſit expertus ,
tertio ꝙ ſit ingenioſus, & quar-
to quod ſit morigeratus,quas cõ
ditiones bene deinde declarat.
42 An medico dicenti talem ex
vulnere deceſſiſſe credatur?vide
Mut.ſuper Cap.*R.Iacob.*45.*n.*46
43 Si ſunt cõtrarij in eorũ rela-
tionibus,in dubio ſtandũ eſt cõ-
tra percuſſorẽ *Mut.conſuet.* 42.*n.*
68., bene verũ, dicit quod ſem-
ꝑ poſſunt eligi alij peritiores,cũ
primi de facili potuerint decipi.
44 Si dicãt mulierẽ venenatã ſol-
limato,an credatur?quod nõ di-
cit *Ball.ſup.prag.lib.*2.*de indic.q.*9
*n.*10.,ꝗa potuit deperſe venenati
45 An fides medicorum, qui in-
ter venerũt in cura infirmi, cir-

ca

ca cauſam ſubſequtę mortis prę-ualeat fidei aliorum medicorũ, qui non interfuerunt? *Nouar. deciſ.* 106. *Guaz. dicto c.* 12. *n.* 26.

46 7. Medicus, qui per aduerſa medicamenta compulit infirmum, vt ſibi poſſeſſiones ſuas daret, vel venderet, puniendus eſt, & contractus non valet *l. medicus ff. de Var. & extraord. cognit. Carroc. de locat. & conduct. titul. de medic. quaeſt.* 4. *num.* 13. *Pinell. in l.* 2. *p.* 2. *cap.* 2. *num.* 32. & 33. *C. de reſc. vendit.*, vbi nulla

47 conuẽtio valet inter medicum, & infirmum durante infirmitate, *Mangol. de Met. cap.* 6. *Ancad. de Met. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 96. & *cap.* 32. *num.* 32. *Caput de Regim. reipubl. cap.* 7. §. 4. *ſub num.* 57. *Mainard. deciſ.* 12. *Merend. lib.* 1. *cont.* 42. *num.* 3., licet contrarium dicat *Carroc. de Loc. & Conduct. tit.*

48 *de medic. quaeſt.* 4. Sicut dicimus de Doctore, & procuratore, qui durante lite nullam conuentionem, nullumque contractum, cum clientibus facere poſſunt, ne incidant in pactum quotę li-

48 tis, de quo pacto videndi ſunt *Caualc. deciſ.* 41. *p. p. num.* 43. *Baldaſſ. de Angel. in l. ſi qui C. de poſtul. Fontanel. deciſ.* 178. 179. & 180. *Medic. Examin.* 22. & 23. *Nouar. ſuper pragm. coll.* 192. *ſin. paru. Berart. in ſpecul. viſitat. capit.* 18. *nu.* 40. & 41. *Rouit. ſup. pragm.* 1. *de poſtul. Ricc. collec.* 1061. *Frãc. dec.* 265. *Mot. ſuper pragm. de offic. aduoc. proc. & ſollic. M. R. C. tit.* 9. *n.* 9. *Farinac. quaeſt.* 106. *Menoch. de arbitr. cent.* 6. *caſ.* 522. *Intrigl. ſing.* 64. *lib.* 3. *add. ad Intrigl. ſing.* 42. *lib.* 3. *Aluar. Velaſ. de iur. emphit. q.* 12. *ſub num.* 10.

49 Poteſt tamen medicus recipere promiſſionem pecuniæ ab infirmo pro curatione *l. ſi pactum ff. de probat.*, & hæredes tenentur ad dictam promiſſionem, *Addit. ad Afflict. deciſ.* 123. *nu.* 1. & *vlt. Caput de Regim. Reipubl. cap.* 7. §. 4. *ſub nu.* 57. *Bald. de Angel. in l. parabolani nu.* 14. *C. de Sacr. Sanc. Eccl.* Sed vide *Abb. in c. cum infirmitas de pœnit. Affl. in conſtitutione aduocatos de ſalario aduocat. n.* 13. & *in conſtit. quia numquam ſub tit. de proba. exper. medic. n.* 7.

50 8 Medicus adhibẽs mala medicamenta tenetur l. Cornelia de ſicar *Baldaſſ. de Angel. in dicta l. parabolani num.* 17.

51 9 Medicus ſi male ſecuit ſeruum, & propterea ſeruus deceſſit, dicitur eſſe in culpa, & tenetur l. Aquilia *l. idem iuris ff. ad l. Aquil. Carpan. ſuper ſtat. mediol. to.* 2. *cap.* 356. *nu.* 21. *Baldaſ. de Angel. in d. l. parabolani num.* 18., vbi quidam chirurgus, qui fecit vnã inciſionem cuidam ruſtico, qui

52 ex nimia ſanguinis effuſione ſtatim deceſſit, quia nulla adfuit ſuſpicio, quod animo occidendi illud fecerit, fuit exulatus arbitrio Senatus, & quædã mulier, q̃ medicamẽtũ malo animo nõ dederat, ex quo fuit mors ſequta, nõ fuit punita, quia fuerat tollerata, vt ita mederetur, ſed fuit ei ars medendi inter dicta: Medicus

N 2 namque

namque tenetur de Imperitia. *Menoch.de Arbit.cent.6.caſ.581. Canale,deciſ.26.p.p. Gaill. obſeru. 111.num.16.*

54 Decimo Medici chirurgi, & barbitonſores tenentur reuelare vulnera, & vulnerantes *Muta ſuper pragm.de pœn.temer.accuſat. titul.82.num.24.*

Sed an clericus olim chirurgus, qui ſecundum artis præcepta exercuit ſuam artem cum quodam infirmo, qui mortuus eſt incidat in irregularitatem, à vide *R.Dian.tractat.7.miſcel.reſolut.9.tom.11.*

55 An medicus chirurgus poſſit pharmacare? Quod ſic ex conſuetudine *Franc. de Petr. conſil.9.*

56 *ſub num. 7.*, ſed in Regno non poſſunt pharmacare, nec dietare, nec flebotomare, niſi de licentia expreſſa Sp.Prothomedici, qui ad præſens eſt Sp.D.Paulus Pizzuto Baro Carrubæ, & Turris Rotundæ, vir tantæ virtutis, & integritatis vitæ, vt ne parua quidam criminis, aut ſuſpicionis nubecula nomẽ ſuum

57 offenderit, qui eſt Regius Conſiliarius, vt per priuilegium Regis Martini de anno 1397., &

58 vti talis vtitur toga, pro vt ſui anteceſſores vſi ſunt, & habet

59 ingreſſum, locum, & votum in Sacro Regio Conſilio ſemper, & quandocumque euenerit de rebus ad ſanitatem attingentibus in eo tractari, vt per priuilegiũ datum Matriti 22. Septembris 4.Ianuarij 1649. Executoriatum in Regno 4.Ianuarij 1650.

60 11 Medicus exterus non poteſt in hac Vrbe mederi abſque licentia *Muta conſuet.68.nu.46.*

61 12 Medicum ſe faciens, cum nõ ſit, punitur, pvt de eo, qui facit ſe doctorẽ *Schenar.conſ.8.lu.a.*

62 13 Sed an medicus ſanguine coniunctus poſſit ab infirmo ſalarium petere? quod non *Mut. conſuet.68. num.48.*, & de publico ſalariatus nõ poteſt aliquid ab infirmis accipere *Muta vbi ſupra, Carpan.ſuper ſtat. Mediol. tom. 2.cap.356. à num.2. Barber. ſuper ſtat. Agricult.cap.7.littera A.* Et ſi decedat in medio anni integrum ſalarium debetur ſuis hæredibus *Baldaſ.de Angel. in dicta l.parabolani num.12.*, debetur etiam ei ſalarium pro diebus, pro quibus ſtetit in itinere *Muta vbi ſupra.*

63 14 Medicus cogitur officium ſuum exercere *Muta vbi ſupra num.51.*, & ſi infirmitatem leuem facit longam, punitur arbitrio iudicis *Muta ſupra nume. 61. Carpan.ſuper ſtat.Mediol.tom. 2. cap.356.num.15. & num.62.*

64 dicit Mut. quod tenetur gratis pauperes mederi, idem dicit *Carpan.ſuper ſtat. Mediol.to.2.cap. 442.num.21. Carrot.de loc.& cõduct.tit.de medic.quæſt.2.*, & per totum titulum multa de medico, & de medicis etiam multa *Foller.in prax.*

65 An medicus poſſit ſequi opinionem probabilem relicta tutiori in adhibendis, & applicandis

dis remedijs ? *R.P.Sacc. in Faſc. Flor.lib.1. tract.4. cap.4. de conſc. dub.num.92. & vide numer.99.*

66 An liceat medicamentis vti iux-
ta opinionem , quam medicus
minus probabilem credit , reli-
cta probabiliori ? & num. 103.

67 An poſſit dare pharmacum ne-
ceſſarium mulieri infirmæ præ-
gnanti , cum periculo abortus
fœtus animati ? *& lib.1.tra.3.ca.
11.de vit.& pecc.dub.22.numer.*

68 128. ; quærit an medici conce-
dendo licentiam comedēdi car-
nes in diebus ieiunij abſq; cauſa
committant duo peccata ? *&
cap.17.dub.5.* , quærit an medi-
cus poſſit diſpenſare in ieiunio ?

Et quia de medicis huc vſque
ſermonem fecimus, conueniens
eſt, vt etiam aliqua de protho-
medico ſcribamus, & proinde
69 ſciendum eſt, quod Prothome-
dicus ordine , & dignitate pri-
mus eſt medicorum , *vt notat
Maſtrill.de magiſtrat. lib.4.cap.8*
70 *num.5.*,qui in hac vrbe numquā
habuit iuriſdictionem, in qua
prothomedicus eſt prætor,quod
factum eſſe arbitror ex iuris di-
ſpoſitione , quia ad gubernato-
71 res ciuitatis ſpectat cura ſalutis
corporum ciuium, tamquam ad
patrem, vt conſiderat *Lancellot.
Corrad.de offic.prat.in principio ſub*
72 *num.7.& §.1.*, & ob id de iure
medicorum electio ad eos ſpe-
ctat, vt ſcripſi ſupra *ex l. 1. ff. de
decret.ab ord fac.,& ad DD.ibi ci-
tatos addo eumdem Ripam ibi ci-
tatum de peſt.de remed.ad Curand.
peſt. num.10.Carroc. de Loc. & con-
duct.titul.de medic.quaſt.1.Caput.
de Regim.reipubl.cap.7.§.4.n.56.*,
qui proinde, *num.58.in fine*, di-
73 cit , quod Regimen in aduentu
prothomedici ſolet deputare
duos, nobilem, ſcilicet,& popu-
larem, qui cum ipſo aſſiſtant ſu-
per ſpeciarijs ad euitandos do-
los, ac fraudes.

74 . Et officium prothomedici
conſiſtit in viſitandis apotecis
aromatariorum , in dandis licē-
tijs medicis etiam graduatis, vn-
de ad inſtantiam Ærarij fiſcalis ,
Sp. Prothomedici die 16. Martij
1655.ad relationem Illuſtris D.
Alonſi Flores de Valdes Con-
ſultoris ; fuit obtenta prouiſio
infraſcripta , ſcilicet Facta rela-
tione E. S. prouidet,& mandat,
quod non obſtantibus literis Il-
luſtris Marchionis de los Veles,
datis Meſſanæ 4. Iunij 1644. in
totum , & per totum ſeruetur
forma pragmaticę Illuſtris Don
Ioannis de Vega , promulgatæ
in hac Vrbe Panormi die 7. Iu-
nij 1554.dummodo Prothome-
dicus, pro examine , & licentia
medendi nullatenus exigat ali-
quod emolumentum , ſiue ius
directe , vel indirecte , ſed om-
nia fiant gratis , & incartamen-
tum ſtet pœnes acta . Conſiſtit
etiam in dādo licentiam obſte-
tricibus , tonſoribus , & etiam
Thimedicis, vulgo dictis Zarla-
tani,ſeu ſalta in banco vendendi
eorum medicamenta , vel quæ
ore capiuntur , vel quæ exterius
appli-

applicantur *Schenard.conſil.8.ſub num.7.lib.2. & notat Caput dicto cap.7.§.8.num.1.*, vbi etiam notat, quod vt prædicta viſitatio fiat ſecũdum debitum modum, debet ibi interuenire vnus phyſicus eligendus per Regimen, & quod prothomedicus ibi ſtat. ſindicatui,& in Regno adeſt ordo S.C.M.de quo infra, & quod in hac vrbe Prothomedicus ſit Prætor adeſt priuilegium Imperatoris Caroli Quinti, datum Meſſanæ 1.Nouembris 1571.

75 Et aduerte, quod Prothomedicus inueniens merces, & medicamenta corrupta, poteſt de facto proijcere, & perdere, & publicè cõcremare, etiam quod non in totum ſint corrupta, ſed mixtum corruptum cum incorrupto *Berart.in ſpecul.viſita. cap.23.num.78.Pariſ.de put.de Sindicat.verbo iudicis ſuprema poteſtas num.22.*, *vide Menoch. de arbitr. Iudic.caſ.287.Lel.Zanch.de duel. inter milit. Eccleſ. & Secul.lib.2. cap.6.num.2. Hond.conſil.96. nu.1.& 32.lib.2.add.ad conſil. Bart. 11.lib 1.Bertaz.conſil.crim. 11.nu. 17.lib.1.& conſil.168.num.4.& 6.eod.lib.& conſil.445.Maſtr.dec. 300.num.21.Beluiſ.in prax.titul. de iniur.verbo falſarium num.6.et 7.Caput.de Reg. Reipubl.cap.7. §. 14.num.5.& 33.Mut.ſuper prag. de proh.pan.incr. Auend.de exequ. mand.Reg.p.p.capit.19.numer.8. verſic.primo infero.*

Et adeſt ordo Suæ Cat.M. pro vt infradatum Liſboæ die 8. Iulij 1581.exequutus Meſſanæ die 13.Nouembris 1581.

Et in quanto alla viſita, che ſi farrà per lo Regno, acciò ſi remedijno l'abuſi,che ſin'à queſt'hora habbiamo inteſo, che ſi fanno, ordiniamo, e comandiamo, che il Prothomedico habbia di hauer cura di eligere, e deputare perſone fedeli, ſufficienti, e di conſcienza, che habbiano da far detta viſita coſi al Medico, come alle ſpeziarie,li quali habbiano da brugiare le robbe mal compoſte,falſe, e guaſte, aduertendo, che hanno da eſſer molto rigoroſamente caſtigati, ſe trouando le medicine, & il reſtante malo, e falſo componeranno li ſpeziali con denari,per tal cauſa, ò pure li laſceranno le dette robbe in detta ſpeziaria, acciò ſe ne poſſano ſeruire,come ſin hora s'è inteſo, che s'è fatto, e che delle perſone, che detto Prothomedico deputerà per tal officio di viſitar il Regno, non poſſi receuere prezzo, ne coſa veruna per la commiſſione, che ſe li darrà, e finita detta viſita s'habbia da mandar commiſſario per lo Viceré à ſindicare le perſone, che farranno detta viſita, e che ſi troueranno falta, ò delitto,il Viceré con il voto della Gran Corte habbia da procedere al caſtigo di quelli,conforme ſarrà di giuſtitia, & anco darli la liberatoria in forma, la quale habbiano à preſentare al Prothomedico,à carrico del quale
hà

hà da reſtare, che le ſudette perſone ſtijno al ſudetto ſindicato.

Che il detto Prothomedico ogni tre anni habbia da viſitare perſonalmente il detto Regno ſe non ſarà legitimamente impedito, lo quale tutto vogliamo, & è noſtra voluntà, che ſi oſſerui, & eſequiſca à compiméto inuiolabilmente ſenza, che in maniera neſſuna ſi ecceda da quello in vn punto, per eſſer quel tanto conuiene al noſtro ſeruitio, e buon gouerno del detto noſtro Regno dato en Lisboa à 8. di Luglio 1580. Yo il Rei.

In exequutionem cuius ad inſtãtiam Iuratorum Carolentini fuerunt emanatæ literæ ſub viſione M.R.C.S.C. die 11. Decẽbris 1637. directæ Sp. D. Ioſeph Pizzuto tunc Prothomedico tenoris ſequentis videlicet. Per eſſequutione della quale vi dicimo, & ordinamo, che di quà innante debbiate eſſequire, & obſeruare l'ordine di S.C.M. tãto nelle coſe male aromatarie di abbrugiarſi giuſta la forma delle lettere date in Lisbona l'anno 1580. quanto facẽdo præſtare pleggeria nello voſtro officio alli voſtri ſubſtituti innanti di vſcire alla viſita di ſtare à Sindicato ad effetto di poterſi detti ſubſtituti fatta la viſita, ſeu parte di eſſa ſindicare iuſta la forma di detto ordine di S.C.M. & dette lettere date in Lisbona detto anno 1580. & anco obſeruare le conſtitutioni Prothomedicali, di dare la terza delle pene al Regio Fiſco in quelli caſi, nelli quali ordina la detta conſtitutione, che incomincia, quod omnes à cap. 24. con la dechiaratione di Filippo Ingraſſia nello ſteſſo loco, come anco intorno alla perceptione delle raggioni competenti à voi, & à detti voſtri ſubſtituti, & coſsì eſſequirete ad inſtantia di qualſiuoglia preſentante, e comparente per quanto la gratia di S. M. tenete cara, e ſotto pena di docati mille di applicarſi al Regio Fiſco. Dat. Pan. die 11. Decembris 1637.

El duque di Alcalà.

76 Et àduerte, quod ſi Prothomedicus examinando aliquem, illum non approbauerit, poteſt ab eo appellari ad M.R.C. *Narbon. in tert. part. Nou. Recompilat. leg. Hiſpan. p. p. lib. 3. titul. 16. leg. 9. Gloſ. 4.*

XXXVIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Clericus propter inimicitiam cum proprio Epiſcopo poteſt ſe eximere ab illius iuriſdictione, & num. 2. & 4.*

3 *Inimicitia eſt iuſta cauſa eximendi ſubiectum á iuriſdictione inimici num. 3.*

Vaſſalli inimici baronis obtinẽt literas ſaluaguardia à M.R.C. *ſub num. 4.*

Trige-

1 TRigeſimus octauus effectus eſt, vt Clericus propter inimicitiam cum proprio Epiſcopo poſſit ſe eximere ab illius iuriſdictione *Velanſ.conſil.44.n. 184.& ſequ. Nouar.de Grauam. Vaſſall.prælud.7.num.7.Pirr.Corrad.in prax.diſpenſat. Apoſtolic.lib. 4.cap.5.num.55.& ſeq.*, vbi di-
2 cit, quod quotidie emanant à Sede Apoſtolica huiuſmodi exēptiones, pro vt firmat teſtari *Paris de reſignat.benefic. lib.3.q.11.n. 7.*, vbi dicit ita cenſuiſſe Sacram Congregationem Concilij 7. Iulij 1575.

3 Inimicitia namque eſt iuſta cauſa eximendi ſubiectum à iuriſdictione inimici *Capiblanc. de Baron.cap.13.num.12.*

4 Et ita ſeruatur hic in praxi, quia Clerici obtinēt literas ſaluaguardiæ à Regia Monarchia, pro vt vaſſalli, ſi fuerint inimici Baronis, obtinent literas ſaluaguardiæ à M.R.C. pro vt *ſcripſi de citat.tom.2.in addit.ad 2.quæſt. num.48. verſic. vigeſimo ſecundo requiritur monitio.*

XXXIX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 R*Eſidere in loco reſidentiæ quis non tenetur, ſi ibi habet inimicos, & num.2.de ratione.*

Licet non reſidens, & vocatus non rediens poſſit ipſo facto beneficio ſpoliari num.4.

Amplia etiam ſi offeratur ſaluus cōductus in loco reſidentiæ n.3.

Sed an poſſit ſine licentia ſuperioris diſcedere? num.5.6.& 7.

1 TRigeſimus nonus effectus eſt, vt quis non teneatur reſidere in loco reſidētiæ, ſi ibi habet inimicos *Affl. deciſ. 289. num.22.poſt Cardinal. Innoc. & Barbat. Monet.de diſtribut.quotid. p.2.q.5 ſub num.71.ex Gloſ.final. in c.vltimo de Cleric. non reſident.ib.Barboſ.de pot.Epiſc.p.3.allegat. 53 num.89. Ventrigl.in prax.rer. notab.de Vicar.curat. perp. Annot. 20.§.2.num.32.*

2 Inimicitia namque eſt, iuſta cauſa non manēdi in aliquo loco *c. accedens i12.verbo, niſi in terra inimicorum ſuorum, vbi Barboſ. num.7.vt lit.non cont.*

3 Amplia etiam ſi offeratur ſecuritas, & ſaluus conductus in loco reſidentiæ *Affl.d.dicta deciſ. 289.num 21.& 23 poſt Imol.& alios, vide quæ ſcripſi to.1.de cit.q.*

4 Licet alias non reſidens, & vocatus non rediens poſſit ipſo facto beneficio ſpoliari *Abb. in c. qualiter num.5.& c. ex parte de cleric.non reſid.*

5 Sed an liceat diſcedere non obtenta licentia à ſuperiore? & videtur quod non *per tex.in c.relatum de cleric. non reſident*, per quem dicit, *ibi Ioan. Andr.*, quod
6 non ſufficit ex iuſta cauſa petere licentiam recedendi, niſi impetretur, *c. cum ex eo de elect. lib.6.Gl.in c.non oportet de conſecr. d.5.*, & vbi lex licentiam ſuperioris

rioris requirit, videtur duo requirere, ſcilicet, quod petatur, & quod obtineatur *l. 2. iuncta Gloſ. C. de in int voc.* per quam ita tenet *Iaſon. in §. pœnales col. 3. per illum tex. Inſt. de action. & vide Ricc. in prax. for. Eccleſ. tom. 3. in prax. reſident. reſolut. 393. & á reſolut. 388. vſque ad reſolut. 398. incluſiue multa ad materiam reſidentia, Ventrigl. in prax. Rer. Notab. de Reſident. Canon. Annot. 19. §. 2. num. 19.*

7 Sed *Ripa de Peſte de priuileg. contract. cauſ. peſt. num.* 140. diſtinguit inter petitionem, & impetrationem, vnde licentiam eſſe petendam dicit ſi copia ſuperioris faciliter, & ſine periculo haberi poſſit, alias ſecus; cum tempus, & locus ſæpe non patiantur licentiam petere, quo ad impetrationem vero putat Ripa indiſtincte beneficiatum poſſe diſcedere ſubſiſtente cauſa inuito, & renuēte ſuperiore, quod multis ſimilibus probat, vt videre eſt apud eum, quæ dicit facere pro conſiliarijs, qui non poſſunt à loco ſine licentia ſuperioris diſcedere, hinc *Ventrigl. ſub dicto num.* 19. inquit verum ſi neceſſitas diſcedendi vrgeret, & copia ordinarij non poſſet haberi, vt quia eſſet abſens, tunc canonicus poſſet diſcedere etiā ſine licētia, in quo caſu ego obligarem canonicum ad faciendum id, quod poteſt, ſaltem ſignificare Epiſcopo per epiſtolā, vel nuncium de ſua iuſta, & repentina abſentia. Subdit deinde, quod hæc licentia ſemel data pro iuſta cauſa ſemper durat durante cauſa, nec poteſt per concedentem, vel ſucceſſorem reuocari ſine noua cauſa, & ratione, & *annot.* 20. §. 2. *num.* 30., inquit, nec excuſatur parochus ab obligatione petendi licētiam prædictam, ſub prætextu iuſtæ cauſæ, & notoriæ neceſſitatis diſcedendi, ac diſtantiæ loci; nam adhuc ſine illa diſcedere non poteſt, niſi tanta ſit neceſſitas, & ita repentina, vt dilationem non patiatur, & eſſet periculum, in mora petendi licentiam; nam tunc poteſt diſcedere, ſine illa; dummodo cum primum poteſt, ſaltem per epiſtolam de cauſa prædicta, ac diſceſſu certum faciat ordinarium; qui cauſam cognoſcat, & licentiam det, & *num.* 31. dicit, nec ſufficit, licentiam prædictam ſolum petere, ſed ea debet eſſe obtenta, etiam quod concurreret grauis cauſa, in quo caſu petens licentiam, & non obtinens grauatur, & proinde poteſt iuſte ad ſuperiorem recurrere per viam appellationis, qua appellatione pendente, non poteſt abeſſe, & vide in effectu ſequenti ad materiam, & *Sanleger. quæſtion. & Reſolution. beneſic. tom. 1. quæſtione quadrageſima ſecunda, Lother. de Re beneſic. lib. tert. quæſtion. vigeſim. ſeptim. numer.* 122. & 126. & *á num.* 193. *vſque ad finem*.

XXXX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Canonici non intereſſentes diuinis propter inimicitias potentiorum in ciuitate lucrantur diſtributiones quotidianas.*

Intellige vt num. 4. 5. 6. *&* 7. De *ratione num.* 8.

2 *Canonici diuinis non intereſſentes diſtributiones quotidianas non lucrantur.*

3 *Diſtributiones quotidianæ quare ſic dictæ?*

1 QVadrageſimus effectus eſt, vt inimicitia potentiorum in ciuitate, ſiue partialitates, & factiones operentur, vt Canonici non intereſſentes diuinis, lucrentur diſtributiones
2 quotidianas (quas alias non lucrarentur, niſi intereſſent diuinis; nam ideo dicuntur diſtributiones quotidianæ, quia quotidie diſtribuuntur iis, qui quo-
3 tidie horis canonicis, diuiniſque officijs interſunt, quaſi quotidianum, & diurnum ſtipendium, *Monet. de diſtribut. quot. lib.* 1. *qu.* 1. *nu.* 12. *Eſcob. Corr. de vtroq for. de hor. canon. q* 5. *de cauſ. fin. & effec.* §. 2. *de diſtribut. ſub num.* 1. *& de cauſ. form. quib. acquir. regul.* 3. *nu.* 27. *&* 54.) *c.* 1. *verbo ſeu iuſta rationabilis corporalis neceſſitas, vbi Gemin. de cleric. non reſid. in ſext. Eſcob. Corr. de vtroqu. for. de hor. canonic. quæſtion.* 5. *de cauſ. final & effic. lib. paragraph.* 2. *de diſtribut. nu.* 84. *Ampl.* 2. *Monet. de diſtrib quotid. p.* 2. *q.* 5. *num.* 71. *poſt Franc. Ioan. Andr. Anchar. Prob. Calder. Azor. Gemin. & Couar. &*
4 *num.* 72., intelligit dummodo canonici non fuerint in culpa immiſcendo ſe huiuſmodi partialitati, ſed quia omnes de tali familia partiales habentur, *& ex Garz. de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *nu.* 351. dicit, quod ſi ſunt veræ inimici-
5 tiæ, & ſine culpa, & poſt obtentum canonicatum ortæ, poſſunt canonici cum facultate in alio viciniori, ac tutiori loco manere, durantibus dumtaxat inimicitijs; dũmodo non vltra annum, & ſi omnes fructus canonicatus in diſtributionibus quotidianis conſiſtant, eas canonicus lucrabitur deducta tertia parte pro
6 deſeruientibus. Item dicit temperandã concluſionem dũmodo metus ei, qui in culpa eſt, iuſte, ſeu iuridice, & ſine iniuria incutiatur, alias ei ſubueniretur: ſed
7 ſi intra annũ inimicitiæ non extinguantur, & curatus, ſeu beneficiatus, vel canonicus fuerit in culpa tã cauſandarũ inimicitiarũ, quã non extinctionis earũdẽ,
7 poterit beneficio priuari: ſi vero inimicitiæ creſcant, ſine parochi culpa, poteſt dari alius annus *Barboſ. in cap.* 4. *num.* 8. *de cleric. non reſident, & de poteſt. Epiſcop. p.* 3. *allegat.* 53. *nu.* 89., *vide eumdem de pot. par. cap.* 8. *n.* 32. *in parua impreſ.*, vbi poſtquam retulit ſupradicta, ſubdit ꝗ hodie melius eſt cõſulere SacrãCõgregat.

Inimi-

8 Inimicitia namque potentiorum in ciuitate operatur iuſtam cauſam timoris,& abſẽtiæ *Sforz. Odd.de Reſt.in integr.quaſt.7.num. 90.Mongol.de Met.cap.2.§.2.n.6 Barboſ.in c. ad ſupplicationem nu. 5.de renunc.*

Et ſufficiens cauſa inimicitiæ oritur, quando in vniuerſitate adſunt duæ factiones contrariæ *Sanleg.quaſt.& reſolut.benefic.p.p. cap.41.num.22.*

XXXXI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus repellitur ab accuſando Saltem de iure Canonico n. 2.*

Contrarium, quod etiam de iure ciuili procedit num.3.

Sed quod de iure poſſint accuſare num.16.

Amplia negatiuum opinionem primo etiam ſi reus non opponat, quia iudex ex officio debet inimicũ repellere num.4.

Amplia ſecundo, etiam finita inimicitia num.5.

Amplia tertio,in inimico reconciliato num.6.

Niſi amicitia ſit longo tempore confirmata num.7.

Amplia quarto, etiam ſi inimicitia ſit cauſata culpa accuſati n.8.

Amplia quinto,vt nec reus poſſit conſentire, vt accuſetur ab inimico num.9.

Amplia ſexto, etiam in crimine excepto num.10.

Amplia ſeptimo, vt etiam cohabitantes cum inimicis repellantur ab accuſando num.11.

Limita primo, ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur nu.12.

Niſi vltra inimicitiam aliud impedimentum patiatur, ibidem.

Limita ſecundo, ſi inimicitia non ſit capitalis num.13.

Limita tertio, in crimine hæreſis num.14.

Contrarium num.15.

1 Qvadrageſimus primus effectus eſt,vt inimicus repellatur ab accuſando *Petr.de Gregor. Tholoſ. Syntagm. Iur.vniu. lib.32. cap.12.num.9.* Coriolan. *Capucc.de caſib.reſeruat. p.2.caſ.5.§.4.num.11. Sp. D.Benedict.Em. Reſponſ.7.ad Orat. D.* Cutell. *colum.58. Arno. probl.12. Ghiliſ.de Iud.Reg.cap.14.nu.23. & cap.16.num.10.Maſtrill.deciſ. 214.num.16.Viu.in Rat.Iur.pontiſic.lib.5.titul.1.de accuſat.Inquiſ. & denunc.cap.17. Ameſc. de pot. in ſeipſ.lib.1.cap.18.nu.8. Hippol.* Riminald. *conſil.114. num. 23.,*

2 vbi, quod ſaltem de iure canonico procedit, *Turrecrem. c. beatus cauſ. 3.q.5.& c.accuſatores Specular.lib.1.de accuſat.num.28. & 29.Damhod.in prax.ſelect.ſentent. verbo conſpiratores.* Hinc recte dixit *Hermoſilli ad Lopes titul. 5. p.5.l.46.num.1.,* quod cum ſerui naturaliter inimici dominorum ſint,dominos accuſare nõ poſſũt

3 Sed hodie etiam de iure ciuili procedit,vt poſt *Decia.lib.3 tr.criminal.cap.25.num. 3. Farinac.qu.*

 12.nu.

12.*num*.38., *dicit Ameſc. vbi ſupra, Vermigl.conſ*.385.*nu*.5.*&* 6

4 Amplia etiam ſi reus nō opponat, quia iudex ex officio debet inimicum repellere *Farin. q*.53. *ſub num*.70. *Barboſ.in c*.7. *num*.3. *de accuſ. Ameſc. loco citato.*

5 Amplia ſecundo, etiam finita inimicitia *Barboſ.in l. in ipſius mariti num.quart. C. famil. Erciſcund.*

6 Amplia tertio, in inimico reconciliato, quia nec iſte poteſt accuſare inimicum *Barboſ. in dicto cap*.7. *poſt* Roman. *Iaſ. Alex. Hippolyt. Alciat Clar. Gomez. Menoch. & alios* Ghilis. *vbi ſupra num*.24.

7 Niſi cauſa inimicitię iam dudum ſit extincta, & amicitia lōgo tempore confirmata *Barbo. vbi ſupra num*.5.

8 Amplia quarto, etiam quod inimicitia fuerit cauſata culpa, & facto accuſati *Farinac.de teſtib. quæſt*.53.*num*.19.*in fine*.

9 Amplia quinto, vt nec etiam reus poſſit conſentire, quod accuſetur ab inimico, quia nemo poteſt facere, quod defenſiones ſuæ tollantur *Ameſ. vbi ſupra.*

10 Amplia ſexto, etiam in crimine excepto *Gloſ.in c. meminimus in figuratione caſus in fine, de accuſat. vide infra limit*.3. *Direct. Inquiſit.p*.3.*q*.68. *verſic.reſpondeo circa finem, & in addit. littera A, fol*. 607. *Ghiliſer. ſupra numer*.25.

11 Amplia ſeptimo, vt etiam cohabitantes cum inimicis repellantur ab accuſando *Viu. vbi ſupra cap*.7. *Barboſ.in dicto cap*.7. *de accuſat.num*.1.*&* 3.*Ghiliſer.in loco citato cap*.16.*num*.13.

Amplia octauo, vt perſonę de domo inimici repellantur, *Ghiliſer.dicto cap*.16.*num*.13.

Amplia nono, in conſanguineis inimicorum, *Ghiliſer. ſupra num*.14.

12 Limita primo, ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur *Capucc.vbi ſupra nu*.12. *Maſcar. de* General.*ſtatut.interpret.concl*.5. *num*.87., niſi vltra inimicitiam aliquod aliud impedimentum patiatur *Hippolyt. Riminald.conſ*. 364.*num*.25.*&* 26.

13 Limita ſecundo, ſi inimicitia non ſit capitalis, quia tantum inimicitia capitalis repellit quē ab accuſando *Schrad.de feud.par*. 9.*ca*.5.*ſub num*.14. *Couuerſan.de tutel.titul.de excuſat.tutor.§.inimicitia num*. 9. *Maſcar. ſupra dicto num*. 87.

14 Limita tertio, in crimine hęreſis *Maſcar. dicta concluſ*.5.*nu*. 82.*Ruſtic.ad l.cum auus. lib*.5.*ca*. 19.*num*.25.

15 Contrarium *Farinac.de teſtib. quæſt*.53.*ſub num*.6. *& vide ſupra Ampliat*.6.

16 Sed quod inimici de iure poſſint accuſare *firmat Marant. ex Felino, in prax.p*.6.*verbo, & peruenitur aliquando per viam inquiſitionis num*.53. Redoan.*de Simon.p*.4.*ca*.5.*num*.17. *PruKman. conſil*.43. *num*. 16. Sed non eſt, recedendum à dictis ſupra.

XXXXII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *ADuocatus inimicus poteſt prohiberi ne ſit aduocatus contra inimicum.*

Limita ſi inimicitia eſſet orta poſt aduocationem num. 2.

1 QVadrageſimus ſecūdus effectus eſt, quā inimicitia operatur, vt aduocatus inimicus poſſit prohiberi, ne ſit aduocatus contra inimicum, ſi inimicus litē habet cum alio, ita pluries fuiſſe deciſum dicit *Velaſc. deciſ. 124. num. 34. quem citant Borell. in ſumm. deciſ. titul. de aduocat. offic. num. 98. Barboſ. in cap. ex litteris num. 3. de offic. Iudic. Maſtrill. deciſ. 214. ſub num. 15. D. Benedict. Eman. Reſponſ. 7. ad Orat. D. Mar. Cutell. colum. 58. & colum. ſeq.* intelligit procedere, quando manifeſtis calumnijs, abſque ratione inimicum vexaret, *Fontanell. deciſ. 30. nu. 7. & 8.*

2 Limita niſi inimicitia eſſet orta poſt cæptam aduocationem cauſa repellendi aduocatum. *Barboſ. vbi ſupra, ex Bartol. Marſil. & Maſcard. D. Benedict. ſupra colum. 60.*

XXXXIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *ALienatio, ſiue donatio dicitur facta in fraudem fiſci ſtante inimicitia.*

Limita ſequuta reconciliatione ante delictum num. 4.

In dubio non præſumitur facta in fraudem nu. 2.

3 *Fiſcus prætendens fraudem debet illam probare, docendo delinquētem habuiſſe inimicitias eaſque perduraſſe.*

1 QVadrageſimus tertius effectus eſt, vt ſtante inimicitia alienatio, ſiue donatio dicatur facta in fraudem fiſci *Surd. conſil. 382. nu. 61. Giurb poſt Bart. Pic. Alciat. Pariſ. Blāc. Gomez. Caſt. Menoch. conſil. 226. num. 96. conſil. 430. Guaz. Boſſ. Macer. Carroc. Natt. Ceſal. & Peregr. conſil. 54. num. 3. & 4. Cyriac. contr. 492. n. 9. 14. & 15. Capyc. Galeot. tom. 1. contr. 3. ſub num. 54. Farinac. conſ. 40. ſub num. 24. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. titul. 1. num. 155. & 156.*

2 Licet in dubio facta in fraudē non præſumatur *Cyriac. dicta cōtr. 492. num. 8. poſt Farinac. de ſimulat. q. 164. num. 60.*

3 Hinc infertur, quod fiſcus prætendens fraudem, debet illā probare, docendo delinquētem habuiſſe inimicitias, eaſque perduraſſe *Menoch. lib. 3. præſumpt. 124. num. 7. Guaz. de confiſcat. bonor. concluſ. 29. num. 21. Cyriac. ſupra num. 7.*

4 Concluſionem ſupra poſitam limita ſequuta reconciliatione, ante delictum, quia tunc ceſſat fraus *Cyriac. vbi ſupra num. 10. & num. 11.* dicit, quod licet deinde

inde

inde ſuperueniat noua cauſa, nó ex hoc irritatur alienatio iam facta.

XXXXIV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Occidens bannitum inimicũ, qui ex forma ſtatuti poteſt occidi, punitur.*

2 *Et de ratione num.2.*

3 *Statutum, quod bannitus poſſit occidi, tunc habet locum, quando occiſores zelo iuſtitiæ mouentur.*

1 Qvadrageſimus quartus effectus eſt, vt occidens bãnitum inimicum, qui ex forma ſtatuti poteſt occidi, 2 puniatur quia præſumitur, quod ex inimicitia particulari occiderit *Garglar. patroc. 7. num. 9. ex Marſil. conſil. 9. numer. 28. & 29. Menoch. de arbitr. lib. 1. quaſt. 90. num. 48. & conſil. 1189. num. 30. Ceſal. conſil. 35. num. 21. in 1. Arn. Solil. 40. Petr. Gerard. de Petr. ſing. 14. Maſtril. deciſ. 104. num. 1.*, qui dicit ſe cõdemnaſſe ad mortem quatuor Calabrẽſes, qui ex odio particulari, & capitali inimicitia interfecerant quemdam eorum ciuem allegando eum eſſe foriudicatum, *Giurb. conſil. 3. num. 13.*, qui pro hac opinione concludit, *licet num. 10.* retuliſſet nonnullos contrarium tenentes, *Ambr.* 3 *deciſ. 23. num. 4.*, vbi quod vt habeat locum tale ſtatutum requiritur, quod occiſores, ſeu vulneratores zelo iuſtitiæ, & publicæ vindictæ moueãtur ad occidendum bannitũm, licet deinde contrarium dicat *nu. 25. & ſeq.*

4 Licet alias occidẽs bannitum qui ex forma ſtatuti occidi poteſt, non puniatur *Giurb. dicto conſil. 3. à num. 1. cum ſeq. & vide eumdem conſil. 29. num. 25. & 34 ad materiam Menoch. dicta quaſt. 90.*, vbi Ampliat, & Limitat *Ambros. dicta deciſ. 23. & Maſtril. dicta deciſ. 104. Arn. dicto Solilo-qu. 40.*

XXXXV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Exulatus á ciuitate, ſi dum eſſet extra ciuitatem inuenit ſuos inimicos, poteſt ad ciuitatem redire.*

2 *Exulatus à ciuitate, ſi ad ciuitatẽ redeat, rũpit exiliũ, & punitur.*

3 *Laicus ſi poſt exilium fiat clericus, & rumpit exilium, à Iudice Eccleſiaſtico puniendus eſt.*

4 *Clericus ſi poſt exilium fiat laicus, & rumpat exilium à Iudice laico puniendus eſt.*

Contrarium num. 5.

6 *Exulatus à Ciuitate eſt exulatus à territorio, & a loco vbi reſidet princeps.*

Contrarium, quod non ſit exulatus à territorio num. 7.

Non eſt exulatus à ſuburbijs num. 8.

Niſi ſit etiam exulatus à territorio num. 9.

An

An intelligatur exulatus á loco originis? num. 10. & vide nu. 18

11 *Exulatus à ciuitate dicitur exulatus à mari adiacenti ciuitati, à qua eſt exulatus.*

12 *Exulatus ſine temporis expreſſione intelligitur ad decem annos.*

Quid de exulato ad beneplacitum? num. 13.

14 *Exulatus à toto regno ab eo, qui non habet iuriſdictionem, Intelligitur tantum exulatus ab eo loco, vbi habet iuriſdictionem.*

15 *Exulatus ad beneplacitum mortuo principe non poteſt redire.*

16 *Exulatus non poteſt accedere ad locum partis offenſæ.*

Etiam ſi in ſententia non ſit dictum, ibidem.

17 *Exulatus durãte exilio nõ põt de licẽtia Iudicis redire, ſed principis.*

19 *Exulatus finito exilio poteſt ſine licentia redire.*

Amplia in condemnato ad tempus ad triremes, num. 21.

22 *Exulatus poteſt tranſire per ciuitatem, á qua eſt exulatus.*

23 *Exulatus non poteſt commorari in Eccleſijs ſitis in locis prohibitis.*

24 *Exulatus ſi decedat, non poteſt ſepeliri in loco exilij.*

Contrarium num. 25.

26 *Exulatus, vt puniatur pro fracto exilio, non ſufficit ſola viſio, ſed requiritur captura.*

27 *Exilium debet intimari, vt poſſit agi pro contrauentione exilij.*

28 *Exulatus ſi fuerit condemnatus in aliqua inſula declaranda, non facta declaratione, non poteſt pro contrauentione contra eum agi.*

29 *Pœna exilij ſi eſt ꝑpetua, eſt meri imperij, ſi vero tẽporalis mixti.*

30 *Exulatus in perpetuum dicitur mortuus de iure ciuili.*

An poſſit condere teſtamentum? num. 31.

32 *Exulatis datur menſis ad colligendum Sarcinulas.*

1 QVadrageſimus quintus eſſe ctus eſt, vt exulatus à ciuitate, qui dum eſſet extra ciuitatem, inuenit ſuos inimicos capitales, poſſit ad ciuitatem redire abſque quod rumpat exilium, & faciat contra iudicis præceptum *Beluiſ. in pract. Iudic. Criminal. titul. de Iniur. ſub num. 46. & in titul. de quæſt. num. 105.*

2 Licet alias rumperet exilium, & puniretur *Mut. ſuper Cap. Reg. tom. 2. cap. 117. à num. 23. & dec. 63. Piguer. deciſ. 41. Ricc. in prax. tom. 1. de cleric. deciſ. 588. & Deciſ. Cur. Arch. Neap. 93. p. 2. per tot. & collect. 289. part. 2. Danz. de pugn. DD. titul. de exilio cap. 1. á nu. 43. Giurb. conſil. 47. num. 21. & ſequ. Guaz. ad defenſ reor. defenſ. 12. circa finem, & 33. cap. 27. Capiblãc. de Baron. pragm. 2. num. 35. & to. 2. cap. 33. á num. 5.*

3 Sed à quo debet puniri, ſi poſt exilium fiat clericus, & rumpat exilium? dic quod à Iudice Eccleſiaſtico *Guaz. dicto cap. 27. ſub num. 13. Squillant. de priuileg. cler. dub. 3. nu. 107. Giurb. conſil. 15. nu. 33. Coſt. Sicul. conſil. 93. num. 4.*

4 Sed quid in caſu contrario, ſi Clericus ab Eccleſiaſtico iudice exula-

exulatus fiat laicus, & rumpat exilium, an ſit puniendus a laico? Quod ſic *Giurb.conſil.15.nu. 3.Coſt.dicto conſil.93.num.1.*

5 Contrarium *Squillant.vbi ſupra num.108.Dian.de Immunit. Eccleſ. tract.2. reſolut.118. idem Coſt.dicto conſil.93.num.41.*, vbi de differentia inter vnum, & alium caſum.

6 Et an exulatus à ciuitate ſit exulatus à territorio, & à loco, vbi princeps reſidet? & quod ſic eſt dicendum *ex Franc. deciſ. 129.num.2. Nouar. deciſ.38. nu. 1.& Grauam.113.num.1. & 6. Rouit.deciſ.11.num.17.Taſſon.de Anteſas.verſic.12.obſer.2.ſub nu. 21.Capiblanc.de Baron.to.1.prag. 7.num.20. Baldaſſ.de Angel. ad deciſ.Gizz.23.num.1.*

7 Contrarium, quod exulatus à ciuitate non ſit exulatus à territorio *Danz. de pugn. DD. titul. de exilio num.24.& ſeq.& á nu. 23.*de loco, vbi reſidet Princeps.

8 Sed non dicitur exulatus à ſuburbijs *Baldaſſ. de Angel. vbi ſupra num.2.Capiblanc.dicta prag. 7.num.47. Danz.loco citato n.26.*

9 Niſi fuerit exulatus à territorio *Capiblanc.vbi ſupra nu.8.*

10 Nec intelligitur exulatus à loco originis *Danz.loco citato nu. 27.& ſeq. vide infra.*

11 Bene tamen à mari adiacenti ciuitati, & patriæ, à qua eſt exulatus *bene Nouar.* quæſtionem examinans *dicta deciſ.38.á nu.2*

12 Sine temporis expreſſione exulatus intelligitur ad decem annos *Guazz.ad defenſ.reor.defeſ. 33.cap.27.num.6.Mut.ſuper cap. Regn.Sicil.tom.2.cap.117.num.23.*

13 *& tom.4. cap.166. num.18.*, &. de exulato ad beneplacitum *Danz ſupra á num.66.& Capibl. dicta pragm.7.num.25 & ſeq.*

14 Exulatus à toto Regno ab eo, qui non habet iuriſdictionem, intelligitur tantum exulatus ab eo loco, vbi iuriſdictionem habet *Beluiſ. in practic. de fug. reor. ſub num.44.* Sed vide *Capiblanc. pragm.7.n.18. Nouar.Grau.113. à num.1.Guazz.dicto cap.27. à n. 17.Danz.loco citato num.53.*

15 Exulatus ad beneplacitum mortuo principe non poteſt redire *Ricc.in prax. to.1. deciſ.551. Guazz.dicto cap.27.à num.8.*

16 Exulatus non poteſt accedere ad patriam, domicilium, & locum partis offenſæ, & ſi in ſẽtentia non ſit dictum *Nouar.q. Forenſ.54.nu.2. lib.2. Capiblanc. de Baron.to.2.cap.31.num.5.*,& de

17 remiſſione à parte facta, dummodo nõ accedat ad locum delicti, quod non valeat *poſt Maſtrill. Danz vbi ſupra numer.63. & 64.*

18 Nec ad ſuam patriam poteſt accedere *Guazz. dicto c.27.n.20.*

19 Durante exilio non poteſt de licentia iudicis redire, ſed tantũ de licentia principis *Gomez.Var. reſolut.tom.3.titul.de exil.cap.8. &. 4.Guazz.dicto cap.27.num.23.*

20 Sed finito exilio poteſt libere redire abſque licentia *Guazz. d. cap.27.num.18.Capibl.de Baron. to.1.*

to.1.pragm.7.nu.15 & 16. Ricc. collect.228 1.p.6.Tap.in 2.p.l.fin. de Conſt Princ.cap.5.num.2. Add. ad Franc.dec.487.Burg.de Laud. p 2.Inſp.35.nu.4. Baldaſſ.de Angel.in l.quicumque num.4. C.de Epiſc.& Cler. Nouar.deciſ.98.n. 5. Danz ſupra num.48. Mut.ſuper C.*Reg.Sic.to.4.c.11.n.8.Otno. in §. praterea quib.mod. tutel.fin.*,
21 qui etiam de condemnatis ad triremes ad tempus loquuntur.

22 Et poteſt per ciuitatem, à qua eſt exulatus, tranſeundo iter facere *Nouar.quæſt.forenſ.28.lib.1. Baldaſſ.de Angel.in addit.ad deciſ. 23.Gizz.num.7.Capiblanc.de Baron.prag 6.n.161.& prag.7.n.43.* Marſil.*in pract. §.aggredior nu.42.*

23 Non poteſt cõmorari in Eccleſijs ſitis in locis prohibitis *Capibl.de Baron.to.2.c.34.n.3.& ſeq.*Marin.*reſol.quotid.c.116.à n.3*

24 Si decedat, non poteſt ſepelliri in loco exilij *Capiblanc. de Baron.to.1.pragm.8.num.73.Nouar.dicto Grau.313.nu.2. Guaz. dicto cap.27. num.21. Baldaſſ. de Angel.ad deciſ.*Gizz.*15.num.2.*

25 Contrarium *Ball. lib. 4. pp. qq. quæſt.4.num.66.67.*

26 Vt puniatur pro fracto exilio non ſufficit ſola viſio, ſed requiritur captura *Nouar.quæſt.for.3. lib.1.Addit.ad Coſt.Sicul.conſ.93. Marin.reſolut.quotid.cap.116.nu. 2.vide Capiblanc. de Baron.prag. 7.num.42 & tom.2.cap.34.*

27 Non poteſt agi pro contrauentione exilij, niſi exilio intimato *Guazz.dicto cap.27.num.12*

28 & ſi fuerit condemnatus in aliqua inſula declaranda, non declarata non poteſt agi pro contrauentione *idem num.10.* Pœna
29 exilij ſi eſt perpetua eſt meri imperij, ſi vero temporalis eſt mixti *Fontan.de pact. Nupt.clauſ.* 4 *Gloſ.14.num.66.*

30 Exulatus in perpetuum dicitur mortuus de iure ciuili *Capiblanc.de Baron.cap.33.num.2.lib.*
31 *2.*,& an poſſit condere teſtamẽtum? vide *Stephan.Durant.q.27.*

32 Et aduerte, quod exulatis datur menſis ad colligendum Sarcinulas vt ſcripſi infra effect.121

Sed qua pœna puniatur rumpens exilium? vltra DD. citatos *num.2.vide Nouar.de Grau. Vaſſall.tom.2.Grau.73. &* Grau.74. dicit, quod accedens ad locum exilij ex cauſa neceſſaria non punitur, & exemplificat in eo, qui amoris furore correptus deuenit ad locum, à quo exulatus eſt, *cum Giurb.conſ.47.*

XXXXVI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Eccleſiaſticum poteſt ab inimico auferri. Contrarium num.4.*

2 *Collatio dicitur donatio, & vide n.5*

3 *Beneficialis poteſt beneficio priuari propter impetrationem poſtea de eodem beneficio habitam.*

6 *Donator põt reuocare donationẽ ob ingratitudinẽ ſi res donatę ſint ſua.*

7 *Beneficiũ dicitur donatio ob cauſã*

8 *Beneficium datur vt beneficia-*

exulatus fiat laicus, & rumpat exilium, an ſit puniendus a laico? Quod ſic *Giurb.conſil.15.nu. 3. Coſt.dicto conſil.93.num.1.*

5 Contrarium *Squillant. vbi ſupra num.108. Dian. de Immunit. Eccleſ. tract.2. reſolut.118. idem Coſt. dicto conſil.93.num.41.*, vbi de differentia inter vnum, & alium caſum.

6 Et an exulatus à ciuitate ſit exulatus à territorio, & à loco, vbi princeps reſidet? & quod ſic eſt dicendum *ex Franc. deciſ. 129.num.2. Nouar. deciſ.38. nu. 1. & Grauam.113.num.1. & 6. Rouit. deciſ.11.num.17. Taſſon. de Antefat. verſic.12. obſer.2. ſub nu. 21. Capiblanc. de Baron. to.1. prag. 7. num.20. Baldaſſ. de Angel. ad deciſ. Gizz.23.num.1.*

7 Contrarium, quod exulatus à ciuitate non ſit exulatus à territorio *Danz. de pugn. DD. titul. de exilio num.24. & ſeq. & á nu. 23.* de loco, vbi reſidet Princeps.

8 Sed non dicitur exulatus à ſuburbijs *Baldaſſ. de Angel. vbi ſupra num.2. Capiblanc. dicta prag. 7. num.47. Danz. loco citato n.26.*

9 Niſi fuerit exulatus à territorio *Capiblanc. vbi ſupra nu.8.*

10 Nec intelligitur exulatus à loco originis *Danz. loco citato nu. 27. & ſeq. vide infra.*

11 Bene tamen à mari adiacenti ciuitati, & patriæ, à qua eſt exulatus: *bene Nouar.* quæſtionem examinans *dicta deciſ.38. á nu.2.*

12 Sine temporis expreſſione exulatus intelligitur ad decem annos *Guazz. ad defenſ. reor. defeſ. 33. cap.27. num.6. Mut. ſuper cap. Regn. Sicil. tom.2. cap.117. num.23.*

13 *& tom.4. cap.166. num.18.*, &c. de exulato ad beneplacitum *Danz. ſupra á num.66. & Capibl. dicta pragm.7. num.25 & ſeq.*

14 Exulatus à toto Regno ab eo, qui non habet iuriſdictionem, intelligitur tantum exulatus ab eo loco, vbi iuriſdictionem habet *Beluiſ. in practic. de fug. reor. ſub num.44.* Sed vide *Capiblanc. pragm.7. n.18. Nouar. Grau.113. á num.1. Guazz. dicto cap.27. á n. 17. Danz. loco citato num.53.*

15 Exulatus ad beneplacitum, mortuo principe non poteſt redire *Ricc. in prax. to.1. deciſ.551. Guazz. dicto cap.27. á num.8.*

16 Exulatus non poteſt accedere ad patriam, domicilium, & locum partis offenſæ, & ſi in ſententia non ſit dictum *Nouar. q. Forenſ.54. nu.2. lib.2. Capiblanc. de Baron. to.2. cap.31. num.5.*, & de

17 remiſſione à parte facta, dummodo nó accedat ad locum delicti, quod non valeat *poſt Maſtrill. Danz. vbi ſupra numer.63. & 64.*

18 Nec ad ſuam patriam poteſt accedere *Guazz. dicto c.27. n.20.*

19 Durante exilio non poteſt de licentia iudicis redire, ſed tantũ de licentia principis *Gomez. Var. reſolut. tom.3. titul. de exil. cap.8. n. 4. Guazz. dicto cap.27. num.23.*

20 Sed finito exilio poteſt libere redire abſque licentia *Guazz. d. cap.27. num.18. Capibl. de Baron.*

to.1.

Digitized by Google

to.1.pragm.7.nu.15 & 16. Ricc. collect. 228 1.p.6.Tap.in 2.p.l.fin. de Conſt Princ.cap.5.num.2. Add. ad Franc.dec.487.Burg.de Laud. p 2.Inſp.35.nu.4. Baldaſſ.de Angel.in l.quicumque num.4. C.de Epiſc.& Cler. Nouar.deciſ.98.n. 5. Danz ſupra num.48. Mut.ſuper C.Reg.Sic.to.4.c.11.n.8.Otno. in §. praterea quib.mod. tutel.fin.,
21 qui etiam de condemnatis ad triremes ad tempus loquuntur.
22 Et poteſt per ciuitatem, à qua eſt exulatus, tranſeundo iter facere *Nouar.quaeſt.forenſ.28.lib.1. Baldaſſ.de Angel.in addit.ad deciſ. 23.Gizz num.7.Capiblanc.de Baron.prag 6.n.161.& prag.7.n.43. Marſil.in pract. §.aggredior nu.42.*
23 Non poteſt cōmorari in Eccleſijs ſitis in locis prohibitis *Capibl.de Baron.to.2.c.34.n.3.& ſeq.Marin.reſol.quotid.c.116.à n.3*
24 Si decedat, non poteſt ſepelliri in loco exilij *Capiblanc. de Baron.to.1.pragm.8.num.73.Nouar.dicto Grau.313. nu.2. Guaz dicto cap.27. num.21. Baldaſſ. de Angel.ad deciſ.Gizz.15.num.2.*
25 Contrarium *Ball. lib. 4. pp. qq. quaeſt. 4.num.66.67.*
26 Vt puniatur pro fracto exilio non ſufficit ſola viſio, ſed requiritur captura *Nouar.quaeſt.for.3. lib.1.Addit.ad Coſt.Sicul.conſ.93. Marin.reſolut.quotid.cap.116.nu. 1.vide Capiblanc. de Baron. prag. 7.num.42 & tom.2.cap.34.*
27 Non poteſt agi pro contrauentione exilij, niſi exilio intimato *Guazz.dicto cap.27.num.12.*
28 & ſi fuerit condemnatus in aliqua inſula declaranda, non declarata non poteſt agi pro contrauentione *idem num.10.* Pœna
29 exilij ſi eſt perpetua eſt meri imperij, ſi vero temporalis eſt mixti *Fonta.de pact. Nupt.clauſ. 4 Gloſ.14.num.66.*
30 Exulatus in perpetuum dicitur mortuus de iure ciuili *Capiblanc.de Baron.cap.33.num.2.lib.*
31 *2.*,& an poſſit condere teſtamētum? vide *Stephan.Durant.q.27.*
32 Et aduerte, quod exulatis datur menſis ad colligendum Sarcinulas vt ſcripſi infra effect.121

Sed qua pœna puniatur rumpens exilium? vltra DD. citatos *num.1.vide Nouar.de Grau. Vaſſall.tom.2.Grau.73. & Grau.74.* dicit, quod accedens ad locum exilij ex cauſa neceſſaria non punitur, & exemplificat in eo, qui amoris furore correptus deuenit ad locum, à quo exulatus eſt, *cum Giurb.conſ.47.*

XXXXVI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Eccleſiaſticum poteſt ab inimico auferri. Contrarium num.4.*
2 *Collatio dicit donatio, & vide n.5*
3 *Beneficialis poteſt beneficio priuari propter impetrationem poſtea de eodem beneficio habitam.*
6 *Donator pōt reuocare donationē ob ingratitudinē ſi res donatę ſint ſua.*
7 *Beneficiū dicitur donatio ob cauſā*
8 *Beneficium datur vt benefici-*

P lis

lis ſeruiat altari.

9 *Beneficialis ſi poſtulat contra Eccleſiam, priuatur beneficio.*

1 QVadrageſimus ſextus effectus eſt, vt ab inimico poſſit auferri beneficium Eccle-
2 ſiaſticum eidem collatum, quia collatio dicitur donatio *c. relatũ de præbẽd. c. fin. de offic. Vicar.*, ergo ſicut donatio põt reuocari, & cõſequẽter bona auferri ꝑpter inimicitiam, ita & beneficiũ eccleſiaſticũ, *Affl. de feud. tit. quib. modis feudũ amit. §. itẽ ſi quis feudũn. 24.*

3 Facit quod notat *Abb. in c. cum olim de re iudicat.*, vbi concludit quod habens collationem a ſuperiore poteſt priuari beneficio propter impetrationem poſtea de eodem beneficio habitam ab inferiore propter ingratitudinẽ, quam commictit erga ſuperiorem; ſicut etiam poteſt priuari vaſſallus, qui feudum ab alio recognoſcit, ſequitur *Felin. in cap. in noſtra col. 2. in fine de reſcr ipt.*

4 Contrariam opinionẽ tenent *Io. And. Card. Imol. Pan. & Canoniſtę in dicto cap. fin. quos ſequitur Ripa in l. fin. q. 48. nu. 159. in fine, C. de reuoc. donat. quem citãt, & ſequuntur, Surd. de alim. tit. 7. q. 38. nu. 5. Vin. Op. 373. n. 1. et Hermoſ. ad Lop. Gl. 1. l. 10. tit. 4. p. 5. lim. 6.*
5 *n. 17.*, quia collatio reſpectu cõferentis non eſt ſimpliciter donatio, cum teneatur cõferre beneficia vacantia *cap. 2. de conceſſ. prebend. Vin. vbi ſupra nu. 2. Loter. de re benefic. lib. 2. q. 1. n. 5. et 6.*

6 Facit, quia donator ita demũ poteſt reuocare donationem, si res donatæ sint ſuæ, ſed beneficiũ non eſt cõferẽtis, ergo propter inimicitiam cum ipſo contractam non poterit reuocare collationẽ.

7 Item beneficium videtur donatio ob cauſam, cũ detur propter officium *c. fin. de offic. ordin. lib.*
8 *6.*, & vt beneficiatus ſeruiat altari *c. cum ſecundum de præbẽd.* ergo non reuocatur propter inimicitiam *Gl. et DD. in l. fin. C. de reuocand. donat. Hermoſil. loc. cit. limit. 5 n. 14. Loter. de re benef. li. 3. q. 3. n. 1.*

9 Ad tex. *in c. final. de poſtul.* duobus modis reſpondet *Ripa in d. l. fin. nu. 161. et 162.*, & primo, qđ loquitur in eo, qui iniuriatur Eccleſiæ, nos vero in eo, qui iniuriatur conferenti. Secundo, quod ibi reuocatur collatio beneficij ob cauſam ſequutam; nam ibi aduocatus erat beneficiatus, vt poſtularet pro Eccleſia, non cõtra; & ideo si poſtulat contra, venit priuandus tamquam nõ ſeruet conuẽta potius, quam propter iniuriam illatam Eccleſiæ.

XXXXVII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *CAptura non eſt concedenda algoziriis inimicis.*
Et de ratione num. 2.

3 *Officialis, qui remiſit clericum Epiſcopo, cum catena in collo, fuit officio priuatus.*

Qua-

1 QVadrageſimus ſeptimus effectus eſt, vt captura non ſit concedenda inimicis *Baldaſ. de Angel. in l. omnes §. præterea il 2. num. 2. C. de Sacro*
2 *Sanct. Eccl.*, quia dubitatur ne capti trahantur cum ignominia, & offendantur; Vnde inquit *de Angel. vbi ſupra num. 3.* quod quidam Regens M. C. qui remiſit clericum cuidam Epiſcopo cum catena in collo, & ſic cum ignominia fuit, officio priuatus, bene *Cancer. de Iur. Caſtr. cap. 13. num. 338. & ſeq.* Vnde homicidium dicitur proditorium, &
4 quando officialis occidit eum quem captum apud ſe detinet *Sanfelic. deciſ. 241. num. 5.*

XXXXVIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *SVſpendendus non eſt dandus carnifici odioſo, & inimico, vt illum ſuſpendat.*

Et de ratione num. 2.

1 QVadrageſimus octauus effectus eſt, vt ſuſpendendus non ſit dandus carnifici odioſo, & inimico, vt illum ſuſpendat *Angel. Scial. in prax. fori iudicat. cap. 26. num. 20.* vbi ex *Caball. de omn. gener. homicid. num.*
2 *5. cum ſeq.* dicit rationem eſſe, ne ipſe contriſtetur, & anima eius pereat in æternum, & carnifex ipſe peccet in habendo ſolatium de morte ipſius, & in committendo dolum in dilatando mortem ipſius, & ita pluries fuit obſeruatum in hac Vrbe Panormi.

3 Et nota, quod carnifex pro executione iuſtitiæ poteſt inuito domino capere animal alicuius, vt in eo malefactor ponatur ad ſupplicium ſoluta tamen mercede *Hermoſ. ad Lop. Gloſ. 1. l. 3. tit. 5. num. 89. Danz. de pugn. D.D. tit. de offic. id genere, cap. 11. à nu. 50.*, vbi dicit, quod numquam vidit quod carnifex ſoluit ſalarium, non tñ debet carnifex pro celera iuſtitia miniſtrāda vel exequēda pecuniam recipere *Menoch. de arb. iud. caſ. 341. Danz. vbi ſupra num. 6*

Nota etiam, quod Iudex pro exequenda iuſtitia poteſt compellere aliquem hominem vilē ad faciendum carnificem *Hermoſ. ſupra num. 91 & Danz. loco citato num. 23. & ſeq.*

XXXXIX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *DAmnum datum ab inimicis vnius ex ſocijs in bonis Societatis à ſocio eſt emendandum.*

Amplia etiam ſi inimicitia culpa ſocij cauſata non ſit num. 2.

3 *Damnum in bonis ſocietatis cōtingens eſt commune inter ſocios.*

4 *Commodatarius, cui equus fuit commodatus, non tenetur, ſi inimici ipſius equum interficiant.*

1 QVadrageſimus nonus effe-ctus eſt, vt damnum datum ab inimicis vnius ex ſocijs in bonis ſocietatis non ſit commune, ſed ſit emendandum ab eo, cuius occaſione fuit factum. *Hector. Felic. de Societ. cap. 21. nu. 92. ex Bald. Corn. & Crauett.*

2 Amplia etiam ſi inimicitia culpa ſocij cauſata non fuerit *Hect. Felic. vbi ſupra.*

3 Licet damnum in rebus ſocietatis contingens commune ſit inter ſocios pro portionibus, quibus conuenit, & ſi non conuenerit, intelligitur pro æqualibus portionibus, ſecundum tex. *in l. ſi non fuerint in principio, & l. cum duobus §. damna ff. pro ſoc. & Inſt. de ſociet. §. 1. Eminent. Mant. de Tacit. & ambig. conuent. lib. 6. titul. 21. ſub num. 15. verſic. item damnum.*

4 Et aduerte ad vnum, quod ſi quis comodauit alicui equum, & inimici ipſius commodatarij equum capiant, vel interficiant, licet damnum proueniat occaſione cõmodatarij, ſi ipſe non eſt in culpa, non tenetur, alias ſecus *Iacob. de Beluiſ. in pract. criminal. titul. quotuplic. ſint cauſ. & de criminal. ſub num. 229.*

XXXXX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 DAmnum præſumitur datum ab inimico.

2 Furtum præſumitur factum à vicino inimico.

3 Damnum an ſit caſus fortuitus?

4 Inimicitia inducit præſumptionem delicti contra inimicum.

1 QVinquageſimus effectus eſt, vt damnum præſumatur datum ab inimico *Ioan. de Amic. conſil. 51. num. 6. & 7. & num. 8.* dicit, quod ſi

2 vicinus eſt inimicus, furtum, vel damnum ab eo præſumitur datum, *Bonacoſſ. de præſumpt. verbo inimicitia p. 2. fol. 197. Boniſac. de furt. §. 2. nu. 108. Farinac. de furt. quaſt. 186. num. 85. Cachera deciſ. 88. num. 21. Mut. ſuper Cap. R. Iacob. 30. num. 13. to. 1. & ſuper cap. R. Ioan. cap. 34. nu. 61. to. 6. Piguer. deciſ. 17. nu. 8. Tuſc. littera I. concluſ. 149. num. 71. & verbo damnum Giurb. conſil. 13. ſub nu. 6. poſt Dec. conſil. 64. num. 6. Crauett. Alberic. Maſcard. & alios, Surd. conſil. 477. num. 6. Riminald. de donat. in princ. num. 1089 Mandell. conſi. 56. num. 16. conſil. 72. nu. 11. conſ. 646. num. 3. conſil. 770. num. 48.,*

3 Et an tale damnum ſit caſus fortuitus? *conſil. 416. num. 5.*

4 Inimicitia enim inducit præſumptionem delicti contra inimicum *Surd. vbi ſupra ſub num. 3. ſcripſi effectu 15. num. 4.*

XXXXXI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *INcendium præſumitur immiſſum ab inimicis, maxime ſi minati ſunt ponere ignem.*

2 *Incendium præſumitur immiſſum ab inimicis locatoris.*

Contrarium, quod præſumatur immiſſum odio inhabitantium n. 3

4 *Incendium in dubio præſumitur cauſatum culpa inhab tantium, & conuerſantium in domo combuſta.*

5 *Damnum ex incendio cauſatū, à quo eſt reſarciendum? & vide num. 6. 7. 8.*

9 *Vicinus, cuius domus fuit combuſta ex incendio immiſſo in domū vicini ab inimicis ipſius vicini, poteſt contra vicinum ad intereſſe agere.*

Sed prius debet agere contra authorem incendij num. 10.

11 *De incendio remiſſiue.*

12 *Conductor an teneatur ad emēdationem damni prouenti culpa ſubconductoris?*

13 *Creditor, an teneatur ſi res pignorata comburantur?*

Quid de depoſitario? ibidem.

1 QVinquageſimus primus effectus eſt, vt incendium præſumatur immiſſum ab inimicis, maxime ſi minati ſunt ponere ignem *Theſaur. dec. 24. in principio, Hond. conſil. 87.* 2 *num.* 108. *lib.* 2., & potius præſumitur immiſſum ab inimicis locatoris, quam conductoris *Maſcard. de probat. concluſ.* 892. *n.* 22 *&* 24. *Burſat. conſil.* 59. *numer.* 2. *lib.* 1.

3 Contrarium, quod præſumatur immiſſū odio inhabitātium, maxime ſi præceſſerit fama inimicitiæ cum eis *Polidor. Rip. de Noct. Tempor. cap. 27. num.* 34. 35 *&* 36. *Farinac. de Var. & diuerſ. crimin. quæſt.* 110. *cap.* 2. *nu.* 66.

4 Licet alias incendium in dubio præſumatur cauſatum culpa inhabitantium, & conuerſantiū in domo combuſta *l. ſi vendita ff. de pericul. & cōmod. rei vendit. vbi DD., multos cumulat Farinac. vbi ſupra num.* 1. *quibus addo Fachin. contr. iur. lib.* 1. *cap.* 87. *Additio ad Ludouiſ. deciſ.* 278. *n.* 11. *ex Gall. Felician. & Farinac. Mart. de iuriſdict. p.* 2. *cap* 25 *ſub num.* 15. *&* 17. *Ripol. de locat cap.* 12. *nu.* 246. *Bardellon. conſil.* 117. *ſub num.* 35. *verſic. tanto magis, Burſat. conſ.* 59 *num.* 6. *lib.* 1. *Hermoſil. ad* Gregor. *Lop. l.* 3. *Gloſ.* 3. *num.* 7. *&* 8. *titul.* 5. *p.* 5. *Vermigl conſil* 329. *numer.* 1., & vide *Anton. Theſaur. de pœn. Eccleſ. par.* 2. *verbo incendium cap.* 1. *verſic. in dubio autem.*

5 Præſumptionem hanc Farin. vbi ſuprà pluribus exornat ampliationibus, & limitationibus, *& num.* 64. *& ſeq.* dicit, aut domus fuit combuſta ab inimicis conductoris propter odium, quo ipſum perſequebantur, & tunc ipſe conductor arguitur de culpa, & tenetur ad intereſſe, prout dicitur de inciſione arborum facta ab inimicis conductoris,

aut

aut domus fuit cõbuſta ab inimicis locatoris, & tenetur locator ad omnia damna, & intereſſe paſſa per ipſum cõductorem occaſione incendij prædicti, quã ampliationem dicit procedere
4 etiam quod inimicitia orta fuerit ſine culpa illius, qui damnũ occaſione illati incendij reſarcire tenetur; eo quia ſic inimicitiam habens debebat rem locatam cautius cuſtodire *Vermigl. conſil.* 330 *num.* 5 *ad finem*, licet *num.* 70. referat *Farinac. Soccin.* contrarium firmare, ſcilicet tunc
7 demum teneri habitatorem de incendio ab inimicis immiſſo, quando habitator incendiarium prouocauit ad dictas inimicitias, & ſic quod culpa præceſſit caſum, & num. 71. dicit Farinac. quod ſi quis ſit conductor alicuius
8 cuius domus, ſeu agri combuſti ab inimicis vicinis dictę domus, ſeu agri, qui vt ſuo inimico dãnum afferant, combuſſerunt, & eiuſdem vicini agrum, vel domum, & etiam contiguum agrũ ſeu domum dicti conductoris, is (inquam) non tenetur locatori pro dicto incendio locatæ rei, quia illud prorſus ſine ſua culpa præceſſit, *& vide Petr. Sãtern. de aſſecurat. num.* 41. *& ſeq.*
9 Sed ſi incendium ab inimicis alicuius immiſſum in eius domum, ſiue propriam, ſiue conductam tranſeat in domum vicini, tenetur is, cuius domus ab inimicis combuſta fuit, etiã de incendio ad domum vicini
10 proceſſo, bene verum debet vicinus prius agere contra authorem incendij, & ſi contra eum non poteſt habere regreſſum, tunc in ſubſidium, & non aliter debet agere contra illum, cuius domus primo loco combuſta fuit *Farinac. dicta quaeſt.* 110. *cap.*
11 2. *num.* 68., & ad materiam vide eumdem *dicta quaeſt.* 110. *cap.* 1. 2. *&* 3. *Ludouiſ. deciſ.* 427. *& ibi Addit. deciſ.* 448. *&* 528. *Ramit. deciſ.* 59. *Rendell. de defenſ. & Paſc. Vnru. fol.* 210 *verſic. ignis, & in verſic. repentino.*, vbi ſi ignis fuerit poſitus à ruſtico in ſtipulas ſi volat eleuato vento, non tenetur ipſe, qui accẽdit, & quod Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonę tenentur cum laicis ad expenſas factas pro extinguẽdo igne pro communi vtilitate, *Burſat. conſil.* 59. *lib.* 1. *Bardellon. conſil.* 117. *lib.* 2.
12 vbi, an conductor teneatur ad emendationem damni occaſione incendij prouenti ex culpa ſubconductoris? *Facchin. dicto cap.* 87. *Mart. dicto cap.* 25. *Anton. Theſaur de pœn. eccleſ. p.* 2. *cap.* 1., vbi an incendiarij ſint ipſo iure excommunicati, vel excommunicandi, vbi etiam a quo ſint abſoluendi, & de modo abſoluendi, & quod condemnati de hoc crimine incurrunt infamiã, & vide eumdem *cap.* 2. *Ripol. dicto cap.* 12. *Rocc. collect.* 797. *part.* 4. *Intrigl. ſingul.* 43. *lib.* 1. *Mart. Vot.* 186. *num.* 21., vbi quod incendiũ intentatum tempore noctis cum violentia punitur morte, *De Angel.*

Angel.in l.ſeruus C.de Pact. Barber.ſuper ſtat.Agricult cap.8 1.littera B, vbi quod incendium eſt difficilis probationis, & ideo in eo minores probationes requiruntur, & dictum vnius teſtis videtur ſufficere, *Oter. diuerſ. iur.*
13 *qq.p.3. q.20.*, vbi quid ſi res pignoratæ, vel depoſitatæ comburantur? *Burg.de mod.proc.qu.23. Ball.de lit. diſpenſ.lib. 3. capit.16. Septim. & Rizzar. ſuper rit. 149. Vermigl. conſil.329. cum pluribus ſeq. Lel. Zanch.de duell.inter milit. Eccl.& Secul.lib.2. cap.34. Stiban.de intereſſe in genere lib.1. ſub num. 58.*, vbi licet incendium non liberet debitorem ære alieno, tamen prodeſt, vt non debeatur intereſſe.

Et aduerte ad vnum in hac materia incendij, quod ſi Titius habitans prope domum Sempronij multa vtenſilia ab ipſo furatus eſt, ſi deinde incendio vtraque domus vna nocte vaſtatur non tenetur ad reſtitutionē, cum furtum perijſſet eodem modo, ac ſi in manu domini eſſet *Dian. reſolution.39. tractat.4. Miſcell.tom.11.*

XXXXXII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *INimicitia contracta inter offendentem, & offenſum; ſeu aliter damnificatum operatur vt eius dictum, ſeu inculpatio non faciat inditiū ad torturā cōtra inculpatū. Amplia etiam cum tortura nu. 3 & num.5.6.7.8.9.*

2 *Offenſo aliquem inculpante in articulo mortis non creditur.*

4 *Iuramento derobati dicētis rem eſſe ſibi furatam creditur.*

1 QVinquageſimus ſecundus effectus eſt, quia inimicitia contracta inter offendentem, & offenſum, ſeu aliter damnificatum, operatur vt eius dictum, ſeu inculpatio non faciat inditium ad torturam cōtra inculpatum, quia eo ipſo, quod dicit ſe ab altero offenſum ſtatim ſe inimicum profitetur, *ita Farinac. de Indic. & Tortur. quaſt.46.num.92.poſt Iaſon. Pariſ.Roland.Bertazzol. Magon.Ma-*
2 *ſc. & alios*, qui inquit, quod ſi non creditur offenſo in articulo mortis exiſtenti, quo caſu minus præſumitur mentiri, multo minus credendum eſt ei, qui alium inculpat de offenſione, & iniuria ſibi, vel bonis illata in articulo mortis non exiſtenti, & ad DD. per Farinac. adductos adde *Ball.de indit.q.11.nu.12. Burſat. conſil.134.nu.28.lib.2. Viu.deciſ. 168.Ameſc.de pot.in ſe ipſ.lib.1.ca.*
3 *15.num.9.*, vbi dicit procedere, etiam cum tortura, & infra, *Mut.ſuper Cap.Reg.Iacob 56.nu. 49, & ſeq.*

4 Statur tamen iuramento derobati dicentis rem eſſe ſibi furatam, contra derobatorē ſecus cōtra alium *Mut.conſuet.53,n.9.*

5 Concluſionem ſupradictam pluri-

pluribus ampliat modis Farinac. primo multo magis procedere in offenſo, ſeu alias iniuriam, vel damnum paſſo, qui per modum querelæ, aut accuſationis ſponte vadit ad iudicem, & offendentē, vel damnificantem accuſat, vel
6 inculpat. Secundo, vt non ſolum non faciat inditium ad tor-
7 turam, ſed neque inditium ad inquirendum. Tertio, etiam quod in tortura emanauerit.
8 Quarto, vt nec credatur Principi dicenti ſe fuiſſe offenſum ab
9 aliquo eius ſubdito. Quinto, multo magis procedere ſi diu poſt offenſam, vel damnum querelam, & accuſationem porrexit, & & vide, *quæ ſcripſi in Annot. ad ſingular.* 42.

XXXXXIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Offendens officialem ex odio, & inimicitia particulari, non comprahenditur in indulto exceptuante offendentem officiales.*

2 *Offendens officialem Regis ex inimicitia particulari non dicitur committere crimen leſę maieſtatis.*

3 *Offendens officialem in dubio preſumitur illum offendere ex inimicitia particulari.*

Niſi adſint coniecturę in contrarium num. 4.

Et de coniecturis num. 5.

1 Qvinquageſimus tertius effectus eſt, vt offendēs of-
1 ficialem ex odio, & inimicitia particulari, & non ex cauſa officij non comprahendatur in indulto exceptuante offendentem officiales *Ioan. Maria Nouar. in collect. ſuper pragm. titul. de Abolit. pragm.* 2. *collect.* 3. *num.* 64. *ex Capyc. deciſ.* 130. *Franc. deciſ.* 403. *& deciſ.* 326. *Sanfelic. deciſ.* 63. *num.* 15. *Caball. reſolut. crimin.* 148. *bene Maſtrill. de indult. capit.* 36. *num.* 21. *Menoch. de Arbit. caſ.* 263. *ſub num.* 18.

2 Facit, quod in ſimili notant DD. de offendente officialem Regis ex odio, & inimicitia particulari, quod non dicatur committere crimen læſæ maieſtatis *bene Maſtrill. vbi ſupra poſt multos ſub dicto num.* 21.

3 Et in dubio potius delictum præſumitur cōmiſſum ex odio, & inimicitia particulari, vt excludatur maius delictum *Maſtr. vbi ſupra nu.* 22. *Addit. ad Paſqu. de pat. pot. p. p. cap.* 10. *verſic. precedenti collimat.*
4 Niſi adſint coniecturæ, & præſumptiones in contrarium, ad quas recurrendum eſt, & inter alias coniecturas, vna eſt quando offenſa eſt facta iudici pro tribunali ſeden-
5 ti, vel in actu exequutionis, aut in aliquo alio actu iudiciario, *Maſtrill. dicto num.* 22. Sed vide *Seſſ. de Inhibit. cap.* 30. *§.* 1. *n.* 194. *&* 195., qui inquit, quod poſt quam quis eſt creatus officialis, ita illa qualitas inhæret ſuæ perſonæ, quod donec reuocetur ab officio non poteſt ab eo ſeparari

vt cenſeatur habere duo capita; vnde offenſa ei facta ob priuatã inimicitiam cenſetur facta officio in conſequentiam tanta eſt coniunctio inter officium , & perſonam miniſtri, & idem eſt in offendente officialem ſecularem licet ob priuatam inimicitiam, nam punitur, vt offendens officialem.

XXXXXIV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus non admittitur ad retractum.*

Contrarium num.6. & vide num.7.

Intellige ſi inimicitia proueniat culpa illius, qui petit admitti ad retractum num.2.

Amplia vt non ſolum inimicus non admittatur ad retractum, ſed nec frater inimici num.3.

Limita primo, ſi interueniat reconciliatio num.5.

Limita ſecundo, venditore volente num.6.

1 Quinquageſimus quartus effectus eſt, vt inimicus non admittatur ad retractum. *Petr. de Gregor. Syntagm. iur. vni. lib. 44. cap. 3. nu. 19. Maſtrill. deciſ. 4. num. 4. Nigr. de laudem. quæſt. 17 num. 70 Rendell. de iur. protomiſ. §. licet autem folio mihi 182. & in verſ. ſine venditoris folio 190. nu. 10. & in verſ. Manus impias fol.*
2 *185. colum. 2. num. 5.* notat, quod iſto caſu non eſt diſtinguendum cuius culpa veniat inimicitia, quia ex ipſo met textu clare apparet, quod debet venire culpa illius, qui petit admitti ad retractum.

3 Amplia vt non ſolum inimicus non admittatur ad retractũ, ſed nec etiam frater inimici *Rendell. vbi ſupra verſic. ſine venditoris voluntate fol. 190. col. 2. nu. 11. vbi ſubn. 12.* dicit procedere, vbi odiũ eſt protenſũ ad fratrẽ.

4 Fallit ſi interuenit reconciliatio *Maſtrill. dicta deciſ. 4. nu. 14. Rendell. vbi ſup. verſic. ſine venditoris fol. 191. colum. 1.*

5 Fallit venditore volente, vt determinat Imperator in conſtitutione ſancimus §. licet, ibi *ſine vẽditoris voluntate ad ius protomiſeos veniant; Rendell. in d. §. licet verſ. ſine venditoris voluntate.*

6 Contrarium quod inimicus admittatur ad retractum *Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. Gloſ. 18. quem citat Mier. de Maiorat. p. 2. q. 4. Illat. 1. ſub num. 13. verſic. ſexto*, ſed tu nõn recedas à negatiua opinione, quia verba conſtitutionis, ſancimus, ſunt clara, in §. licet autem.

XXXXXV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt abſoluere etiã in caſibus reſeruatis Pontifici quando abſoluendus per inimicitias capitales non poteſt ſe præſentare Pontifici.*

Q *Amplia*

Amplia etiam ſi inimicitia ſit cauſata culpa ipſius num. 2.

1 QVinquageſimus quintus effectus eſt, vt quis poſſit abſolui ab Epiſcopo etiam in caſibus reſeruatis Pontifici, quando per inimicitias capitales non poteſt ſe Pontifici 2 præſentare, etiam ſi inimicitias culpa illius veniat *Bartol. Gypt. de caſib. reſeruat. cap. 3. num. 74. Auil. de cenſur. Eccl. p. 2. diſp. 1. c. 7. dub. 6. concl. 3.* Gregor. *Sayr. in Theſaur. caſ. conſc. lib. 3. c. 28. nu. 19. Valer.* Ruginel. *in prax. pœn. lib. 1. nu. 247. Barboſ. de pot. Epiſc. allegat. 41. nu.* 16., vbi declarat, quæ ſit inimicitia capitalis? ſcripſi de citat. to: 1. q. 37. ſub num. 26. ſed vide R. *Dian. reſol. 1. tract. 8. Miſcel. to.* 51 3 vbi quod ceſſante impedimento tenetur adire Pontificem alias reincideret in eaſdem cenſuras, niſi ſit impedimentum pueritię quia adhuc ceſſante adire nõ tenetur, vbi etiam quid ſi adire queat Nuntium, aut legatum Pontificis, an poſſit ab Epiſcopo abſolui? & ſi nequeat adire Epiſcopum, an poſſit abſolui à Parocho, vel ab alio confeſſore?

XXXXXVI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 EMptor poteſt de euictione agere contra venditorem, ſi iudex per inimicitiam, quam cum venditore habebat, protulit ſententiam contra eum.

Et de ratione num. 2.

Declarasi inimicitia fuiſſet orta ante venditionem, ſecus ſi poſt nu. 3. et 4.

In dubio inimicitia præſumitur præceſſiſſe num. 5.

6 *Emptor non poteſt agere de euictione, ſi ſententia ſit lata per iniquitatem iudicis.*

1 QVinquageſimus ſextus effectus eſt, quia inimicitia inter venditorem, & iudicem operatur, vt ſi Iudex inique proferat ſententiam contra emptorem propter inimicitiam ipſius venditoris, emptor poſſit contra venditorem agere de euictione, quia inimicitia venditoris non 2 debet nocere emptori Marut. *diſquiſ. legal. 38. num. 19. & 21. Bartol. in l. ſtipulatio iſta in fine principij ff. de verb. obligat. per l. ſi merces §. culpæ ff. locat.* Carroc. *de locat. & conduct. titul. de culpa quæſt. 8. & de* Remed. *contr. ſent. except. pt. aud. 70. quos citat, & ſequitur* Guzm. *de euiction. quæſt. 40. num. 18. quem allegat Hermoſill. ad Gregor. Lop. Gloſ. 12. l. 86. titul. 5. part. 5.*

3 Declara ſi inimicitia ſit orta ante venditionem, ſecus ſi poſt, quia caſus contingens poſt venditionem eſt emptoris *Guzm. vbi ſupra num. 19., vnde numer.* 20. dicit, quod in actu practico duo ſunt deducenda, & articu- 4 landa, ſcilicet odium, & hoc non ſimpliciter, ſed quod præceſſerit, ex quibus poſtea venditor tenebitur.

Digitized by Google

5 Et in dubio non præſumitur odium præceſſiſſe, & ſic venditor eſt abſoluendus *Guzm. dicto num. 20.*

6 Licet alias lata ſententia per iniquitatem iudicis emptor non poſſit agere de euictione *l. ſi per imprudentiam ff. de euict. ita poſt Gom. Didac. Conar. Bald. Bartol. Corn. Rimin. Paul. de Caſtr. & Carroc. Guzm. vbi ſupra num. 1. Matut. loco citato num. 20.*

XXXXXVII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex poteſt diſpēſare inter conſanguineos inimicos ad effectum contrahēdi matrimonium, & ſe pacificandi.*

Intellige ſi inimicitiæ ſint graues, ortæ vel ex iniuria atroci, vel ex cauſa pecuniaria ardua n. 2. 3. 4

Et de ratione num. 5.

Et inimicitia probanda eſt plene, & concludenter coram delegato apoſtolico num. 6.

Et quomodo probāda? n. 7. 8. 9. 10

1 Qvinquageſimus ſeptimus effectus eſt, vt Summus Pontifex poſſit diſpenſare inter conſanguineos inimicos ad effectum contrahendi matrimonium, & ſe pacificandi *Taſſon. de Anteſat. verſic. 8. obſer. 2. nu. 113. Pyrr. Corrad. in ſua prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 7. cauſ. 11.*
2 *num. 65.*, vbi inquit, quod inimicitiæ debent eſſe graues, præſertim ſi fuerint ortæ ex iniuria
3 atroci, vel ex cauſa pecuniaria ardua, quia de vniuerſa ſubſtantia controuertitur; cū talis cauſa
4 cauſę capitali æquparetur *Pyrr. loco citato num. 67. 68. 69. & 70.*, quia
5 ex leui inimicitia quis non præſumitur aliquem lædere *vt notat Pyrr. num. 65. & 66. & ſub num.*
6 *70. & 71.*, notat quod talis inimicitia debet coram delegato plene, & concludenter probari per teſtes ſuper dictis inimicitijs
7 deponentes, qui probent earum qualitatem in ſpecie, nec ſufficit in genere nulla adiecta qualitate, nec cauſa inimicitiarum, & debent ſui dicti probabilem rationem reddere, alioquin nihil probāt cū teſtis ſine rōne depo-
8 nēs dicatur, vt pecus, nō vt homo & quod ideo probari debēt inimicitiæ, quia non præſumuntur,
9 & quod alias in contingentia facti diſpenſatio non fuit admiſſa, quia cauſa non fuit probata;
10 tandem num. 73. dicit, quod iudicis arbitrio remittitur, quænam ſint inimicitiæ graues, qui ex circumſtantijs, & qualitate pſonę, & inimicitię exiſtimabit an illę vere tales fuerint, quales aſſeruntur, *ſcripſi in præludio, vide ad materiam Iul. Ferrett. de ſeruis, & induc. milit. num. 8.*, & in pluribus alijs locis, qui bene de pace diſcurrit.

XXXXXVIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *INimicus prælato poteſt abſque ſuis literis dimiſſorijs ordinari ab ordinario viciniori, cōſtito prius de inimicitijs, ac de moribus, & vita ordinandi.*

2 *Clericus vnius diœceſis non poteſt in alia diœceſi ordinari, ſine literis dimiſſorialibus ſui prælati.*

3 *Literæ dimiſſoriales quando cōcedantur?*

A quibus poſſint concedi? nu. 4.

Mortuo Epiſcopo, an expirent? num. 5.

An finiantur finita capituli poteſtate per aduentum Epiſcopi? ibid.

1 QVinquageſimus octauus effectus eſt, quia inimicitia inter ſubditum & ordinarium operatur, vt abſq; literis dimiſſorialibus dicti ordinarij, conſtito prius per legitimas probationes de prædictis inimicitijs, ac de vita, & moribus, poſſit ab ordinario viciniori promoueri *Pyrr. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 4. cap. 5. num. 56.*

2 Licet alias ſine prædictis literis dimiſſorialibus non poſſit ordinari *c. nullus de temporib. ord. in 6.*, vbi dicitur, nullus Epiſcopus, vel quiuis alius infanti (niſi forte religionem intraret) ſeu illiterato: ſed nec abſque ſui ſuperioris licentia homini diœceſis alienæ, clericalem præſumat conferre tonſuram: & ideo *Nouar. Nou. Iur. Pontific. Concl. Con-*
3 *cluſ. 97.* dicit, quod literæ dimiſſoriales conceduntur regulariter ab ordinarijs locorum eorũ ſubditis quotieſcumque in temporibus ſtatutis, & congruis nō ſunt in procintu habendi ſacros ordines *ad tex. in dicto c. nullus, vbi Gloſſ. de tempor. ord. in 6. Concil. Trident. ſeſſion. 23. de reformat. cap. 10.*

4 Et à quibus poſſint concedi huiuſmodi dimiſſoriales literæ?

5 An morte Epiſcopi expirent? an poſſint ab Epiſcopo denegari? an finita poteſtate Capituli per aduentum Epiſcopi finiantur? & omnes quæſtiones ad materiam vide *Nouar. dicta concluſ. 97. Barboſ. in collect. ad Concil. Trident. de reformat. ſeſſion. 23. cap. 10. Gutter. Canon. qq. lib. 2. cap. 17. Marin. reſolut. 181. numer. 7. & 8. Nouar. quæſt. For. 78. & 79. ſub num. 5. lib. 2. allegat. 2. poſt Nouar. de Male ablat. à num. 15. Squillant. de priuileg. cleric. dub. 10. cap. 2. à num. 162. Muta ſuper Cap. Reg. Alfonſ. 378. num. 9. Ricc. in prax. to. 3. reſolut. 235. Fonian. de pact. Nupt. Clauſ. 4. Gloſ. 13. par. p. à num. 39. Nouar. Granam 75. num. 9. Baldaſſ. de Angelis in l. ſi qua per calumniam ſub num. 1. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. Ventrigl. in prax. rer. not. de dimiſſ. ad ordin. annot. 23. §. 1. & ſeqq.*

Et an recipiens ordines ſine literis dimiſſorialibus incurrat ſuſpenſionem? videndus Doctiſ- 5

ſimus; & ſemper venerandus concipiis meus. *R. Dian. tract. 4.Miſc.reſolut.7 tom.1 1. & tract. 5.reſolut.2.*

XXXXXIX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Nimicus poteſt excludi á collatione beneficij.*

Intellige per ſe loquendo, & ſi ille ex propria voluntate conferat, ibidem.

Et de ratione num.2.

Declara vt num.3.

1 QVinquageſimus nonus effectus eſt, vt volens conferre beneficia aliquibus poſſit ab illis excludere inimicum, quod intellige per ſe loquendo, & modo illa cōferat ex propria voluntate. *Bonac. tom.2. de primo præcept. decalog. diſp.3.q.4.punct.3. propoſit.vnic.num.7.* vbi inquit

2 rationem eſſe, quia inimicus ob inimicitiam nō eſt effectus melioris conditionis: ſicut ergo volens conferre beneficia non tenetur, præciſa inimicitia, huic beneficia conferre, ita neque tenetur poſita inimicitia, qua ratione conſiderata, hic non videtur proprie effectus inimicitiæ: deinde declarat quare dixit, per ſe loquendo, & inquit; nam per accidens, vt ratione vitandi ſcādali, fieri poteſt, vt inimicum excludere non poſſit: ſubdit deinde, quod appoſuit illa verba, conferat ex propria voluntate; nam ſi bona ſint communia, aut conferenda ex alterius voluntate, certum eſt inimicum excludi non poſſe, ſi ad illa bona ius habeat ex proprijs meritis, aut ex voluntate illius, cuius bona diſtribuenda ſunt, non enim datur acceptio perſonarum, nec ius alterius violari poteſt abſque violatione iuſtitiæ *R.P.Sacc. in faſc. flor.lib.1.tract.3.cap.18.de vit. & pecc.dub.8.num.29.*

XXXXXX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Nimicus præſumitur ędificare ad emulationem.*

Amplia in vicino rixoſo ſub num.2.

2 *Arbitrio iudicis remittitur, an quis dicatur ędificare ad æmulationem, & num.6.*

3 *Ædificare ad ęmulationem in dubio quis non præſumitur, & n.7*

Et ideo allegans ęmulationem probare debet num.4.

5 *Et an & quando quis ędificare ad ęmulationem dicatur? & nu.8. 9.10.11.12.13.& 14.*

15 *Ædificare vſque ad cælum poteſt quis in ſuo ſolo, licet vicino noceat ſi ad iniuriam vicini non faciat, Furnum, molendinum, Tabernam, Fundacum, Trappetum, & alia ſibi viſa extruere, & in propria domo feneſtram facere.*

Quilibet eſt moderatur, & arbiter in re ſua, ibidem.

Fene-

16 *Feneſtra, an & quando fieri poſſit? & num. 17. & 18.*

18 *Ædificare, an quis poſſit in ſuo dimiſſo legitimo ſpatio obſcurando lumina vicini in toto, vel in parte, vel impediendo quominus per feneſtras habeat proſpectũ in hortum.*

1 SExageſimus effectus eſt, vt
quis dicatur ædificare ad
æmulationem *Muta conſuet. 29.*
ſub num. 27. Menoch. de præſumpt.
lib. 6. præſump. 29. num. 26. Addit.
ad Paul. Caſtr. conſil. 49. lib. 3. num.
2 6., vbi quod iudicis arbitrio re-
mictitur, quando vicinus præſu-
matur ad æmulationem ædifi-
care, qui inſpecta inimicitia, vel
amicitia vicinorum, & qualita-
te facientis ędifitium id arbitra-
bitur, & de vicino rixoſo, quod
præſumatur ad æmulationem
ædificare *Maſcard. de probat. con-*
cluſion. 621. num. 7. Menoch. de
arbitr. lib. 2. cent. 2. caſ. 156. ſub
num. 9.
3 Licet in dubio, quis non prę-
ſumatur ad ęmulationem vicini
ędificare, ſed ad ſui commodum
Mut. dicto num. 27. Maſtrill. deciſ.
280. num. 101. Maſcard. dicta cõ-
cluſ. 621. in principio, Nouar. quęſ.
forenſ. prima to. 2. nu. 16. Ciarlin.
cap. 30. num. 31. Sperell. deciſ. 55.
num. 27. & deciſ. 58. nu. 3. Capyc.
Latr. deciſ. 50. ſub num. 3. Honded.
conſil. 80. num. 34. lib. 1. Tuſc. lite-
ra E, concluſ. 232. ſub numer. 18.
Surd. conſil. 127. num. 18. 19. conſ.
154. num. 14. & conſil. 300. num.
22. Giurb. obſeru. 47. num. 11. &
ſub n. 15. Menoch. de pręſumpt. lib.
6. pręſumpt. 29. num. 3.
4 Et ideo allegans æmulationẽ
illam probare debet *Maſcar. vbi*
ſupra num. 2. quem citat Sperell.
dicta deciſ. 55. nu. 28. Capyc. Latr.
dicta deciſ. 50. num. 6.
5 Et an & quando quis dicatur
ædificare ad æmulationem? vi-
dendi ſunt *Menoch. de arbitr. lib. 2.*
cent. 2. caſ. 156. & lib. 6. de præ-
ſumpt. præſumpt. 29. à nu. 23. Tuſc.
dicta concluſ. 232. Maſc. de probat.
concluſ. 621. Cauale. de Brac. Reg.
p. 6. num. 652. Sperell. deciſ. 55. à
num. 31. & deciſ. 58. Hond. dicto
num. 16. Romit. deciſ. 92. numer. 9.
Capyc. Latr. deciſ. 55. num. 8. Rot.
diuerſ. deciſ. 475. p. p. num. 9. Iaſon.
in l. ex hoc iure num. 7. ff. de iuſt. et
iure, Cephal. conſil. 130. Couar. Var.
reſolut. lib. 3. cap. 14. Bald. cõſ. 188.
num. 1. & ſeq. & conſil. 195. num.
1. & ſeq. lib. 2. Cancer. Var. reſolut.
titul. de tur. Caſtr. cap. 15. à num. 5
Boer. deciſ. 320. Abb. in cap. vlt. nu.
15. de Reſt. Spoliat. Giurb. obſeruat.
47. nu. 10., qui affirmant, quod
6 hoc arbitrio iudicis relinquitur,
qui ex facti qualitate, & circum-
ſtantijs iudicabit, an ad æmula-
tionem ædificetur, & factum il-
lud ſit, vel ne, licet in dubio iu-
dicabit non factum ad æmula-
7 tionem, vt ſupra dixi; niſi ex
coniecturis contrarium appa-
reat, vt notat *Maſcard. dicta con-*
cluſ. 621. num. 5.

Ad æmulationem itaque fa-
ctum (dicunt ſupra citati DD.

Iudi-

Iudicem poſſe arbitrari, ſi ædifi-
8 cans ex ædificio nullam commoditatem ſentit; & vicino detrimentum affert; vel quando
9 faceret, vt videret mulieres forte egregia forma vicinas, vel mo-
10 niales, vel quando ædificans eſ-
11 ſet inimicus, vel rixoſus; vel quando ædificaſſet ad perſcrutanda
12 da vicini ſecreta. Item etiam ad æmulationem ædificare præſumitur, qui in finibus imperij cuiuſcumque prouinciç caſtrum aliquod munitiſſimum, vel fortalitium ædificat; vnde multa incommoda Imperio, vel alteri prouinciæ accidere poſſent; & materia ſeditionis præberetur;
13 vnde poſſet prohiberi ne ædificet; ſicut etiam ad æmulationem ædificare præſumitur, qui prope ciuitatem aliquam Caſtrum munitum, vel excelſam turrim inuito domino ciuitatis extruit:
14 ad æmulationem etiam ædificare præſumitur, qui molēdinum in priuato, vel publico flumine ad iniuriā alterius extruit; veluti ſi ſunt duo fluminis domini, quorum vnus in inferiori parte fluminis molendinum habeat, hoc caſu alteri non licet in ſuperiori parte aliud molendinum extruere, quia præſumeretur fieri ad æmulationem, niſi ſui commodi, aut vtilitatis gratia id faceret, nam tunc prohiberi nequit.
15 Poteſt tamen quis, ſi non ad iniuriam, & æmulationem vicini faciat, etiam quod vicino noceat; in ſuo ſolo vſque ad cęlum ædificare, Furnum, Molēdinum, Tabernam, Fundacum, Trappetum, & alia, ſibi viſa extruere, & in propria domo feneſtram facere; cum in re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter *l. in re mandata C. mandat. l. altius C. de ſeruit. & aqua, Maſcard. concluſ. 621. nu. 15. Menoch. dicto caſ. 156. nu. 1. & ſeq. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 29. nu. 10. & ſeq. Apone. de pot. Proreg. titul. de mercat. ſeu Nundiā num. 6. folio mihi 320.* qui loquitur de molendino, hoſpitio, ſeu Taberna, & Furno; *Giurb. obſeru. 47. num. 4. Roſent. de feud. cap. 5. concl. 29. Maſtrill. de magiſtr. lib. 4 cap. 18. num. 25. 26. Fab. in C. lib. 3. titul. 24. diffinit. 5. Sperell. deciſ. 55. à nu. 1. & d. deciſ. 58. nu. 2. Buratt. deciſ. 631. Capyc. Latr. deciſ. 50. num. 1. & ſeq. Surd. conſil. 17. nu. 27. & conſil. 154. & 300. Iacob. de feud. verbo, & cum molendinis ſub nu. 5. Cepoll. de ſeruit. vrb. præd. c. 50.* de furno *Boer. deciſ. 125. nu. 5. Mut. conſuet. 29. nu. 7. & conſuet. 82. num. 1. Bald. conſil. 463. nu. 5. verſic. & notandum eſt quinto lib. 4. Cephal. conſil. 328. num. 23. lib. 3. & conſil. 357. eodem lib. Gratia. cap. 89. & 894. Caſanat. conſ. 39. Brun. à Sole verbo molendinum, & verbo facere, Franc. dec. 183. nu. 9. Tuſch. verbo molendinum, Tepat. Var. ſent. lib. 2 tit. de molend. & ædific. Thor. in compend. verbo molendinum, Coſt. de Rat. q. 7. nu. 9. Coſt. Sicul. conſil. 74. Menoch. conſil. 906. nu. 10. ad*

mate-

Digitized by Google

motat, quod via non dicitur eſſe in patrimonio Principis, ſed tantum ad ipſius protectionem, & defenſionem ſpectat, ne ab alijs occupari permiƈtat, ita vt Princeps non debet in ea ſe intromictere, nec de ea aliquid concedere abſque conſenſu populi, *Placid. C oſt. ad patr.conſil.28. ad num.11.Surd.deciſ.42. num.4.in fine,& num.5.& Hodiern.ad cũ,* & de hac via vide multa per *Auend de exeq.mand.Reg.p.1.cap.19.Carroc.ſingul.696.Boſſ.de via publica, Coſt. de Rat. q.15. Burſat. conſ.87.lib.1.Bero.conſ.136.in 3.*

Et aduerte, quod quando agitur de viæ publicæ mutatione, citari debent omnes, de quorum præiudicio agitur *Muta ſuper Cap.Reg.Fideric.116.num.88. in fine,* nec fieri poteſt mutatio ſine Principis, vel ciuitatis licentia *Nouar.ſupra num.9.*

Et quæ requirantur, vt via dicatur publica, & quæ fieri in ea poſſint? vide *Nouar.ſupra.*

Et deſtruƈta via publica ruina, vel aquarum impetu, vicinus, qui proximum fundum habet viam præſtare debet *Hermoſill. ad Lop.Gloſ.1.l.3.tit.5 pa.5.num.20.& vide num.22.,* vbi an debeat ſolui iuſtum pretium?

XXXXXXII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Locus vbi quis habet inimicos, vel eorum amicos, vel domeſticos dicitur non tutus.*

2 *Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere.*

Amplia etiam ſi locus iudicij eſſet tutus, ſi tamen loca, per quæ träſeundum eſſet, tuta haud eſſent n.3

Niſi declinata recta via per obliquam tuto ad iudicij locum venire poſſet ibidem.

Amplia ſecundo, etiam ſi inimicitiæ naſcantur culpa citati num.4.

An teneatur comparere per procuratorem? num.5.

An teneatur proteſtari de impedimento num.6.

Quid ſi offeratur ſaluus conduƈtus? num.7.

An teneatur miƈtere procuratorem ad allegandum locum non eſſe tutum? num 8.

An requiratur ſpecialo mandatũ ad allegandã hãc exceptionẽ? n.9

1 SExageſimus ſecundus effeƈtus eſt, vt locus, vbi quis habet inimicos, vel eorum amicos, vel domeſticos, dicatur non tutus, *ſcripſi poſt multos de eis. to.1.q.37.n.16.& to.2.in addit.ad diƈtã q.37.n.11.Pacian.de probat.lib.2.c.46.n.63.Guaz.ad defenſ.reorum defenſ.1.ex defec.iuriſd.c.19.n.42*

2 Et citatus in tali loco non tenetur comparere *l. recuſare §. ſi quis alio, cum l.ſequenti, vbi Bartol.ad Trebel.Bartol. in l.ſciendum ff.de legat.3. Ant. Bellon.conſ.5.n.110.Bald.& DD.in c.ex parte de Appellat.in c.accedens il 2.vt lit.nõ cont. & in Clem.paſtoralis de re Iudic.Marſil.in l.1.§. preterea á n. 37.ff.*

37.*ff.de queſt.Pacian.de probat.lib. 2.queſt.* 46. *num.*1.*ſcripſi dicta q.* 37.*à num.*9.*& tom.*2.*in addit.ad dictam q.*37.*num.*12.*& ſequ. & to.*3.*in Annot.ad dictam queſt.*37. *Guaz.vbi ſupra.*

3 Amplia etiam ſi iudicij locus eſſet tutus,ſi tamen loca per quę tranſeundum eſſet,tuta haud eſſent *Barboſ.in dicto c.accedens nu.* 6. niſi,inquit, declinata recta via per obliquum tuto ad iudicij locum venire poſſet.

4 Amplia etiam ſi inimicitiæ naſcantur culpa citati *Pacian. vbi ſupra num.*67. *Scrad.de feud. p.*9.*cap.*5.*nu.*19.*Guazz.vbi ſupra nu.* 48. non nullas alias ampliationes,&declarationes vide *apud Pacian.loco citato, & vide Thor. in compend.deciſ. Neapol.p.*3.*verbo inimicus*,vbi quod multi officiales ex hoc capite ſe excuſāt ad non comparendum coram ſindicatore, quia vbi officium exercuerunt habent inimicos.

5 Sed an teneatur comparere per procuratorem? quod non *Guaz.ſupra nu.*43. *Golin. de proc. p.*1.*cap.*3.*nu.*10.

6 An teneatur proteſtari de impedimento? *Barboſ.in dicto c.accidens nu.* 8. dicit, quod bonum eſſet proteſtari de impedimento

7 Quid ſi offeratur ſaluus conductus? Quod non, niſi guerra eſſet generalis, & duces belli offerrent ſaluum cōductum *Guaz. loco citato nu.*44.*& ſeq.*

8 An teneatur mictere procuratorem ad allegandum locum, non eſſe tutum? Quod ſic *Guaz ibidem num.*46.*& ſeq.*

9 Sed an requiratur ſpeciale mandatum ad allegandum hanc exceptionem? Quod ſic *Guaz.loc. cit.n.*49.*&* 50.,vbi quādo ſecus?

XXXXXXIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Electus ad munera ab inimico,propter inimicitiam electus præſumitur.*

2 *Nominatio propter inimicitias non valet.*

3 *Creationes non ex odio, ſed exiſtim atione vera, & pro commodo Reipublicæ faciendæ ſunt.*

4 *Eligēs tenetur de mala electione Et dicitur eſſe in culpa.*

5 *Eligendi poteſtatem habens, an poſſit eligere dignū omiſſo digniori?*

6 *Habilitas in eligendo,an debeat eſſe tempore quo buxulatur,an vero tēpore quo extrahitur à buxulo?*

7 *Electio debet fieri ſecundum conſuetudinem.*

*In loco ſolito num.*8.*& in tempore ſolito num.*9.

10 *In electione,an debeat præcedere tractatus?*

11 *Electio,an debeat fieri per omnes electores ſimul?*

12 *In electione, an ſint vocandi omnes,qui debent interuenire?*

*Quid ſi vocati non veniunt,an cenſeatur translatum ius eligendi in alios? num.*13.

*Quid ſi abſentes deinde vocētur & conſentiant, an electio reconualeſcat? num.*14.

Electus

15 *Electus á maiori parte ab omnibus electus dicitur.*
18 *In electione quando debet requiri conſilium alicuius, vel aßenſus, an debeat ille concurrere?*
19 *In electione quis preferendus?*
20 *Electio debet fieri de digno, & & Idoneo.*
Et ſi non eligat idoneum, & dignum, an amittat facultatem eligendi? num. 21.
22 *Electio debet eſſe pura, & non conditionalis.*
Nec meticuloſa nu. 23.
24 *Electus in dubio preſumitur dignus, & idoneus.*
21 *Electio legitima tribuit ius electo, & nominato.*
26 *Duo de eadem familia, an poſſint eligi ad officium?*
Voces ſi ſunt pares in electione ille præfertur, qui habet voces maioris autoritatis.
Vel qui primo poßeßionē adeptus eſt.
27 *Habens poteſtatem eligendi, an poſſit ſeipſum eligere?*
An filium, patrem, & nepotem num. 28.
29 *Habens duas voces vnā nomine proprio, & aliam nomine alieno, an poſſit vnum eligere nomine proprio, & alium nomine alieno?*
30 *Habens facultatem confirmandi, an teneatur confirmare habentē maiores voces? & an poſſit replicare vt iterum fiat electio?*

1 SExageſimus tertius effectus eſt, vt electus ad munera ab inimico, propter inimicitiam electus præſumatur, vt ſcilicet ſupponatur debito, & negocijs *l. vn. vbi Bart. & Luc. de pen. C. ſi propter inimicitiam electio facta ſit lib. 10. & ibi Andr. de Barulo*, qui dicit quod nominatio prop-
2 ter inimicitias non valet, eo quod iſto caſu eſt permiſſa appellatio, *Caput. de Regimin. Reip. cap. 4. ſub nu. 7. Andr. de Barul. in dicta l. vnica.*

3 Creationes namque non ex odio, ſed æſtimatione vera, & pro commodo reipublicę faciēdę ſunt vt notat *Luc. de penn. in dicta l. vnic. in principio Fontanel. deciſ. 213. ſub nu. 7.*

4 Et ideo eligens tenetur de mala electione *Capt. de Baro. c. 70 n. 14. lib. 2. Giur. dec. 80. n. 10* & dicitur eſſe in culpa *l. ſi ſoluturus ff. de ſolut. Tho. Anel. Saler. deciſ. 46. n. 1*

5 Habens poteſtatem eligendi, an poſſit eligere dignum omiſſo digniori? *Fontan. deciſ. 212. n. 12. Nouar. Grau. 135. nu. 5. Caput. de Reg. Reipub. cap. 3. nu. 40. & 41 Captbl. de Baron. pragm. 10. num. 133. & ſeq. Rebuff. in c. poſtulaſtis nu. 195. de cler. exc. min. vide n. 20*

6 Habilitas in eligendo, an debeat eſſe tempore quo buxulatur, an vero tempore quo extrahitur a buxulo? *Mut. conſu. 15. nu. 17. Viuian. in prax. iur. patr. p. 2. li. 6. ſub nu. 47. & ſeq. ad materiam.*

7 Et in electione ſeruanda eſt, conſuetudo *Roman. conſil. 352. n. 10. Bald. conſil. 318. nu. 1. lib. 3. Nicol. Loſe. de iur. vniuerſ. p. 1. cap. 3. num. 55. Nouar. in l. ſuper creand. nu. 3.*

nu.3.C.de iur.fiſc.lib.10.Capiblāc. de Baron.cap.69.nu.3.& cap.72. nu.2.lib.2.Ramon,conſil.6.nu.70.

8 Et debet fieri in loco ſolito, niſi ad ſit iuſta cauſa faciendi in alio loco *Nouar. in dicta l. ſuper creandis nu. 9. Vide ad materiam Viuian.de iur.patron.p.2.lib.8.cap.1.á num.31.*

9 Et in tempore ſolito *Nouar. loco citato num. 9.* & non poteſt fieri ante tempus quoties in dilatione temporis verſatur pręiudicium tertij *Cutel.Orat.17.verſ. demum quia in puncto, vide Danz. de pugn. DD. de priuileg. Baron. cap.4.num.11. Cauale. deciſ.40. nu.2.p.2.Abb.conſil.93.lib.1.*

10 An debeat præcedere tractatus? quod ſic dicit *Franc.Marc. deciſ.1249.*, ſed inquit, quod nō eſt de ſubſtantia electionis, ſed ſolum de forma ſubſtantiali. vide *Dian.tract.Miſcell.16.reſol.35*

11 An debeat fieri per omnes electores ſimul, & ſemel, an ſufficiat in diuerſis diebus eligere, ſi in vno concordant? *Bartol. in l.ſi tibi §.1 nius ff.de opt.legat. Bertach.de Epiſc.& cler.p.1. nu.56.et melius in principio primi libri p.3. q.32.verſic,quæro, Viu,de iur.patr, lib.5.cap.1.nu.25.p.2.*

12 An ſint vocandi omnes, qui debent interuenire? *Frāc.Marc. deciſ.1334.num.1.* dicit, quod ſunt vocandi omnes, qui commode debent, volunt, & poſſunt intereſſe:

13 Quid ſi vocati non veniunt, an cenſeatur tranſlatum ius eligēdi ob cōtumaciam in alios? videndus *Bald.conſil.3,8.lib.1.Cargnol. in l. vnic.§.15. non videtur nu.3.cum ſeq.ff. ſi quis ius dicent. non obtemper.*

14 Quid ſi abſentes deinde vocentur, & conſentiant, an electio reconualeſcat? *Oter.diuer.iur. qq.p.1.q.13.nu.6.*

15 Et electus à maiori parte ab omnibus electus dicitur *Capibl. de Baron.cap.69.nu.4.& cap.72. nu.15.& 16.lib.2.Caput.de Reg. Reipub.cap.3.num.29. Abb.conſil. 25.p.1.Franc.Marc.deciſ.922.* & vide materiam *deciſ.1033.num. 1.Nouar.in l. nominationum nu. 9.C.de decurion.lib.10.*, & vbi eſt maior numerus eligentium ibi maior zelus præſumitur *Maſcard.conſil.593.*

16 Debeturque fieri electio abſq; pretio, precibus, promiſſione, ſtipendio, & pacto *Reſt.Caſtald. de imper.q.119.nu.6.& quæſt.8. cap.16.*

17 Alias eſt nulla *Cancer. cap. 7. de pact.num.284.*

18 In electione quando debet requiri conſilium alicuius, vel aſſēſus, an ille dēat cūcurrere? vide *tex.in c.cum olim de arb.tr.DD.in c.cum in veteri de elect. Bero.conſ. 3.num.36.lib.1.*

19 Quis eſt præferendus in electione? videndus omnino *Cap. de Reg.Reipubl.cap.3.à n.46. Capiblanc.de Baron. cap.72. ſub nu. 17.lib.2.*

20 Electio debet fieri de digno, & idoneo alias eligens peccat, &

tenetur

teneɫur ad damni reſtitutionem *Graſſ.de effect.elerie. in prælud.nu.* 348.*& ſeq. Capibl. de Baro.prag.* 10. *num.* 40. *Franc. Marc.deciſ.* 348.*nu.*4.*Fuſar.de ſubſt. q.* 504. *num.*7.*Nouar. Grau* 170.*nu.*12. *Baldaſſ.de Angel.in l.relationes* C. *de offic.Vicar.Viuian.de iur.patr.p.* 2.*lib.*6.*cap.*7.*num.*15.

21 Et an amictat facultatem eligendi? *Fontanell. de pact. Nupt. clauſ.*4. Gl.10.*p.*1. *nu.*49. *Caput. de Reg. Reipubl. cap.*3. *nu.*29.*Viuian.de iur patr.par.*2.*lib.*12.*ca.*8. *num.*13. *Loſ.de iur. Vniu.p.*1.*cap* 3.*num.*103.*& ſeq.Bart.in l.ſi patronus ff.de confirm.tut.in l.*2. *ff.de Opt.leg.Caſt.in l.*69. §. 1. *nu.*3.*ff. de leg.*2. *Barboſ.in collect. ad decr. lib.*5.*titul.*8.*cap.*17.*nu.*35.*cap.*25. *num.*2.*& cap.*40.*nu.*40.*Merlin. contr.for.cap.*10. *Nouar.quæſt.for.* 44 *nu.*10.*& Grana.*364.*num.*5 *Danz.de priuileg. Baron.c.*1.*nu.*9.

22 Et debet eſſe pura non conditionalis *Mongal.de Met. cap.*9. *num.*25.*Caput.de Reg.reipubl.c.*3. *n.*39.*Viu.de iur.pat.li.*5.*c.*1.*n.*29.*p.* 2.*et eadẽ p.*2.*lib.*8.*c.*6.*n.*13.*et* 27.

23 Nec meticoloſa *Mongol.ſupra num.*25.*Nouar.in rubr.de Decurnum.*7.*lib.*10.

24 Et electus in dubio præſumitur dignus, & idoneus *Menoch. præſumpt.*86.*nu.*1.*lib.*2. *Raudenſ. conſil.*50.*num.*216.*lib.*1.

25 Electio legitime facta tribuit ius electo, & nominato *Maſtrill. de Magiſtr.lib.*1.*cap.*27.*num.*45. *Ludouiſ.dec.*240. *Nouar.in prax. datio.in ſolut.p.*1.*q.*6.*nu.*3.*Franc. deciſ.*539.*Viuian.de iur.patron.p.* 2.*lib.*8.*cap.*8.*Mut.deciſ.*9.*num.*1. *&* 2. *Danz.de pugn. DD. titul.de priuileg.Baron.cap.*1.*num.*17.*vide Ramon.conſil.*6.*ſub nu.*29.

26 An poſſint eligi ad officium duo de eadem familia? vide *Caput.de Regim.Reipubl.c.*12.*nu.*12.

Si voces ſunt pares in electione ille præfertur, qui habet voces maioris auctoritatis *Capibl. de Baron.caput.*72.*num.*17. *lib.*2. *Alderan.Maſcard.de interpret.ſtat. concluſ.*2.*nu.*9.*& ſeq.vide Rebuff. in c. poſtulaſtis de cler. excõmunicat. Gloſ.*1.*nu.*189.*& ſeq.*vel qui primo poſſeſſionẽ adeptus eſt *Roma. conſ.*6.*nu.*45. *Giurb.de Succ.feud.* §.2.*Gl.*9.*num.*10.

27 An habens poteſtatem eligẽdi poſſit ſe ipſum eligere? *Bald. in l.plane ff. quod cuiuſq.vn.nom. Abb.conſil.*25.*nu.*3.*p.*2.*Phœb.deciſ.* 65.*Roman.conſil.*228. *Danz.de pugn.DD.de priuil.g.DD. capit.*3. *num.*12.*Caput.de Reg.Reip.cap.*3. *nu.*32. *Carroc.de ſequeſtr p.p.q.*3. *num.*2.*Caualc.de contract.dec.*40. *num.*1.8.*&* 10. *Ioan. Licirier de iur.primog.lib.*2.*quæſt.*12.*Surd.de alimẽt.titul.*1.*q.*94.*Viuian.de iur. patr.p.*2.*lib.*6.*cap.*9.*per tot.*

28 An poſſit eligere filium, patrem,& nepotẽ ſuum, & eis dare vocem? quod ſic ſi ſint capaces, & idonei *Caualc. deciſ.*40.*de contract.p.*1.*in fine, Baldaſ.de Ange..in Auth.quibuſcumque nu.*4.*in fine C. de Sacr.Sanct. Eccl. Aguir. de Succ.Portug.p.*2.*nu.*184. *Surd. vbi ſupra á num.*2.*Viuian.de iur. patr.*

patr.p.2.lib.6.cap.9.à nu.29.

29 Habens duas voces, vnam nomine proprio, & aliam nomine alieno non poteſt vnum eligere nomine proprio, & aliũ nomine alieno *Molin. de primog. lib.2.cap.5.nu.51.Gratia.cap.211 num.11.* Sed vide *Danz. de pugn. DD.titul.de priuileg.Baron.cap.4. num.3.*, vbi diſtinguit, quod aut in mandato procurationis, vel actu ſubſtitutionis eſt appoſita certa perſona, & tunc illa debet eligi, & duplicem vocem habet, & dicitur potius Nũtius, quam verus procurator, aut vero eſt generaliter cõmmiſſũ, vt eligat quẽ ſibi velit, & tunc tenetur cõcurrere in vna perſona, *Viu. de iur.pat.lib.5.p.2.cap.6.num.23.*

30 An habens facultatem confirmandi teneatur confirmare habentem maiores voces? *Danz. de priuileg.Baron.cap.2.à num.1.*, vbi etiam, an poſſit replicare, vt iterum fiat electio *à nu.13.*

XXXXXXIV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt excommunicare inimicos, ſi pertinaciter reconciliationem facere recuſauerint. Et vide num.2.*

3 *Epiſcopus habet obligationem extinguendi inimicitias ortas in diœceſi, alias peccat mortaliter.*

4 *Princeps poteſt cogere ſuos ſubditos ad pacem.*

5 *Iudices an poſſint cogere inimicos ad pacem?*

1 Sexageſimus quartus effectus eſt, vt Epiſcopus poſſit excommunicare inimicos, ſi pertinaciter reconciliationem facere recuſauerint *c. perlatam 90. diſt.Bellect.diſq.cler.p.1.titul. de diſcipl.cler.§.15. nu.95. Barboſ.in c. 1.nu.5.de treg.& pac. Prat.ad Paſch.de patr.pot.pa.4.cap.7 fol.623.*

2 *col.2.*, nam Epiſcopis incumbit ad pacem firmiter tenendam, mutuum conſilium, & auxilium præbere, & contra eam frangẽtes animaduertere, *Barboſ.loco citato n.6.* & Epiſcopus habet obli-

3 gationem extinguendi inimicitias ortas in diœceſi, & niſi vacet ad illas ſedandas peccabit mortaliter *Gl. in c. vnum verbo Neglexerit 25.diſt. c. præcipimus, cap. ſtudendum, cap. diſſidentes 90.diſt. Felin.in c.5.de Treg.& pac. Nouar.de grau.Vaſſal.to.1.grau.239. nu.2.Barboſ.de pot.Epiſc.p.3.alleg. 79.num.1.*

4 Sed an Princeps, & Imperator poſſint cogere ſuos ſubditos ad pacẽ? & quod ſic firmãt *Farinac.de Var.& diuerſ.crim.q. 107.art.1.num.8.*, vbi quomodo procedat? *Prat.vbi ſupra fol.624. col.2.in principio, Muta conſuet.6. num.23.*

5 Sed an magiſtratus inferiores poſſint cogere inimicos ad pacem? *vide Theſaur.q.Forenſ.26. lib.4.Ball.lib.5.pragm.5. tit.27.n. 7.& 13.Farinac.& Prat. vbi ſupra Nouar de Grau.Vaſſal.tom.2. Grau.139.num.14.*, vbi quod officialis poteſt compellere ſubdi-

tos

tos inimicos ad pacem *Auil. in cap.pratorum cap.2. verbo parciali dad num.23.Iul.Ferret.de Fer. et induc.milit.num.141.*

XXXXXXV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Executor datus á teſtatore ad diſtribuendum eleemoſinam pauperibus nō poteſt eligere inimicū teſtatoris,niſi inimicitia ſit leuis*

Amplia etiam ſi teſtator decedat contritus, & confeſſus num. 2.

Amplia ſecundo, etiam ſi exequutor haberet plenum arbitrium diſtribuendi bona teſtatoris nu.3.

Contrarium quod ſi deceſſit contritus, & confeſſus poſſit eligere odioſum teſtatori nu.4.& 5.

Et de ratione num.6.& 7.

Fallit quando quis non ſolum eſſet inimicus teſtatori,ſed indignus ſub num.7.

8 *Contrahens matrimonium in articulo mortis non preſumitur facere in fraudem.*

9 *Dolus non praſumitur in actibus iure approbatis.*

10 *Iudici in articulo mortis dicenti ſe falſam tuliſſe ſententiam non creditur.*

11 *Teſti dicenti ſe falſum dixiſſe non creditur.*

12 *Dictum vulnerati non facit indicium ad torturam, ſed ad inquirendum.*

1 Sexageſimus quintus effectus eſt, vt executor datus à teſtatore ad diſtribuendum eleemoſinam pauperibus, non poſſit eligere, inimicum teſtatoris *Thomat.de exequut.vlt.volunt.to. 2. titul. 12. num. 1198.* niſi inimicitia eſſet leuis *numero.1199.*,
2 etiam ſi teſtator decedat contritus, & confeſſus, quia contritus, & confeſſus ſolum cenſetur remictere rancorē, quem tenetur quis remictere ad exonerationē conſcientiæ, & velle, quod qui eum offendit,puniatur pœna legis, quia remiſſio facta in conſcientia quo ad Deum non liberat à pœna imponenda in foro exteriori Gl.*fin.in c.de his 6. de accuſat.Barboſ.in l.1.p.4.nu.46.ff. ſolut.matr.Peres de Lar.in compēd. vlt.homin.cap.32.nu.5.Molin.lib. 2.de primog.cap.5.á nu.8.Raudēſ. deciſ.Piſan.37.nu.291.& in puncto* Cald.*de sur.emphit.p.3.titul.de pot.eligend.& nomin.cap.1.nu.29. Marſil.in l.1.§.praterea nu.31.ff. de quaſt.ſcripſi in pralud. ſub num. 160.& effect.21.num.43.*
3 Amplia etiam ſi exequutor haberet plenum arbitrium diſtribuendi bona teſtatoris, quia non poterit diſtribuere in perſonam,quę haberet inimicitiam cum teſtatore *Marſil. vbi ſupra & Bald.in l.id quod pauperibus* C. *de Epiſc.&* Cleric.
4 Contrarium quod ſi teſtator deceſſit contritus, & confeſſus, exequutor poſſit eligere inimicum, & odioſum teſtatori, quia cenſetur remiſiſſe odium; cum nemo præſumatur immemor

mor ſalutis æternæ *c ſancimus 1. queſt.7.c.literas.de præſumpt.cap ſignificauit de hom. l.ſancimus verſ. & licet* C. *ad l. Iul. repetund.* & multo magis moriens*Menoch.de præſumpt.lib.5.præſumpt.5.*

5 Et in puncto, quod executor poſſit eligere odioſum teſtatori *Bald in l.id quod pauperibus* C. *de Epiſc.& Cler.* Gregor.*Lop.l.23.p.6.titul.9. verbo contra derecho col.6.verſic.& poterit dici, Peralt.in l. cum quidam num.7.ff.de leg.3.& in l.vnum ex familia § ſi de falcidia num.4. eodem titul. Peres de Lar.vbi ſupra nu.4. qui ſub nu.6.*

6 inquit, quod dictum Molinæ ceſſat in erogatione eleemoſinarum, quia in his inimicis perfectius charitatis opus exercetur, *bene Merend. contr.iur. lib.24.cap.1.num.53.Eſcobar.Corr.de vtroq. for.de defect.Aſſenſ.leg.cum iur.nat. artic.5.conclus.9. nu.69. Thomat. ſupra num.1200.Aluarad.de conſect.ment.defunct.lib.2.cap.1.num.37. & nu.38.* dicit, quod non poteſt eligere inimicum Regis ſi à Rege habeat poteſtatem, *Raudenſ.deciſ.Piſan.37.num.290 & num.291.*inquit, quodſi ageretur de alia electione, quam inter pauperes, in qua non ſola ratio pietatis conſiderari poſſet, tunc non poſſet eligi inimicus capitalis, ſiue ante teſtamentum, ſiue poſt fuerit effectus inimicus capitalis, idem dicit *Aluarad. de conſect.ment.defunct.lib.2.cap.2. num.35.circa finem.*

Fallit quando quis non ſolum eſſet odioſus teſtatori, ſed indignus, quia cum eius vxore concubuiſſet *Thomat.ſupra nu.1200*

Ex præſumptione ſupradicta infert, *Peres de Lara loco ſupra*

8 *citato num.7.*, quod contrahens matrimonium in articulo mortis non præſumitur facere, vt legitimaret filios in fraudem ſubſtituti, ſed vt de ſalute animæ

9 ſuæ cogitaſſet, & quia in actibus iure approbatis dolus præſumi nequit, niſi perſpicua doli inditia præcedant *vide Cutell. Spec 38.num.16.*,quam præſumptionem *Peres num.8.*dicit non procedere in præiuditium tertij, ex

10 quo infert, quod non creditur Iudici in articulo mortis, dicenti ſe falſam tuliſſe ſententiam in eorum præiudicium, in quorum fauorem fuit lata, etiam ſi ſint duo Iudices, etiam cum iuramē-

11 to, nec creditur teſti dicenti ſe falſum dixiſſe, & num.10.inquit

12 quod dictum vulnerati culpantis aliquem non facit indicium ad torturam, ſed ad inquirendū, ſed ſi excul pauerit aliquē, ei prodeſt ne torqueatur ex alijs indicijs, *vide Maſtril. dec.195.n.1.et 2.*

XXXXXXVI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *INimicus moriens præſumitur quicquam falſitatis aſſerere.*

2 *Moriens non præſumitur mētiri*

3 *Confeſſio dotis recepta facta à marito, an valeat?*

Sexage-

1 SExageſimus ſextus effectus eſt vt inimicus moriēs pręſumatur quidquam falſitatis cōtra inimicum aſſerere. *Mut. conſuet. 24. nu. 10. ex Alexandr. conſil. 14. col. 2. lib. 3.*

2 Licet alias non ſit veriſimile morituros ſtatim quidquam falſitatis dicere, & mentiri. *Mut. vbi ſupra Caſtill. deciſ. 250. num. 84. poſt Surd. Cephal. Rogger. Menoch. Decian. & Milan.* R. Maia *conſult. 11. nu. 10. & Conſult. 33. nu. 42. Mut. deciſ. 6. nu. 24. Bald. conſil. 25. caſus ſuper quo col. 2. lib. 1. Alciat. de præſumpt. p. 3. præſump 4. nu. 2. Maſcard. concl. 144. nu. 3. Farin. q. 43. n. 28. & q. 46. n. 45. Maſtrill. deciſ. 232. n. 2. Rot. Aucu. deciſ. 15. nu. 8. Ambroſin. deciſ. 24. n. 1.* & vide circa hanc regulam *Hodiern. in l. hac edictali q. 37. n. 23 et 24. et Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 17. n. 12.*, vbi quod hæc regula nō procedit in præiudiciū tertij vel vbi extaret aliqua fraudis ſuſpicio, prout in confeſſione dotis receptæ facta à marito in beneficium vxoris; circa quam quæſtionem an & quando confeſſio dotis receptæ præiudicet viro, & ſuis heredibus, & quādo creditoribus, & quando mulier confeſſione non obſtante poſſit agere contra dotis promiſſores, vel etiam maritus poſſit agere? videndi ſunt. *Vela diſſert. 21. à nu. 69. Merl. de pign. l. 3. tit. 2. q. 58. per tot. & Rot. poſt tr. deciſ. 23. Hodiern. in l. hac edict. q. 24. & q. 37. nu. 14, & in addit. ad deciſ. Surd. 55. & 154. nu. 18. Gait. de credit. c. 4. q. 11. à n. 1715 Medic. Examinat. 51. Intrigl. de Cenſib. q. 21. & ibi Addit. Caren. Reſolut. 117. Cancer. de Dot. n. 27 Merlin. dicta q. 17. Facchin. contr. Iur. lib. 8. cap. 77. cum plur. ſi qu. R. D. Meus D. Hippolyt. Maia Conſult. 27. nu. 23. & Conſult. 34. Caſtill. deciſ. 6. Maſtrill. deciſ. 301. Amat. Reſolut. 5. num. 19. Cutel. de Donat. tract. 1. diſc. 3. p. 6. nu. 46. & Orat. 12. nu. 6. Gutter. Allegat. 11. nu. 17. Molfeſ. ſuper Conſuet. Neap. p. 6. de iur. dot. q. 9. à nu. 14. Carroc. deciſ. 23. nu. 38. 39. Gratian. deciſ. 105, Lun. conſil. 40. à nu. 3. Font. de pact. Clauſ. 4. Gl. 26. nu. 32. Clauſ. 7. Gloſ. 1. p. 2. n. 72. & gloſ. 3. p. 1. n. 51. & Clauſ. 14. Gl. vnic. p p. à n. 8. Guid. de Virib. confeſſ. p. 2. cap. 1. à n. 24. Mancin. de Cōf. c. 2. à n. 94. Mut. cōſuet. 47. n. 61. Mareſ. Var. lib. 1. cap. 8. Cannet. in cap. Volentes §. cum dos. Ludouiſ. deciſ. 62. 67. 173. nu. 8. & 491. num. 7. vbi Addit. Trentac. lib. 3. de Iur. dot. Reſol. 3. Borell. in ſum. deciſ. tit. de Confeſſ. à nu. 202. Intrigl. de feud. Cent. 2. Art. 7. à nu. 84. Ripol. de Dot. recuper. cap. 10. à nu. 156. Corſett. conſ. 7. nu. 21. Molfeſ. ſuper cōſuet. Neap. p. 3. de ſucceſſ. ex teſtam. q. 21. nu. 10. Taſſon. de Anteſat. verſ. 9. obſeruat. 2. Carroc. de excuſ p. p. q. 10. 10. q. prin. Duard. de Cenſib. §. 3. q. 24. nu. 91. Gallup. in prax. p. 2. cap. 11. Cutell. ſpec. 17 à nu. 23. Giurb. de ſucc. feud. Gl. 3. ſub n. 88. Morot. conſ. 60. Grat. cap. 824.*

Digitized by Google

XXXXXXVII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens de mala fama ab inimicis orta non probat.*

Et de ratione num. 2.

Et quomodo poterit hoc conſtare? num. 3.

Quid ſi cum tali mala fama adſit veriſimilis coniectura? n. 8.

4 *Inimicus præſumitur quod dicat, & faciat ea, quæ malum inficiunt inimico.*

5 *Inimicus male loquitur de inimico, & mala peroptat inimico nu. 6.*

7 *Inimicus præſumitur, qui de allo malam famam ſeminat.*

9 *Inimicitia vbi non extat, dictũ ab vno non præſumitur dictum vt iniuriam alteri inferat.*

10 *Fama quid ſit? quomodo differat à clamore, quæ differentia ſit inter famam hominis, & famam facti, & quomodo probetur? remiſſiue.*

1 Sexageſimus ſeptimus effectus eſt vt teſtis deponens de mala fama ab inimicis orta
2 non probet, quia tam in ciuilibus, quam in criminalibus numquam fama habet ſuas vires, niſi ortum habuerit non ab inimicis, maleuolis, ab offenſo, vel ab affinibus, & coniunctis ipſius offenſi, ſed ab honeſtis, & fide dignis perſonis *c. qualiter, et quando il. 2. de Accuſat.* ibi *non quidem á maleuolis, & à maledicis, ſed á prouidis, & honeſtis benè Danz. de pugn. DD. tom. 1. Titul. de falſa moneta ſub nu. 127. Menoch. Conſil. 431. nu. 18. Farinac. poſt infinitos more ſolito de indic. & Tortur. q. 47. nu. 156. ſublimit.*
3 *2.*, vbi dicit quod hoc poterit conſtare, ſi probetur quod commiſſo delicto affines prædicti offenſi, vel ipſe offenſus, vel inimici, ac maleuoli inquiſiti in pluribus, & diuerſis partibus Ciuitatis id dixerint; hoc enim probato præſumitur quod ex eorũ dicto fama originem duxerit, vt
4 damnum inimico inferant; Inimicus namq; præſumitur quod dicat, & faciat ea, quæ malum inficiunt inimico, & de inimico
5 male loquitur inimicus. *Mãdell. conſ. 770. nu. 47. Dec. conſ. 64. ſub*
6 *n. 6.* & mala præroptat inimico. *Mandell conſ. 773. nu. 11.* & ini-
7 micus præſumitur qui de alio malam famã ſeminat. *l. ſi inimicitia ff. de his quib. vt indign. Petr. Rauen. in Alphab. Aur. verſ. Inim. ſol. mihi 70.* vel qui publicat quę pertinent ad infamiam alicuius. *Lel. Zanch. de duell. inter milit. ſacr. & ſecul. lib. 2. cap. 8. num. 3. &*
8 *num. 157. diſput. Farin.* quid ſi cum tali fama adſit veriſimilis cauſa, & coniectura? ſicut vbi
9 non extat inimicitia inter aliquos, ſi quid dictum ab vno fuit, non præſumitur dictum vt damnum.

damnum, & iniuriam alteri inferat *Menoch.conſil.* 107. *num.* 7.

10 Quid vero ſit fama, quomodo differat à clamore, quæ differentia ſit inter famam hominis, & famam facti, & quomodo probetur? videndus omnino *Danz. de pugn. DD. to.* 1. *tit. de falſ. monet. á num.* 122.

XXXXXXVIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *SVſpectus in cognoſcendo ex capite inimicitiæ eſt ſuſpectus in delegando.*

Niſi ex alio capite ſit ſuſpectus, quia tunc non eſt ſuſpectus in delegando num. 2.

1 SExageſimus octauus effectus eſt, vt ſuſpectus in cognoſcẽdo ex inimicitia ſit ſuſpectus in delegando *Tap. ſuper iur. Reg. Neap. titul. de ſuſpic. offic. Rit.* 269. *num.* 5. *Camill. de Larat. conſil.* 32. *num.* 3. *Sanfelic. deciſ.* 63. *num.* 34. vbi intelligit ſi inimicitia ſit capitalis, *& in addit. ad dictum nu.* 34. *Capyc. Latr. deciſ.* 87. *num.* 2., *& deciſ.* 90. *nu.* 4. *Poſt Rouit. Tap. Mut. Maſtrill. Apicell. & Frecc. Montan. de Regal. fol.* 145. *num.* 30 *Capiblanc. de Baron. cap.* 13. *num.* 13. *Donad. de Renunc. cap.* 32. *ſub num.* 83. *Gallup. in prax. p.* 1. *cap.* 5 *num.* 37. *in parua impreſſione.*

Et ideo baro pro iniuria ſibi illata, vt perſonæ priuatæ, non poteſt cauſam delegare *Sanfelic. deciſ.* 63. *num.* 30. ſecus ſi iniuria eſſet illata conſanguineo Baronis num. 31.

2 Licet alias ſuſpectus in cognoſcendo non ſit ſuſpectus in delegando *Camill. de Larat. dicto conſil.* 32. *num.* 11. *Capyc. Latr. dec.* 87. *num.* 1. *& deciſ.* 90. *nu.* 4. *Poſt Alex. Caſtr. Menoch. Maſtr. Giurb. Cancer. Mart. Ant. Amat. Capibl. Capyc. Tap. Coſt. Mut. Rouit. & Apicell. Burg. de laudem. p.* 3. *Inſp.* 17 *ſub num.* 13. *Carlenal. de iudic. lib.* 1. *titul.* 1. *diſp.* 2. 47. *ſect.* 1. *nu.* 794. *Gratian. ca.* 809. *num.* 25. 26. *Coſt. ficul. conſil.* 85. *nu.* 35. *Intrigl. de feud. cent.* 2. *articul.* 94. *num.* 17. *Nouar. Grau.* 303. *nu.* 2. *Donad. de renunc. cap.* 32. *ſub num.* 83. *Pelliclon. contr. Ill. q.* 54. *ſub verſica. & licet in caſu, ſcripſi remiſſiue to.* 2. *de cita. ſingul.* 27. *num.* 3. *Nouar. coll.* 6. *ſuper pragm.* 13. *de ſuſpic. official. num.* 4. *Addit. ad Franc. deciſ.* 129 *num.* 3. *Sanfelic. dicta dec.* 63. *n.* 34

XXXXXXIX. EFFETCVS.

SVMMARIVM.

1 *REceptans banniti tempore inimicitiæ pro tutela ſui corporis non punitur.*

2 *Receptans bannitos punitur.*

Et de ratione num. 3.

1 SExageſimus nonus effectus eſt, vt quis tempore inimicitiæ pro tutela ſui corporis poſſit impune bannitos receptare, non obſtante ſtatuto, vel prag-

matica *Decian. conſil. 140. lib. 5. quem citat, & ſequitur Illuſtriſſimus Scipio Rouit. ſuper prag. Regn. Neapol. pragm. 4. de recept. delinq. num. 7. Danz. de pugn. DD. de recept. limit. 8. ſub num. 50.*

2 Licet alias receptans bannitos puniretur *l. 1. ff. de recept. l. 1. C. de ijs, qui latron. occultau. l. quo naufragium §. non tantùm ff. de incend. Ruin. & Naufrag. Caball. reſolut. crimin. caſ. 287. à num. 1. Afflict. in Conſt. pactarenoturum, Maſtril. deciſ. 216. Danz. de pugn. DD. tit. de recept. Mut. ſuper prag. de pœn. cler. & laic. recept. bannit. titul. 47. Nouar. ſuper pragm. de recept. delinq. collect. 1. & 2. Giurb. conſil. 28.* pœnes quos habes li-

3 mitationes, nam non eſſent latrones, niſi eſſent receptatores,

4 ſicut non eſſent murmuratores, niſi eſſent aſcultatores, vt aduertit *Danz. vbi ſupra num. 2.*

XXXXXXX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 INimicus poteſt contra inimicum ſeu hoſtem exercere fœnus, ſeu vſuram.

2 *Vſura eſt de iure prohibita.*

3 *nio*, vbi etiam quod ratione incertitudinis, nec minus author rixę puniendus eſt pœna mortis *Giurb. citat, & ſequitur Nouar. dec.23.nu.7.Ball.lib.3. de liter.diſpenſ.caſ.1.nu.76.Berart.in ſpecul. viſit.cap.26.de ſent.nu.36. vbi n.*
4 37.limitat niſi omnes deliberato conſilio, & ad hoc coadunato occiderint, quia tunc omnes debẽt puniri de occiſo,vt etiam firmant *Ball. ſupra num.* 80. *& Giurb. loco citato poſt infinitos nu.*
5 11.*caſ.*3.,ſiue vnum,ſiue plura intulerint vulnera *Giurb.ſup.ſub*
6 *nu.*33.*verſ.verum*, ſi vero nullo præuio ea de re tractatu plures in rixa vulnerauerint eumdem, & conſtat quis eorum lęthaliter percuſſit,tunc is ſolus,cuius ictu vulneratus obierit, puniendus eſt pœna homicidij ordinaria; reliqui vero arbitraria pro qualitate culpę, & vulneris,ſeu per-
7 cuſſionis illatæ, & ſi coadunati eſſent homines armati ad actũ illicitum, non tamen ad finem
8 commictendi homicidium;niſi aſſiſtentia accidentalis fuerit, vt præſumitur in homicidio,vt bene poſt multos more ſolito conſiderat *Giurb.dicto conſ.2.nu.9.et 10.Ball.dicto caſ.1.à n.82.& vide Mut.ſuper* Cap. *R.Iacob.45.á nu.11.& Caball.caſ.192.á num. 11.Virgil.de legit.perſ cap.32.nu.* 70., vbi quid ſi iſti pſecuti ſint diuerſi fori, an omnes ſint conueniendi coram vno iudice, vel quilibet coram ſuo? *Cancer.Var. reſol.ca.10.de pac.& Tregu.n.*40.

CXXVII. EFFECTVS.

SVMMARIVM

1 *INimicus emictens ictum ſcopectę præſumitur habere animum nocendi,& occidendi inimicum.*

2 *Pragm.4.de armis prohibitis,ut locum habeat requiritur, quod probetur,quod emictens ictum ſcopectę animum nocendi habuerit.*

3 *Animus nocendi in dubio non præſumitur.*

4 *Corpus delicti quomodo probatur in ictu ſcopectę?*

5 *Emictens ictum ſcopectę,ſine palla plumbea, ſed cum carta, aut bambace pœnam pragmaticę non ſubit.*

1 CEnteſimus vigeſimus ſeptimus effectus eſt, quia ſi emictens ictum ſcopectę eſt inimicus, præſumitur habere animum nocendi,& occidendi inimicum *Foller.ad prag. de ictu ſcopectæ n.*44.*Mut.ſuper prag.tit.*41. *de arm.prohib.ſub nu.*18.*Giur.obſ.33.nu.5.in fine,& nu.6. &* 17., quod deſeruit ad interprętationem *pragmatica quarta de arm. prohib.tit.*41. ibi *che tirirando ſcopette, ò archibuſo con animo di dãnificare altri*;vnde vt pragmatica
2 locum habeat, requiritur, quod probetur,quod emictens animũ nocendi habuerit,vt conſiderãt, *Mut.vbi ſupra nu.*114.*&* Giur.
3 *d.obſer.33.nu.5.&* 13.,quia animus

mus nocendi in dubio nõ præſumitur Gl. *pen.in l. fluminum* §. *fin.ff.de damn: infect. quam ibi ſequitur Bart.prima oppoſitione,Marſil.conſ.51.nu.48.* Caball.*de omn. gener.homic.num.137. quem citat Giurb.dicta obſer.33.ſub nu. 3.circa*

4 *ca finem*.Et ideo in ictu ſcopectę nocẽdi animus probatur ſi realiter palla plũbea ſcopectæ corpori inſit, aliàs delictum in genere deficiet *Giurb. loco citato ex Rouit.Thor. et Nouar.Io.Mar.Cãpan.reſolu.crim.1.nu.1.*hinc emictens ictum ſcopectæ, ſine pallæ plumbea,ſed cum carta, aut bãbace, pœnam dictę pragmaticæ quartæ non ſubit, cum non ſit aptum inſtrumentum ad nocẽdum *Giurb.dicta obſ.33.ſub n.12 poſt multos Campan. loc.cit. nu.2.*

5 Et aduerte,quod pragmatica, non procedit in eo, qui occidit aliquem in rixa ictu ſcopectæ, ſed in homicidio appoſtato, & ex propoſito, *Virgil.de legit. perſ. bannit.cap.33.ſub nu.33.poſt* Caball.*Maſtrill. & Mut.* Campan. *ſup.nu.5.& 6.*, & ita his annis præteritis fuit,& recte exequutũ per Sp. Doctiſſimum, & nũquã ſatis laudatum Laurentium Cauarretta nunc Iudicem Conſiſt. S.R.C. tunc Iudicem R.C.Capitanialis Felicis Vrbis Panormi, in ſimul cum Sp. D.Ioa.Diaz de Cenezeros,&D.FrãciſcoRomeo etiam Iudicibus R.C.C. qui cõdemnauerũt Matthęum Spitillo proſequutum de ictu ſcopectę in rixa accidentali ad remigãdum ſuper Regijs triremibus,per annos decem.

CXXVIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Filius inimicus non poteſt petere alimenta à patre.*

Amplia in fratre inimico nu.5.

Amplia ſecundo in patrono inimico num.6.

An propter pęnitentiam debeãtur? num.7.

2 *Filius inimicus perdit ius filiationis.*

3 *Ingratitudo tollit id quod naturali lege debetur.*

4 *Filius ex quibus cauſis poteſt exhęredari poteſt alimẽtis priuari?*

8 *Ingratitudo non pręſumitur,ſed ab allegantę eſt probanda.*

9 *Ingratitudo,& inimicitia a pari procedunt.*

10 *Filius propter pęnitentiam, an recuperet alimenta?*

11 *Alimenta an poſſint repeti propter inimicitiam,& ingratitudinem ſuperuenientem?*

1 CEnteſimus vigeſimus octauus effectus eſt, quia filius inimicus non poteſt petere alimenta à patre *l. fin. C. de alend. liber Bald.in l.fin.C.de reuoc.dona. Caſtagn.Deduc.ne eg. in proem.p.1.nu.102.Surd.de alim.tit.1.q.78 nu.58.& 59.& tit.7.q.1.per tot. & q.32.ſub nu.5. Barb.in l.fin.n.3.C.de ſecund.nupt.Beluis.in prat. tit.de teſtib.nu.50.Rip.in l.fin. ſub nu.4.*

nu.4.C.de renoc.donat. vide Flod. in l.hac edictali q.6.n.30.Rub.dec. Rot.Rom.231.*num.*12.

2 Ratio eſt, quia filius ingratus & inimicus perdit ius filiationis *Bartol.in l.diuus ff.ad l.pomp.de parric.*, vbi infert, quod ſi pater illum occidat, non tenetur illa lege, ſequitur *Surd.de aliment.tit.7.q 3.num.9 ſcripſi effectu.*

3 Secūdo, quia ingratitudo tollit id, quod naturali lege debitū eſt *Bald.in l fin.num.*11.*C.de dot. prom. & eſt tex.in* §.*optime, ibi ne forte, Auth.de Nupt.Surd.poſt alios d.tit.7.q.2.nu.11. Fuſc.in ſingul. verbo ingratitudo in fine.*

4 Et ex quibus cauſis poteſt pater filium exhæredare, poteſt ex eiſdem filio alimenta denegare *Gl.in l.ſi quis à liberis* §.*unde ſi index ff.de liber.agnoſ.Caſtag.deduct. ne eg.in proem.p.*1.*nu.*102.*Surd. de alim.tit.7.q.1.nu.1.& q.15.n.1 Carroc.ad conſ.Dec.*106.*num.69. Molfeſ.ſuper conſuet. Neap.p.6.de alim.praſt.q.12.à nu.4.Cort.Iun. conſ.145.Rip.in l.fin.ſub nu.4.* C. *de renoc.don.Intrig.ſing.97.n.333*

5 Amplia primo, in fratre inimico, & ingrato fratri, quia ab eo non eſt alendus *Surd.dicto tit. 7.quaeſt.15.num.2.*

6 Amplia ſecundo, in patrono ingrato, & inimico, quia non eſt alēdus ab Eccleſia *Surd. de alim. tit.7.q.32.num.6.& nu.7.*an debeantur ſequuta penitentia? *ſcripſi effect.*125.*nu.*4.

7 Amplia tertio, in filio, vt nec teneatur alere patrem inimicū *Rip.in l.fin.nu.4.C.de renoc.donat.*

8 Et aduerte, quod ſicut nemo præſumitur inimicus, *vt dixi in prælud.num.*6. ſed probāda eſt ab eo inimicitia, qui illam allegat, ita nemo præſumitur ingratus; & qui ingratitudinem allegat, probare debet plenè, & dilucidis argumentis *Authen.Hæres C. de Secun.Nupt.Surd.tit.1.q.48.n.57.& 58.& tit.7.q.1. à nu.20. Viuian.de iur.patr.p.1.lib.4.cap 4. nu.59.Fuſc.vbi ſupra, Barboſ.in l. fin.nu.4.5.& 6.C.de ſecund.nupt.*

9 Hinc colligitur, quod ingratitudo, & inimicitia à pari procedunt, vt dixi.

10 Sed an filius recuperet alimēta propter pœnitentiam? vide *Surd.dicta q.1.ſub nu.33.& 36. & quaeſt.32.num.7.*

11 Et an alimenta poſſint repeti per inimicitiam ſuperuenientē? vide *Surd. de alim.tit.6.quaeſt.18. num.12.& 13.*

CXXIX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Maritus inimicus non lucratur dotem beneficio ſtatuti volentis maritum lucrari dotem vxoris defuncta ſine liberis.*

2 *Maritus nō adhibens medicum vxori infirmæ lucra dotalia perdit.*

Amplia etiam ſi adhibeat, ſed imperitum num. 3.

*Non tenetur mittere extra ciuitatem pro medico num.*4.

5 *Maritus vt lucro dotis priuetur prop-*

propter non adhibitum medicum vxori infirmę debet probari, quod in loco, vbi aderat vxor infirma erat copia medicorum.

6 *Maritus non tenetur adhibere medicum vxori infirmę, quādo infirmitas eſt incurabilis.*

1 Centeſimus vigeſimus nonus effectus eſt, quia maritus ingratus, & inimicus non debet lucrari dotem beneficio ſtatuti, vel pacti volentis maritū lucrari dotem vxoris defunctæ ſine liberis *Bartol. & communiter DD. in l. ſi ab hoſtibus* §. 1. *ff. ſolut. matr. Rip. in l. fin. nu.* 14. *C. de reuoc. donat, quem citat, & ſequitur Roland. à Vall. de Lucr. dot. q.* 64. *nu.* 9. *in fine, Cyriac. contr.* 527 *nu.* 31. *Rub. deciſ. Rot. Rom.* 14. *poſt multos quos citat.*

2 Hinc maritus non adhibens medicum vxori infirmę lucra dotalia perdit *Intrigl. poſt multos ſingul.* 315. *lib.* 1. *Ripol. Var. reſol. de dot. Recup. cap.* 10. *nu.* 181 *& ſeq.*

3 Amplia etiam ſi adhibeat, ſed imperitum ſi imperitiam ſciebat *Addit. ad Intrigl. dicto ſingul.* 315.

4 Non tamen tenetur mictere extra ciuitatem pro medico *Vrſill. ad Afflic. deciſ.* 318. *num.* 2.

5 Et ideo vtvir lucro dotis priuetur debet probari, quod in loco, vbi aderat vxor infirma erat copia medicorum *Fulu. Conſt. in l. vn. C. de mendic. valid. nu.* 16 *lib.* 11. *Coſt. de Rat. q.* 98. *num.* 3.

6 Fallit quando infirmitas eſſet deſperata, vel incurabilis *Lun. in addit. ad conſil.* 15. *in addit. ad num.* 6. *num.* 2.

CXXX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Filij primi matrimonij inimici patris, vel matris, quę tranſiuit ad ſecunda vota, perdunt beneficium eis conceſſum p l. hac edictali C. de ſecund. nupt.*

Et de ratione num. 2.

3 *Lex hac edictali C. de ſecundis nupt. quid diſponat?*

1 Centeſimus trigeſimus effectus eſt, quia liberi primi matrimonij ingrati, & inimici patris, vel matris, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, perdunt beneficium eis conceſſum per l. hac edictali C. de ſecund. nupt. *tex. eſt in l. fin. C. de ſecund. nupt. vbi Bald. & Salic. Rip. in l fin. num.* 13. *C. de ſecund. nupt. Hodiern. in l. hac edi-*

2 *ctali q.* 11. *nu.* 32., vbi dicit rationem eſſe, quia propter ingratitudinem à parentum ſucceſſione repelluntur, vt inquit *tex. in l.*

3 *fin. idem dicit q.* 12. *nu.* 54., diſponitur namq; in dicta l. hac edicta li, quod coniux tranſiens ad ſecunda vota non poteſt vllo modo in ſecundum coniugem trāſferre plus, quam reliquerit vni ex filijs primi matrimonij, cui minus reliquerit, & quod vltra reliquerit, non valet, ſed inter liberos æqualiter diuiditur, circa quam

quam materiã vidẽdi ſunt *Barboſ. & Hodier. in d. l. hac edictali, Cutell. de donat. tract. 1. diſc. 3. p. 5. Merlin. de legit. lib. 3 titul. 1. q. 2. & lib. 4. tit. 11. q. 3. Giur. ſuper conſu. Meß. cap. 8. Gl. 1. nu, 1. Capriol. de ſucc. ab inteſt. lib. 1. nu. 99.* Rot. *poſt* Merlin. *de legit. dec.* 104. *Facch. cõtr. iur. lib. 3. cap. 66. 67. 68. 69. & 70 Noal. de tranſm. caſ. 13.* Cãcer. *ca. 15. & 21.* Merend. *lib. 12. cap. 48. Coſt. de Rat. q. 85. & 150. Rouit. dec. 12. Steph. Duran q. 16. 41. & 46.* Mut. *conſue. 43. & 44. & ſuper prag. de dilat. & reſcript tit. 16 nu. 52.* Merend. *contr. iur. lib. 23. ca. 4. cum plur. ſeq.*

CXXXI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Filij inimici, & ingrati non acquirunt lucra legalia ob ſecundas nuptias parentum.*

2 *Coniuges ad ſecunda vota trãſeuntes tenentur reſeruare lucra prioris matrimonij filijs eiuſdem matrimonij.*

3 *Pater ſecundo nubens, an perdat liberorũ adminiſtrationẽ, et tutelã?*

4 *Mater tranſiens an conſequatur legitimam ex boni primi viri in filium ſibi præmortuũ peruentis?*

1 Centeſimus trigeſimus primus effectus eſt, quia liberi inimici, & ingrati non acquirunt lucra legalia ob ſecundas nuptias parentum *Auth hæres C. de ſecund. nupt. vbi Barboſ. Hodier. in l. hac edictali q. 12. nu. 85. Bocc. ſup. conſt. March.* Gl. 9. *n. 50. et 51.*

2 Coniuges namque ad ſecunda vota tranſeuntes tenentur reſeruare lucra prioris matrimonii filiis eiuſdem matrimonii *l. fæminæ, et l. generaliter* C. *de ſecũd. nupt. vbi Barb.* multas examinat queſtiones, *ad materiã Io. Bellon. conſ. 60. Peregr. dec. 82. Farinac. in Poſth. deciſ. 777. Ferr. ſuper conſtit. los* Impubers *Gl. 2. nu. 170. Facch. contr. iur. lib. 3. cap. 63. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. q. 6. Seuer. reſolut. 5 poſt q. Forenſ. Nouar. lib. 2. Hieron. de Leo dec. 158. lib. 2.* Carroc. *ſing. 62 250. & 379. Peregr. deciſ. 77.* Cutell. *Sp. 40. nu. 6. Carac. deciſ. 22 nu. 40.* Font. *dec. 50. & 59.* Maſtril. *deciſ. 212. nu. 5. Mut. conſuet. 47. num. 69. & 70.*

3 Sed an pater ſecundo nubẽs perdat liberorum adminiſtrationem, & tutelam? & pro negatiua concludit *Barb. in d. l. generaliter n. 8. et 9. poſt multos quos citat*

4 Et an mater tranſiens ad ſecũnda vota vti ingrata, & inimica ex bonis primi viri in filium ſibi præmortuum peruentis conſequatur legitimã? videndus *Sperell. deciſ. 32. per totã*, qui contra Menoch. & Merl. in locis per eum citatis tenet *Meren. cõtr. iur. lib. 23. cap. 3.*

CXXXII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Bona inimicorum poſſunt deprędari.*

2 *Inimici ſunt in dupplici differentia priuati, & publici.*

3 *Inimici publici ſunt in triplici differentia.*

4 *Inimicitia duplex eſt vna manifeſta, altera occulta.*

5 *Inimicitia inter quas perſonas oriatur?*

6 *Carrucia, vel vehicula ſi ſe obuiant in via arcta quid agendum?*

7 *Inimicus an poſſit inuadere res ſui inimici, & ſuas facere? numer. 6.*

8 *Repraſaliæ an poſſint concedi contra hoſtes?*

1 CEnteſimus trigeſimus ſecundus effectus eſt, quia bona inimicorum poſſunt deprędari *Caſtill. deciſ.* 107. *á nu* 7.
2 & 11. loquendo de publicis inimicis; quia inimici ſunt in dupplici differẽtia, vt notat *Menoch. conſ.* 102. *num.* 15., alij dicuntur priuati, vt ciuis, contra ciuem, nobilis cõtra nobilem, plebeius contra plebeium, de quibus loquitur *text. in l. ſi quis ingenuum paragraph. in ciuilibus ff. de Capt. & poſtlimini. reuerſ. l. vnic. C. ſi quac. prad. pot. & l. liberi C. de inoffic. teſtament. Igneus in l. ſeptuageſim. tert. & ſeptuageſim. quart. C. ad Syllan. Raphaell. Comm. conſil.* 161. *Menoch. vbi ſupra num.* 16., alij vero dicun-
3 tur publici, qui ſunt in triplici differentia; nã aliqui hoſtes ideſt perduelles appellantur *l. hoſtes ff. de Capt. & poſt lim. reuerſ. l. hoſtes & l. quos nos ff. de verb. ſignific.* alij vero dicuntur publici inimici, & hoſtes impropriè, quales ſunt, qui fœdus, vel fidem eorum ſuſcipiũt, cum quibus nulla fides, vel amicitia contracta eſt; de his loquitur *tex. in l. poſtliminij* §. *in pace, & l. poſtliminium paragraph. transfuga ff. de Capt. & poſtlimini. reuerſ. l.* 1. *paragraph. cum dominus ff. ad Syllan.* Tertij vero publici inimici dicuntur, qui nec propriè hoſtes ſunt, nec ius poſtliminij habent, quales ſunt ij, qui inimici efficiuntur, cum duę ciuitates, vel duo Principes, qui ſuperiorem non recognoſcunt, inter ſe bellum mouent, de quibus loquitur *l. non dubito ff. de Capt. & poſtlim. reuerſ. notat* Menoch. *in dicto conſi* 102. *á num.* 18., ſicut
4 etiam inimicitia dupplex eſt vna manifeſta, altera vero inteſtina, ſecreta, & occulta, quę non ſolum habet locum inter homines, & animalia, verum etiam inter res inanimatas, vel ſaltem animam vegetatiuam habentes, vt notat *Lel. Zanch. de duel. inter milit. Eccleſ. & ſacul. ſuper verbis Matthæi cap.* 5. *diligite inimicos veſtros, &c. lib.* 1. *cap. octau.*, vbi enumerat animalia, interquæ adeſt capitalis inimicitia, & *capit. quadrageſimo tertio*, qui etiam *à cap. nono vſque ad vigeſi. tert.* argumentando pro ſeculari milite enumerat perſonas inter quas oriri ſolet inimicitia

citia puta inter offenſum, & of-
fenſurē, inter virum, & vxorem,
inter regentem patriam, & ple-
bem; inter nobilem, & ignobilē;
inter milites, & pacis amatores,
inter pueros, inter ſapientem, &
ignarum, inter prudentem, & fu-
rioſum, inter religioſum, & pec-
catorem, inter ipſos religioſos;
inter patrem, & filium, inter ſo-
crum, & nurum, & inter artifi-
ces, inter habentem dignitatem
& non, & ego addo inter priui-
gnum; & nouercam præſumitur
namque nouerca inimica priui-
gnorum *Cauale. de tutor. nu. 138.*
R. ol. ana conſul. 31. nu. 25. Hodien
ad dec. Surd. 164. nu. 6. & à ca. 40
Zanch. reſpondet argumētis, & lib.
6 *2. cap. 4. num. 2.* notat *Lel. Zanch.*
vnum quotidianum, & notabile
quod ſi in via arcta duæ carro-
ciæ, vel vehicula ſe obuiarent, &
ambo tranſire non poſſunt, ille
debet retrocedere, qui fuit præ-
uentus, *bene Cyriac. contr. 274. nu.*
2. à n. 16., qui inquit quod ſi cō-
ſtat, quis prius intrauerit, & oc-
cupauerit viā, ille vincit, ſi ambo
ſunt pares, & nemo eſt in culpa,
locus eſt gratificationi, vel ſorti,
ſi vnus potuit præuidere alium
intrantem, & venientem, ille de-
bet retrocedere, maxime ſi ille
prior acclamauit, *& nu. 17.*, di-
cit quod minor debet cedere
maiori, pedeſter debet cedere
equeſtri, niſi tranſeundum eſſet
per lutum, & aquam, quia eque-
ſter debet cedere ſemitam ſiccā
pedeſtri, equeſter vero debet ce-
dere quadrigæ, & quadriga vti
facilioris motus currui, præſup-
poſita paritate, currus vacuus de-
bet cedere onerato, maxime ſi
adeſſent res fiſcales, dotales, vel
pupillares. In via vero capaci
duarum curruum, vel quadriga-
rum (inquit) communis conſue-
tudo eſt, quod vnus quiſque teneat
manum dexteram, quia hoc pa-
cto nemo perdit de iure ſuo, nec
vſurpat de alieno, & ſi ſunt pa-
res, quilibet habet dimidiam ſe-
mitam planam, & frequētatam,
& ita etiam in ciuitatibus car-
rociæ obuiantes quælibet tenet
manum dexteram, *& nu. 21.* no-
tat quid obſeruatur in ſua pa-
tria, ſcilicet, quod plauſtra onu-
ſta cedunt Carrocijs, Carrociæ
conductitiæ cedūt Carrocijs pri-
uatorum dominorum, & inter
hac potiores ſemper ſunt, quæ
tendunt ad vrbem alijs, recedē-
tibus à ciuitate, & quod plauſtra
vacua cedunt onuſtis.

7 Sed an res aduerſariorū poſ-
ſit quis inuadere, & ſuas facere?
Quod non, eſt vera opinio, niſi
in compēſationem damnorum
ſuorum, expēſarum, & laborum,
& operum ſatisfactionē, auxiliā-
tium, & adiuuātium ipſum *c. ius*
gentium 1. diſt. c. ſi de rebus 23. q.
7., vel inueniret delinquentem
in ſuo territorio, & quando quis
non habet ſuperiorem, quo ſua
repetere poſſit, tunc poteſt pro-
pria authoritate recuperare *l.*
Iudei, & l. Nullus C. de Iud. et ibi
Gl. Abb. in c. ſicut de iur. iurād. Iul.

Ferret.de bell.iuſt.& iniuſt.n.135.

8 Et de repreſalijs, an poſſint contra hoſtes concedi,& de quibus intelligatur vide *Ari. Meſſ. Var.reſol.lib.2.cap.23.*

CXXXIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Inimicis, & hoſtibus iuſte bellū indicitur.*

Intellige num.2.

3 *Priuatus ſi bellum moueat Principis authoritatem vſurpat; & eſt puniendus.*

4 *Amicis bellum indici nō poteſt niſi tribus concurrentibus.*

5 *Finis belli pax eſt.*

6 *Belli ſuperſeſſoria eſt tregua.*

7 *Dux belli non poteſt pacem promittere.*

1 Centeſimus trigeſimus tertius effectus eſt, quia inimicis,& hoſtibus, pro vt sūt Saraceni, iuſtè bellum indicitur *Iul. Ferret.de bell.iuſt.& iniuſt.n. 54 & ſub nu. 100. Cacher.in ſua diſput.poſt dec.nu.19.Caualc.de Brach Reg.p.1.n.279.*, imo contra eos bellum eſt perpetuo indictum, ita *Maſtril poſt Couarr. Ferrett. Cacher. Caball. Velas. &*
2 *alios d.c.254.n.13.*, quod intellige ſi indicatur à Principe,quia Princeps ſolus habet ius indicēdi belli,& mouēdi, quod eſt ius regium ab eius perſona inſepa-
3 rabile. Vnde ſi priuatus bellum moueat, Principis authoritatem vſurpat,& eſt puniendus *Fulu. Cōſt in Lud.C.vt arm.vſus lib.11. à nu.2.*, vbi plures quæſtiones ad materiam attinentes examinat.

4 Amicis vero non niſi tribus concurrentibus indicēdum eſt bellum, primo quod fiat authoritate ſuperioris habentis ius bellum indicendi, quod fiat iuſta de cauſa, & quod moueatur recta ratione, hoc eſt zelo iuſtitiæ, nō autem aliqua animi paſſione,vel odio,& deficiente vno ex his tribus,qui bellum indicit mortaliter peccat, & tenetur ad reſtitutionem omnium damnorum *Frāc.Nigr.Cyriac.in diſquiſ. Ducat.Mant.art.1.nu.1.2.3.et 4. ad materiam Caual.loc.cit.n 280.*

Sed an miles extraneus,vt licite poſſit militare in exercitu alicuius Principis teneatur examinare iuſtitiam belli? *R.P. Dia. reſol.28.tract.5.Miſcell an.ſa.11.*

5 Et bellum non dicitur finitū licet de facto nō prælietur, quia finis belli ſola pax eſt *Ariſt.in polit.lib.7.cap.15. Cancer.Var.reſol. cap.11.de Tregu.& pac.n.5. Lācellot. Corrad.in templ.iudic p.6.in princ.Guaz.de pac.q.3.*,& belli ſuperſeſſoria eſt tregua *Guaz.de*
6 *Treg.q.1.*,tregua namq; eſt ſecuritas data perſonis, & rebus diſcordia non dum finita, & pax eſt finis diſcordiæ *Bonifac. Vit. de Treg. & pac.in princ. quem citat Iacob.Put.q.25.n.11. Iul.Ferr. de ſer.ſeu induc.milit.in principio,*
7 *Cancer.loco citato nu.4.*,& pax nō poteſt à Duce belli promitti

Taſſon.

Taſſon.de Anteſ.verſ.2.obſe.4.ſub n.49.Iul.Ferret.de ſer.ſeu Induc. milit.nu.128.& 156.,ſed quando belli ſtatus id exigit poteſt pro breui tempore treguam cõcedere *Roger.conſ.23.n.84.Fulu. Conſt.in l.vn.nu.32.& 33.C.vt arm. vſ.*, vbi ſicut ad ſolum Principem ſpectat bellum indicere,ac mouere,ita etiam ſuum eſt ipſum finire,vel in totum per pacem,vel ad tempus per inducias:neq;poteſt facere Dux belli, niſi ſint induciæ ad breue tempus, & aliqua ex cauſa, veluti corporum curandorum, vel ſepeliendorum.

Sed an ſuppoſita iuſtitia belli licitum ſit principibus Chriſtianis inire fœdus cum infidelibus pro mutuo auxilio exhibendo? *R.Dian.in trac.de Princ.Chriſtia. fœd.cum Turc.reſol.1.2.3.& ſeq.*

CXXXIV. EFFECTVS.

SVMMARIVM

1 *INimicus poteſt prouocare inimicum ad duellum.*

2 *Conſuetudo obſeruata perinde eſt,ac ſi de iure eſſet permiſſa.*

3 *Duellum eſt licitum,quando cõſuetudo generalis illud permictit.*

4 *Offenſus videtur aſtrictus honorem ſuum recuperare.*

5 *Offenſus famam ſuam tamquã crudelis negligeret, ſi aduerſariũ ad duellum non prouocaret.*

6 *Timor honoris,& infamia non eſt minor quam mortis.*

7 *Vitam ſuã,quis defendere debet*

8 *Honorẽ ſuũ quis debet defendere*

9 *Duellũ omni iure eſt prohibitum.*

10 *Duellum an ſit licitum acceptare propter metum infamiæ.*

11 *Bullę,& ll.de duello loquentes, an comprehendant acceptantem duellũ pugna non ſequuta.*

12 *Conſuetudo permictens duellum non valet.*

13 *Duellantes in duello mortui carent Eccleſiaſtica ſepultura.*

14 *Quid ſi ſint mortui alio die.*

15 *Duellantes,an gaudeant Eccleſiaſtica immunitate.*

16 *Duellum non dicitur ſi inuemeſi inuicem iracundę ſe inuitant ad digladiandum.*

1 CEnteſimus trigeſim⁹ quartus effectus eſt,quia inimicus ſecundum conſuetudinem militum, ac nobiliũ poteſt prouocare offendẽtem ad duellum *Mutius de Duell.lib.1.ca.2.Fauſt. lib.1.ca.12.Poſſeuin.lib.5.de honor.*

2 *fol.244.*,& cum huiuſmodi conſuetudo obſeruetur,perinde eſt, ac ſi de iure permicteretur *Dec. conſ.487.& 688.Pariſ.conſ.31. nu.2.Cagnol.in l.fauorabiliores ſub*

3 *nu.14 de regul.iur.*,& in puncto, quod duellum ſit licitum,quando conſuetudo generalis illud permictit *Bald.in l.is,pęnes quem in fin.C.de poſſ.& in Rub. C.de dedit.libert.tollend.in fin. quem citat Cephal.conſ.57.nu.3.lib.1.Iul Ferret.conſ.11.nu.4.& de duell.n. 21.Sanfel.dec.199.ſub nu.18.*, & offenſus videtur aſtrictus honorem

rem

rem ſuum recuperare *l. pro vt*
quiſq. ff. de ſolut. Mutius de duell.
5 *cap. 9. circa medium*, & famã ſuam
tamquam crudelis negligeret, ſi
aduerſarium ad duellũ non pro-
6 uocaret *c. vlo 11. q. 1.*, nec mi-
rum, videtur timor honoris, & in
famię quam mortem *l. iuſta ff. de*
man. vbi ad it. Grammat. conſil. 1 ũ nu.
7 18., vnde ſi quis debet defende-
re vitam *l. vt vim ff. de iuſt. &*
8 *iur.*, multo magis honorem, &
honor non modo viliſſimis ſa-
cularibus, ſed proprię vitę ante-
poni debet, debetque, quis velle
potius mori quam relinquere
honorem, verecundiaque eſt in-
iuriam inultam relinquere, bo-
ne *Simoncell. de decret. lib. 2. tit 6.*
Inſpec. 16 ſub n. 1:37. & ſeq. Larr.
allegat fiſc. 117. ſub num. 49. pro
vt hęc, & alia conſiderat *Cephal.*
dicto conſ. 57 ſub nu. 3. 4. 5. 6. et 7.
de quo mentionẽ facit Paul. Fuſc.
in ſingul. verbo duellum nu. 134.
Faciunt, quę ſcripſi ſupra in pręlud.
á nu. 100. Lel. Zanch. de duell. in-
ter milit. ſacr. & ſacul. cap. 34.
9 Contraria tamen ſententia
verior eſt; cum duellum omni
iure ſit prohibitum, ſcilicet diui-
no, gentium, ciuili, & canonico,
de iure Sacri Conc. Trid. vigore
bullarum diuerſorum Summo-
rum Pontificum, vigore prag-
maticarum diuerſorum Princi-
pum, & Conſtitutionum Regni,
de quibus mentionem facit *Io.*
Mar. Nouar. ſup. prag. Reg. Neap.
de duell. collec. 1. nu. 1. 2. et 3. Paul.
Fuſc. ſub dicto nu. 134. bene Luc.
Florian. de probib. duell. cap. 1. §. 1.
nu. 2. & 3. Larr. alleg. fiſc. 117. nu.
34. & 41. Ciarlin. cap. 115. nu. 1.
& 2. Mut. conſuet. 6. á nu. 1. et ſu-
per prag. tit. 37. nu. 1. & 4. Auend.
de Mex. lib. 2. cap. 47. à n. 1., & per
10 totam quęſtionem examinat, an
propter metum infamiæ ſit lici-
tum acceptare duellum? *Intrigl.*
ſingul. 149 nu. 3. lib. 2. Caſtill. dec.
171. nu. 60. Ricc. in prax. Var. reſol.
reſolut. 170. nu. 1. & in prax. for.
Eccl. to. 3 in prax. Bull. Cle. 8. reſol.
47. 48. Marin. reſol. 110. n. 21. vbi
11 examinat, an bullę, & ll. compre-
hendant acceptantem duellum,
pugna aliter nõ ſequuta, nec ac-
ceſſu ad locum per prouocãtem
deſtinatum? *Iul. Ferret. conſ. 1. nu.*
2. & in tract. de duell. Barb. de pot.
Epiſ. p. 3. alleg. 50. n. 120., vbi etiã
quod Epiſcopus ab excommu-
nicatione contracta ob aliquod
delictum in cauſa duelli poteſt
abſoluere, quando delictum eſt
occultum, idem dicit *Bonac. de*
excom. diſp. 2. q. 6. punc. 1. propoſ. 5.
& vide Anton. Thes. de pęn. Eccl.
part. 2. cap. 5.
12 Nec conſuetudo permictens
hæc duella valet *Vin. dec. 66. No*
uar ſupra dicta collect. 1. n 4. Mut.
dicto tit. 37. nu. 3. bene Luc. *Floriã.*
de prohib. duell. cap. 3. §. 1. ſub nu. 6
verſ. nono, & ſub nu. 33., vbi in-
quit, conſuetudo igitur quæuis,
ſtatutũ etiam, ac priuilegiũ non
valent quæcumq; ſint, quæ alias
ante bullas obſeruabantur, & ſic
tollitur omnino, quod dixit *Ce-*
phal. conſil. 17. nu. 1. cum duobus
ſequen-

Digitized by Google

ſequētibus, quatenus vult ex cōſuetudine generali licitum eſſe duellum, & etiam, quod inquit nu. 41. admicti duellum ex conſuetudine inter habiles, non autem inter indignos, quem ſequitur *additio ad Iaſon. conſ. 144. in verbo, quod duellum*, non valet etiam conſuētudo, quæ eſt in Vngaria, qua duellum admictitur *ſecundum Signorol. conſil. 96. relatū ab Em. Tuſch. in citata cōcl.* 885. *nu.* 6. & quamuis *Curt. Iun. in citato conſ.* 173. *nu.* 7. dicat nō tolli futuram conſuetudinem, illius dictum intelligitur ſecundum declarationem dicti *Tuſ.* in citata concluſione nu. 28. vt ſcilicet procedat, vbi non eſſet cōſuetudo nutritiua peccati, & cōtra præceptum, vti eſt conſuetudo de duello commictendo, hęc ille, *bene etiam Iul. Ferret. conſ.* 2. *ſub num.* 4. *ad finem.*

13 Et duellantes carent eccleſiaſtica ſepultura, ſi in duello mori acciderit *Nouar. dicta collect.* 1. *n.* 8. *poſt multos Iul.* Ferret. *de duell. num.* 34. *&* 94. *Ricc. in prax. for. Ecc. to.* 3. *reſol.* 49. *nu.* 3. *Bonac. de excom. diſp.* 2. *q.* 6. *punc.* 1. *propoſ.* 3. *nu.* 22. *Iul. Ferret. de duel. nu.* 94.

14 Quid ſi non ſunt mortui in duello, ſed alio die ſigna contritionis oſtendentes? dic quod eccleſiaſtica ſepultura non priuātur, vt concludit doctiſſimus *Marin dicta reſolut.* 110. *num.* 7. Contrarium *Ricc. in prax. for. eccl. to.* 3. *reſol.* 53. *Bonac. vbi ſupra.*

15 Nec eccleſiaſtica immunitate gaudent *Mar. Ital. de immun. eccl. cap.* 5. §. 4. *num.* 42.

16 Sed aduerte, quod non dicitur duellum, quādo iuuenes calore iracundiæ ſe inuitant ad digladiandum *Nouar. pragm.* 1. *de duel. collect.* 2. *nu.* 4. *Marin reſolut.* 110. *nu.* 9. *Ricc. in prax. Var. reſol. reſolut.* 170. *nu.* 3. *& in prax. for. eccl p.* 3. *reſolut.* 51. *& poſt reſolut.* 55. *in miſcel. duell.*

Ad materiam duelli videndi ſunt *Iul. Ferrett. Alciat. & Luc. Floron. de duel. Taſſon. de antefat. verſ.* 12. *obſ.* 1. *alleg.* 26. *ſub nu.* 67. *& Ricc. dicta p.* 3. *à reſol.* 47. *vſque ad* 56. *Bonac. loco citato propoſ.* 3. 4 *&* 5. *Ricc. collect.* 616. *Franc. de Petr. conſi* 43. *R. P. Dian. tract.* 4. *de homicid. & reſt. reſol.* 50, vbi an ex occiſione facta in duello oriatur obligatio reſtitutionis? *et reſolut.* 27. *trac.* 6. *Miſcel. tom.* 11. *& tract.* 8. *reſol.* 21. *to.* 11., vbi an pęnæ contra duellantes ipſo facto incurrantur? *Farin. q.* 19. *nu.* 23. *&* 24. *prag. vn. tit.* 37. *de pęna prouocantium ad duellum, illudq; acceptantium, Larr. omnino alleg ſiſc.* 116. *et* 117., vbi etiam an duella boni publici cauſa poſſint permicti *Anton. Theſaur. de pęn. eccleſ. p.* 2. *verbo duellum cap.* 1. 2. 3. 4. 5., vbi inter alia, an clerici commictentes duellum ſint ipſo iure ſuſpenſi? & determinat quod non, ſed ſuſpendendi perpetuo, ſeu deponendi.

CXXXV.

CXXXV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Baro non poteſt eligere capitaneum ſuum conſanguineum ſtante inimicitia inter ipſum, et vaſſallos.*

2 *Capitaneus eſt ſubordinatus, et dependens à domino.*

3 *Factum domini, et eius officialis dicitur correſpectiuum.*

4 *Baro poteſt eligere capitaneum ſuum conſanguineum.*

5 *Quilibet poteſt eſſe capitaneus, niſi lege prohibeatur.*

6 *Excluſio vnius eſt incluſio alterius.*

7 *Capitaneus baroni coniunctus non eſt ſuſpectus vaſſallis.*

Et quando ſecus? num. 8.

9 *Iudex poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio.*

Fallit quando aſſumit defenſionem pro ſua iuriſdictione nu. 10

1 Centeſimus trigeſimus quintus effectus eſt, quia contracta inimicitia inter Baronē, & vaſſallos non poteſt baro eligere capitaneum ſuum conſanguineum *l.lex cornelia ff.de iniu.*
2 nam capitaneus vti ſubordinatus, & dependens à domino præſumitur, & ipſe animoſus *l.ita* §.
3 *geſſiſſe ff.de adm.tut.*, cum factum domini, ac eius officialis, dicatur correſpectiuum *Innoc. in c. inſinuante de offic.delegat. Regens Sāfel.dec.63.to.1.nu.35.*, qui ſic refert deciſum ſub die 19. Decēb. 1590. cum eſſet creatus per Baronem Terræ Quaglie&tæ eius affinis, fuit per Sacr.Cōcil. dicto die prouiſum, quod ſe abſtineat,
4 licet non exiſtente cauſa odii, inter ipſum Baronem, & vaſſallos poſſit baro eligere conſanguineum; cum non reperiatur prohibitum in iure, & quilibet ad-
5 mictitur, niſi lege reperiatur prohibitus, & in his, quæ ſunt à iure permiſſa facilior modus eſt
6 prohibitas perſonas præponere, & per conſequens aliæ cēſentur admiſſæ *l.cum prætor ff.de iud. Sā-*
7 *felic. vbi ſupra*, vbi recte aduertit, quod nec capitaneus dicitur ſuſpectus vaſſallis ex coniunctione cum Barone, quia non iudicat cauſas inter Baronem, & vaſſallos, & ſi incidenter propter iuriſdictionem tangat intereſſe Baronis, quia hoc intereſſe eſt extra rem, & idem eſſet in extra-
8 neo; niſi baro aſſumeret defenſionem pro ſua iuriſdictione in aliquo caſu; nam tunc ſicut eſſet ſuſpectus iudex, ita eſſet ſuſpectus baro, & licet alias iudex cognoſcere poſſit, an ſua ſit iuriſ-
9 dictio, tamen quādo aſſumit de-
10 fenſionem pro ſua iuriſdictione ſuſpectus redditur, vt aduertit *Ill. Regens Sanfel. loco ſupra citato*

CXXXVI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratio non eſt impedienda capitaneo pendente lite*

lite ſuper nullitate creationis, quia conſanguineus eſt num. 1.

Niſi ante captam poſſeſſionem opponatur de inimicitia baronis cũ vaſſallis num. 2.

Secus ſi capta poſſeſſione nu. 5.

3 *Lite pendente nihil eſt innonandum.*

4 *Citatio tantum ſufficit ad hoc vt lite pendente nihil innouetur.*

1 CEnteſimus trigeſimus ſextus effectus eſt, quia lite pẽdente ſuper nullitate creationis officialis, qui coniunctus ſit baroni, oppoſita tantum conſanguinitate non eſt impedienda adminiſtratio, tamen ſtante cau-
2 ſa inimicitiæ inter baronem, & vaſſallos ſi ante captam poſſeſſionem opponatur de inimicitia lite pendente impeditur adminiſtratio, *ita ex Bartol. in l.* 1. *ff. de gland. legend. et Franc. dec.* 419. *firmat Regens Sanfel. dec.* 63. *to.* 1. *n.* 41. *& ex text. in l. Imperatores in verſ. ſi magiſtratus ff. de appellat.*
3 Facit regula, quod lite pendente nihil debet innouari, & non debet qs poſſeſſionẽ capere *Lancel. de Attent. in præfat. in* 2. *p. c.* 4. *Illat.*
4 1. *nu.* 349., & ſufficit citatio tantum ad hoc vt nihil poſſit innouari *c. cum M. Ferrarienſis in fine de conſt. & c. Eccl. S. Mariæ vt lit. pendent. & Clem.* 2. *eodem titul.*
5 ſecus vero eſt ſi capta poſſeſſione opponeretur, quia nõ remoueretur lite pendente *Præſes de Franc. dec.* 264. *Sanfel. vbi ſupra num.* 42.

Sed hic non videtur propriæ effectus inimicitiæ, cum ſupradicta procedant ex quacumq; cauſa ſit nulla electio, & non tãtum ex capite inimicitiæ, vt ex rationibus ſupradictis ſatis liquet.

CXXXVII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non poteſt fieri per edictum, vbi perſona eſt certa, & locus in quo illa reſideat.*

Fallit quando locus vbi citandus degit, non eſt tutus citanti, vel miſſis ab eo propter inimicitiam num. 4.

Et iſto caſu edictum debet poni in loco viciniori, vt poſſit deuenire ad notitiam citandi.

2 *Iudex non debet deuenire ad citationem per edictum ſi habet aliũ modum citandi.*

3 *Citatio per edictum eſt remedium ſubſidiarium.*

1 CEnteſimus trigeſimus ſeptimus effectus eſt, quia vbi perſona eſt certa, & locus certus, in quo illa reſideat, eſt citanda perſonaliter per literas directas ad iudicem, in cuius territorio degit, & non per edictũ *Oldrad. conſil.* 43. *num.* 7. *Felin. in c. cognoſcentes num.* 8. *de conſt. Iaſon. conſil.* 86. *num.* 12. *in fine lib.* 3. *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 8. *num.* 11. *Suar. de pax. in prax. tom.* 2. *pag.* 15. *num.* 10. 11. *Virgil. de legitim. perſon. Curat. cap.*

14 *num.*10. *Petr. Barboſ. in l. ad peremptorium num.*99.*& *100.*ff. de iudic.ſcripſi d. citat.to.*1. *quaſt.*
2 8.*nu.*5., vbi quod iudex ad eam deuenire non poteſt, ſi alium modum citandi habet, puta per vocem, literas, perſonaliter, vel
3 ad domum, cum ſit remedium ſubſidiarium, *& tom.*3. *in addit. ad dictam quaeſ.*8. *Monet. de iudic. conſeruat. cap.*8. *num.*40. *& *41.
4 tamen quando locus, vbi citandus degit, non eſt tutus citanti, vel miſsis ab eo, vel propter bellum, vel propter inimicitiam, vel alio modo, citatio per edictū admictitur *Clem.* 1 *de iudic. Barboſ. vbi ſupra num.*102. *Menoch. conſil.*1142. *& dicto remed.*8. *Virgil. dicto cap.*14. *ſub num.*10., vbi nonnulla de hac citatione, *Vant. de nullitat. ex defect. citat. nu.*142. *ſcripſi poſt hos, & aliosde citation. dicta quaeſt.*8. *num.*19. *& tom.* 2. *in addit. ad dictam quaeſt.*8. *num.*7 *Monet. dicto cap.*8. *nu.*45. *& nu.*
5 46. dicit, quod iſto caſu edictum debet poni, & legi in loco viciniori, ita vt veriſimiliter ad notitiam citandi deuenire poſsit; & multa de hac citatione per edictum diſcurrit *á num.*39. *& vide, qua ſcripſi dicta quaeſtion.* 8. *num.*48.

CXXXVIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *MAritus poteſt citari in domo, in qua vxor habitat, & è contra.*

Fallit quando mulier eſt inimica viro, quia tunc maritus non poteſt citari ad domum vxoris numer. 2.

De ratione num. 3.

1 CEnteſimus trigeſimus octauus effectus eſt, quia licet ſufficiat citare maritum in domo, in qua vxor habitat, & è contra *Rebuff. ſuper conſtitut. Gall. tom.*2. *titul. de citation. artic.* 2. *Gloſſ.*3. *num.*7. *Menoch. de praeſumpt. lib.*2. *praeſumpt.* 27. *Rouit. ſuper pragmat.*2. *de citatio. numer.* 10. *&* 11. *Miſinger Cent.*3. *obſeruat.*37. *ſcripſi poſt hos, & alios de citat. tom.*1. *queſtion.*12. *num.*85. *& tom.*2. *in addit. ad dictam quae-*
2 *ſtionem num.*14., tamen quando mulier eſt inimica viro, maritus non poteſt citari ad domū vxoris *Ricc. collectio.*3892. *Scial. in prax. foriudic. cap.*6. *numer.*14. *Thor. in ſupplem. Compend. deciſ. Neapolit. verbo citatio, Anichin. de preuēt. inſtrumen. cap.*4. *dub.*3. *nu.* 43. *ſcripſi dicta queſtio.*8. *ſub num.* 87. *& in addit. tom.*2. *numer.*18. *& tom.* 3. *in addit. ad eamdem*
3 *queſtionem numero octauo*, ratio eſt, quia tunc maritus non praeſumitur ibi habitare, vt ſcripſi in dictis locis.

CXXXIX.

CXXXIX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Doctor per inimicitiam priuatur doctoratu.*

2 *Miles propter inimicitiã priuatur cingulo militiæ?*

3 *Remiſſio offenſa non poteſt per ingratitudinem reuocari?*

4 *Remiſſiones á quibus obtineri debeant?*

Facta à perſonis legitimis, an præiudicent Reipublicę et fiſco? n.5

Conditionales an valeant? n. 6.

Factę pecunia mediante, an valeant? num.7.

Factę in articulo mortis in manibus confeſſoris, an poſſint reuocari? num.8.

9 *Remiſſio facta de vulnere ſi deinde ex tali vulnere mors ſequatur non prodeſt vulneranti.*

Fallit niſi fuiſſet dictum in remiſſione, etiam ſi mors ſequatur? num.10.

11 *Remiſſio facta á parte minuit condemnationem.*

Et quando ſecus? num.12.

1 CEnteſimus trigeſimus nonus effectus eſt, quia per inimicitiã doctor priuatur do-
2 ctoratu, & miles cingulo militiæ *l. 1. §. fin ff. de obſeq. a lib. patr. pract. Ripa in l fin. nu.10. C. de reuoc. donat. quem citat, et ſequitur, Surd. de aliment. tit. 6. quæſt. 18. num. 12.*

3 Sed an remiſſio offenſę poſſit per inimicitiam, & ingratitudinem ſuperuenientẽm reuocari? *Lucas de Penn. quem citat, & ſequitur, Iul. Ferret. de Ferſeu induc. milit. nu. 181.* negatiuam tenet opinionem, quia ſicut accuſatio primo competens per pactum, & renunciationem ipſo iure ſublata per contrarium pactũ nõ poteſt reſuſcitari, minus poterit reſuſcitari per ingratitudinem, & inimicitiam, quæ pacti, & cõuentionis tacitę inſtar habet ſcripſi etiam effectu 28. num. 8.

Sed vide *Rouit. ſuper prag. Reg. Neap. prag. 7. de compoſit. à nu. 1* ò qui bene diſtinguit, nam aut ex noua offenſa prætendit offenſus reuocare remiſſionem factam reſpectu vindictæ, & vltionis iniuriæ, & offenſæ in perſonam illatæ, & ſine dubio non poteſt reuocari, quia talis remiſſio delet actionem criminalem, & non eſt donatio, ſed exhibitio Chriſtianæ pietatis, & debiti perſolutio ex præcepto diuino, cũ ſcriptum ſit in Euãgelio, ſi quis percuſſerit maxillam tuam præbe ei, & alteram. Aut prætendit reuocare remiſſionẽ reſpectu dãni & intereſſe relaxationem, & tunc ſi remiſſio eſt facta gratis, cum ſit mera donatio poteſt reuocari ex omnibus cauſis ingratitudinis à lege introductis cõtra donatarium ingratum de quibus *in l. fin. vbi DD. C. de reuoc. donat.* ſi vero remiſſio facta eſt recepta mercede in emendationem damni, & intereſſe paſſi & tunc nulla eſt donatio, & cõſequenter nulla cadit reuocatio, &

& vide *Ann. in c. 1. de vaſſal. decrepit ętat. num. 1 11.*

4 A quibus vero obtineri debeant remiſſiones,& paces? videndi ſunt *Addit. ad Gizzar. deciſ. 4. nu. 30. Maſtrill. de indult. ca. 24. á nu. 58. Mut. ſuper* Cap. Reg. *Federic. 117. à nu. 34. Nouar. qq. for. 68. lib. 1. Ball. lib. 5. prag. 5. tit. 28. nu. 15. Gutt. in Auth.* Sacramenta *puberum* C. *ſi aduerſ. vend. n. 135. & 138. Marin. reſolut. 151. nu. 7.*

5 Et an tales remiſſiones factæ à perſonis legitimis præiudicēt Reipublicę,& fiſco? *Maſtril. deciſ. 207. nu. 2. 5. & ſub nu. 13. Berar. in ſpecul. viſit. cap. 3. ſub num. 60.*

6 An cōditionales valeant? *Mut. dicto cap. 117. nu. 9. Gizz. dec. 11. & addit ad eum Horat. Barbat. de fideic. p. 1. cap. 6. à nu. 35. Maſtrill. dec. 38. Rouit. dec. 4. Ameſc. de pot. in ſeipſ. lib. 2. cap. 18. à nu. 19. Merend. contr. iur. lib. 10. ca. 20. Capiblāc. de Baro prag. 6. n. 73. Marin. reſolut. 2. in fine, num. 34. Alciat. conſ. 134. lib. 5. & in alia impreſſione 477. Octau. Vulpel. de Tregu. & pac. Giurb. conſ. 47.*, qui loquitur de remiſſione facta clerico, ita quod per ſeptem annos exulet ab vrbe,à quo ſit confirmanda? *Rouit. prag. 7. de compoſ. nu. 17. Gutt. ſupra nu. 137. Taſſon. de antefat. verſ. 12. obſ. 1. alleg. 26. n. 76. Tho. Anell. Salernit. dec. 26. & addit. ad eum.*

7 Facta pecunia mediante, an valeat? *Bouior. ſuper Rit. cap* 141. *num. 4. & 5. Mut. ſuper dicto cap. 117. R. Federic. num. 17. tom. 2.*

8 Factą in articulo mortis in manibus confeſſoris, an poſſint reuocari? *Ball. lib. 5. prag. 5. nu. 6. Nouar. qq. forenſ. 68. à nu. 6. lib. 1.* pro negatiua cōcludit,& de hac remiſſione, quæ fit in articulo mortis,vide eumdem *Nouar. q. 48. lib. 2. per tot. Taſſon. de antefat. verſ. 12. obſer. 1. alleg. 26. nu. 76.*

9 Et aduerte primo, quod remiſſio facta de vulnere, ſi deinde ex tali vulnere mors ſequatur,non prodeſt vulneranti? *Belluſ. in pratic. quotupl ſint cauſ. nu. 167. Mut. ſuper cap. R. Federic. 117 n. 35. 10. 2. Graſſ. poſt Farin. & alios de eff. am. eſſe. 1. n. 1092. Maſtri. de indult. cap. 24. nu. 51. & nu. 52.*,

10 limitat niſi fuiſſet dictum in remiſsione, etiam ſi mors ſequatur, vel facta fuerit de vulnere, & de his quæ ex vulnere ſequi poſſent,vel aliquo modo deprehendi poſſit, quod paciſcentes, etiā mortis caſū pcogitauerint.

11 Aduerte ſecūdo, quod remiſſio facta à parte minuit condēnationem *Bart. in l. transfigere n. 7. C. de tranſact. Mut. ſuper cap.* R. *Federic. cap. 117. nu 4. & 7. 10. 2. et ſup. cap. R. Alfonſ. 319. n. 29. 10. 5. & deciſ. 27. num. 30.*

12 Fallit in delictis grauibus *Farinac. de inquiſ. q. 4. nu 34. Mut. d. cap. 117. ſub n. 31. verſ. octauo limita, & dicto cap. 359. ſub nu. 29*

CXXXX. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 P*actum de non petendo, ac liberatio*

beratio, & acceptilatio gratis facta per inimicitiam ſuperuenientem reuocatur.

Intellige vt num.3.4.& 5.

2 *Donatio per inimicitiam ſuperuenientem reuocatur.*

7 *Pactum de non petendo extinguit hypotecam nu. 6. & de ratione num.7.*

8 *Pactum de non petendo limitatum ad certum tempus ſuſpendit hypothecam.*

9 *Pactum de non petendo factum poſt contractum, an tollat ipſo iure actionem: & quid ſi fiat in ipſo cõtractu? & num.10.11.& 12.*

13 *Pactum de non petendo factum vni ex pluribus obligatis, an proſit alijs.*

An proſit fideiuſſoribus? nu.14.

An admittatur in bulla? nu.15

1 CEnteſimus quadrageſimus effectus eſt, quia per inimicitiam reuocatur pactum de nõ petendo, ac liberatio, & acceptilatio gratis facta debitori, quæ

2 donatio dicitur ad ſimilitudinẽ donationis, quę per inimicitiam ſuperuenientem reuocatur *Rip. in l. ſi vnquam q.18.ſub nu.40.et in l. final. nu. 15. C. de reuocand. donat.*

3 Intellige vt *per Iaſon. in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur.* quantum ad principalem obligationem, in qua ingratus, ſeu inimicus reponendus eſt, non quantum ad hypothecam bonorum, quæ extincta non reuiuiſcit per inimicitiam, quod probat per *tex. in l.* 1.*§.cum creditor ff. quib. mod pign. vel hyp. ſolu.*

4 Sed *Rip. in dicta l. fin ſub n.15.* nõ putat verũ hoc dictum Iaſonis, quia *tex. in dict. §. cum creditor* ſecundum communem intellectum, procedit quãdo cauſa annullatiua donationis nõ eſt ſufficiens ad annullandum hypothecam, ſecus ſi cauſa annullationis eſt ſufficiens ad annullandũ principalem, & acceſſorium pro vt eſt cauſa ingratitudinis, & inimicitiæ.

5 Supradicta intelligas ſine p̃iuditio tertii, quia vbi adeſt tertii præiudicium, non intelligo hypotecam reuiuiſcere, quando ſcilicet bona fuerunt, tertio hypothecata medio tempore per notata *à Merlin. de pignor. lib.5. titul.1.quaſt.12.*

6 Et aduerte, quod per pactum de non petendo extinguitur hypotheca *l. ſoluitur ff. quib. mod pig. vel hyp. ſolu. Neguſ. de pignor. p.6. membr. 3.n.36.* ratio eſt, quia hypotheca eſt acceſſoria principali obligationi, vnde principali extincto remanet acceſſorium extinctum, *Merlin. de pign. lib.5.tit.*

8 *1.q.38.*, ſed ſi pactum de non petendo ſit limitatum ad certũ tempus, ſuſpendit hypotecam, durante tempore, niſi debitor ſit de fuga ſuſpectus *Merlin. dicto titul.1.quaſt.24.*

9 Sed an tale pactum factum poſt contractum tollat ipſo iure obligationem, an ope exceptionis? & quod ope exceptionis libera-

berationem producat dicit *Caſſanat.conſ.* 11.*n.* 15., vbi ex *Azon.*
10 *& alijs* dicit pactum de non petendo tres habere effectus; tollit namque naturalem obligationem, elidit ciuilem, & obligat paciſcentem ad non petendum *l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. Virgil. de legit. perſon. adult. ca. 7. nu. 4. Cremenſ. ſingul. 49. Mantua. ſingul. 607. §. præterea, vbi Gl. verbo non peteretur de except. inſt.*
11 *Tepat. Var. ſent. titul. de pact.*, licet quod tollat ipſo iure obligationem firmet *Graſſ. except.* 35.
12 Fallit quando pactum de nō petēdo fit in ipſo cōtractu principali antequam contractus habeatur pro abſoluto, quia tunc non oritur actio ipſo iure, quia impedit oriri actionem ab initio, *ita Cremēs. ex Bald. dicto ſing. 49. & additio ad eum dicit eſſe communem opinionem.*
13 Sed an pactum de non petēdo factum vni ex pluribus obligatis proſit alijs? vide *Caſſanat. conſ. 10. ſub nu. 83. conſ. 11. à nu. 6 & conſ. 12. Franc. deciſ. 476. Caſtrenſ. conſ. 458. lib. 1. Surd. cōſ. 20. nu. 23. conſ. 170 & conſ. 327. nu. 20. Baldaſſ. de Angel. in l. neq; pactum C. de pac. Caſt. de Rat. q. 130. nu. 12. & ſeq. Gutt. alleg. 2. per tot.*
14 An poſſit fideiuſſoribus, vel heredibus principalis? vide *Graſſ. de except. except. 35. nu. 4.*
15 An admictatur in bulla? vide *Duard. de cēſib. §. 3. q. 24. num. 97. Milanſ. dec. 14. nu. 23. lib. 2. Intrigl. ſingul. 33. lib. 3. & add. ad eū, Burg. de Laud. p. 3. Inſpect. 40. in addit. nu. 90. Fim. ſuper bull. n. 12. Pirr. Maur. de ſolut. c. 2. §. 12. iuncto §. 17. nu. 4. Ripol. de execut. Cēſual. cap. vlt. n. 134. & 135. Mut. ſuper bull. n. 320. Canar. de execut. Inſtr. q. 12. Graſſ. except. 35. & 37 num. 10.*

CXXXXI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio offenſi, quod fuerit à tali vulneratus in articulo mortis non facit inditium ad torturam contra inculpatum.*

Fallit probata inimicitia præcedente num. 2.

1 Centeſimus quadrageſimus primus effectus eſt, quia aſſertio offenſi, quod fuerit à tali vulneratus in articulo mortis nō facit inditium ad torturam contra inculpatum *Angel. in l. mater C. de calumn. Alex. conſ. 14. nu. 5. lib. 3. Iaſon. in l. 1. nu. 10. C. com. de legat. Brun. de indit. p. 1. q. 3. nu. 26. Petr. Sant. ſing. 55. Boer. q. 90. nu. 7. Caſſanat. conſ. 58. n. 28. Clar. §. fin. q. 21. verſ. aſſertio vulnerati, et alij citati, d. Menoc. de preſump. lib. 1. q. 89. nu. 79. Mascard. de probat. concl. 1129. & alij per Caſtill. dec. 176. nu. 10.* tamē 2 probata inimicitiā præcedente facit inditium *Baiard. ad Clar. §. fin. q. 21. nu. 56. Grammat. dec. 35. nu. 7 Caſtill. dicta dec. 176. ſub n. 10.*, & ita intelliges dicta p. me ſingul.

CXXXXII

CXXXXII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia tenetur alere patronũ ſi pauper ſit, & egeſtate laboret.*
2 *Benefacięti benefacere debem⁹.*
3 *Eccleſia tenetur alere patronum in domo propria, & non in eccleſia Et ei dare pinguiora alimenta quam alijs num. 4.*
Et vberiora patrono, qui fuit diues, & qui eſt nobilis nu. 5. & 6.
Et tenetur etiam alere filios, & familiam? num. 7.
8 *Patrono pauperi pro alimentis conſequendis ab Eccleſia, quę actio competat?*
9 *Patronus ingratus non alitur ab Eccleſia.*
Limita num. 12.
10 *Patronus ingratus, & inimicus perdit ius patronatus.*
11 *Filius per ingratitudinem perdit ius filiationis.*

CEnteſimus quadrageſimus ſecundus effectus eſt, quia
1 Eccleſia alit patronum ſuum ſi pauper ſit, & egeſtate laboret, quia benefacienti benefacere
2 debemus *Surd. poſt Paul. de Cit. de iur. patr. in 4 art. 6. p. nu. 157. Lãbertin. in eod. tract. lib 3. in 3. princip. quaſt. & alios de alim. tit. 1. q. 53. nu. 1. & nu. 15. et 16.* declarat concluſionem, *& tit. 3 q. 24. nu. 14. & tit. 7. q. 32. n. 2. bene Viuiã. de iur. patr. p. 1. lib. 4. cap. 2. nu. 20. 21. & 22. & p. 2. lib. 13. cap. 9. n. 28. Lambertin. de iur. patro. lib. 3. artic. 5. 2. q. princ.*
3 Et tenetur illum alere in domo propria nõ in Eccleſia *Surd. de alim. tit. 4. q. 14. n. 21. poſt Paul. de Cit. & alios, quibus addo Lambertin. de iur. patr. lib. 3. art. 5. 2. q.*
4 *princ.*, & ei dare pinguiora alimenta, quam aliis Eccleſia ſolet dare *Surd. d. q. 53. nu. 8. poſt Paul.*
5 *de Citad. & tit. 3. q. 3. ſub nu. 5.*, & vberiora alimenta patrono, qui aliquãdo fuit diues, quam ei, qui ſemper fuit pauper *Surd. titul. 4. q. 18. nu. 38. poſt Paul. de Citad. & q. 23. nu. 12. Lambertin. de iur.*
6 *patr. lib. 3. art. 3. q. princ.*, ſicut vberiora alimenta ſunt præſtanda patrono nobili, quam ignobili *Surd. dicta queſt. 18. num. 5.*
7 Et non ſolum tenetur alere patronum, ſed etiam filios, & familiam *Surd. dicta q. 53. num. 12. poſt Lambertin. de iur. patr. lib. 3. q. 3. princ. art. 6. nu. 1. & 3. Paul. de Citad. in eodem tractat.*
8 Et pro dictis alimentis conſequendis datur actio patrono *Surd. d. q. 53. nu. 8. & tit. 3. q. 3. ſub nu. 5.* ſed ipſe *dicta q. 3.* concludit, quod illa officio iudicis petit.
9 Tamen patronus ingratus, & inimicus non alitur ab Eccleſia *Paul. de Citad. de iur. patr. 6. p. art. 4. n. 164. Surd. de alim. tit. 7. q. 32. nu. 6. Rebuff. de Congrua portione num. 105. ſcripſi effectu.*
10 Patronus namq; ingratus, & inimicus perdit ius patronatus *Surd. dicta q. 32. nu. 9. & q 38. nu. 2. Viuian. de iur. patron. p. 1. lib. 4. ca. 4.*

ca.4.nu.45.& p.3.lib.15.ca.2.nu.
11 4. ſicut filius p ingratitudinē pdit ius filiationis *Surd.dicta q.32 nu.10.& dicto titul.7.q.3.num.9.*
12 Limita poſt pœnitētiam, quia tunc alēdus eſt, ſicut de filio dicitur *Surd.dicta q.32.nu.7.ſcripſi effectu.*

CXXXXIII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *INimicus ſentit conſolationem de afflictione inimici.*
2 *Carcer eſt ſepultura viuorum conſumatio bonorum, cōſolatio inimicorum, & experientia amicorū.*
3 *Inimicus poteſt tuta conſcientia velle malum inimico quatenus per illud reſipiſcat.*

1 CEnteſimus quadrageſimus tertius effectus eſt, quia pſumitur, quod inimicus ſentiat conſolationem de afflictione inimicorum. Hinc dicunt DD.
2 quod carcer eſt ſepultura viuorum, conſumatio bonorum, cōſolatio inimicorum, & experiētia amicorum *Farin.de carcerib.et carcera.q.27.nu.3. Catalan.de indult cap.31.n.20.poſt Bald.Marſil.Boſſ.Maſcard.& Farinac.*
3 Poſſumus tamē tuta conſciētia velle malum inimico quatenus per illud reſipiſcat à malo, & ita lętari de malo eius, ita poſt D.Tho. lumen Eccleſiæ, & Doctorem Angelicū 2.2. *q.36.art. 2.in reſp.& alios quā plures Murant.reſp.5.lib.2.num.12.& 13.*

CXXXXIV. EFFECTVS

SVMMARIVM.

1 *MAſcari propter inimicitiam poſſunt prohiberi, ceſſante vero inimicitia prohiberi non poſſunt num.2.*
3 *Maſcaratę abſq; licentia publica fieri non poſſunt diebus non conſuetis:*
4 *Mulier vtens veſte virili qua pęna puniatur?*
5 *Clerici non poſſunt maſcherari.*
6 *Maſchari vtentes veſte religioſorum qualiter puniantur.*

CEnteſimus quadrageſimus quartus effectus eſt, quia
1 inimicitia operatur, vt tempore baccanali, ſeu carniſpriuij poſſint maſcari, vel perſonati prohiberi *Azeued.l.7.tit.15.lib.8.nouæ recompilationis, Rouit.ſup.prag. 1.de perſonat.nu.1.Bald.ſſ.de Angel. in l. vt profanos C. de pagan. Nouar.de Grauam.Vaſſall.tom.1. Grauam.309.ſub num.2.*
2 Licet alias prohiberi nō poſſint, cum non habeamus reſiſtentiam iuris, vigore cuius prohibitio iſta poſſit procedere, & totus mundus ſtet in iſta poſſeſſione, & conſuetudine, ita quod non habeatur illicitum homines perſonatos incedere cauſu ſolatij in diebus, in quibus ex vſu Ciuitatis id fieri conſueuit notat. *Nouar.poſt multos d.Grau.*

309.

309.*nu*.1.2.*&* 3.,vbi quod grauantur vaſſalli,quando prohibētur in diebus carniſpriuij facere maſcharas, ſubdit deinde, quod in diebus non conſuetis abſque
3 licentia nō poſſunt publice fieri huiuſmodi maſcheratę, cum huiuſmodi laruationes (quantum poteſt)ſint euitandę, & moderate faciendę,& quod mulier in Ci
4 uitate Lucrię inuenta veſtita habitu virili fuit condemnata ad fuſtigationem;& ad pœnam exilij,& vide *Ricciul.de perſ.in ſtat.reprob.Verſant. lib.6.cap.3.* vbi quibus caſibus laruarū vſus ſit licitus,& quibus non? *&* *ca*.4. & de fęminis ſe induētibus veſtib⁹ virilib⁹,&maſculisveſtibus fęmininis? *Ricc. vbi ſup.n.9.&n.*10.dicit, quod induere Laruas dęmonum non eſt peccatum mortale, dum modo cauſa ioci fiat.

5 Et aduerte primo quod Clerici nō poſſunt Maſcherari *Bald. de Angel.in l.profanos C. de pagan.* ſed vide *Ricciul.loco citata cap.* 4., qui loquitur de Epiſcopis, & de Sacerdotibus,& alijs in Sacris ordinibus conſtitutis, ſed quo ad Clericos in minoribus tres diſtinguit caſus,nā aut loquimur (inquit)de clericis in minoribus conſtitutis,qui habent perſonatum in Eccleſia,& iſti per vſum laruarū cauſa ioci peccant mortaliter,quia ęquiparantur ſacerdotibus, aut laruę ſumuntur in Scæna.vel theatro publico,& tūc clericus quamuis in minoribus conſtitus mortaliter peccat,quia talis actus veluti, qui infamiam irrogat,prohibetur omnibus clericis ſimpliciter: Aut loquimur tempore carniſpriuij,& in locis, vbi de conſuetudine laruę permictuntur,& tunc clerici in minoribus conſtituti non peccabūt mortaliter,& de clericis regularibus,quod poſſint,dūmodo hoc faciant ad honeſtatem,& recreationem intra ſepta monaſterij, idem vbi ſupra.

Et in fine inquit,quod monialibus degentibus intra ſepta monaſterij honeſtę recreationes in diebus baccanalibus non denegantur,dum modo ab armis, & habitu virorum abſtineant.

6 Aduerte ſecundo, quod maſchari vtentes veſte religioſorū, ac etiam doctorum tenētur actione iniuriarū *Oinot. in paragraph. iniuria Inſtit.de iniur. nu.* 26. *& ſequ.Taſſon.de anteſat.verſicul.* 3. *obſeruatio.* 3.*ſub num.*207.*circa finem,& verſicul.*4. *obſeruation.* 1. *nu.*25.*Paſch.de patria.pot. remiſſiue part.*1.*cap.*10.*nu.*60.*Bald.de Angel. in l.qui ſub pretextu num.* 4. *C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & in l. mima num.* 5. *&* 8. *C. de Epiſcop. aud. Ricciul. de perſonis in ſtat. reprob. Verſant.lib.6.capit.* 3. *ſub numer.*7.*&* 8.*cap.* 4. *num.* 2. *et cap.* 5. *verſicul. tertio ne habitum*, ſed quomodo Princeps ſe gerere debeat in laruis? vide *Ricc.vbi ſupra cap.*5.

Ad materiam vide *Petr. de Gregor. Syntagmat. iur. lib. trigeſ. non.cap.*11.

CXXXXV. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *DOlus non præſumitur, & qui dolum allegat illum probare debet.*

2 *Dolus præſumitur in iudice, ſi erat inimicus capitalis illius, contra quem ſententiam tulit.*

3 *Iudex in dubio non præſumitur dolo iudicaſſe, et quando ſecus? remiſſiue.*

4 *Iudex dolo iudicans ad quid teneatur?*

CEnteſimus quadrageſimus quintus effectus eſt, quod
1 licet dolus non præſumatur, & qui dolum allegat illum probare debeat *Ambroſinus deciſion.21. ſub numer.duodecim et deciſion.vigeſim. quart. à numero nono cum ſequ.* Manſon. *de contr. ban. qu.* 7. *Bald.de* Angel.*in l.dolum. C. de dol.mal.Ball. de litt.diſpen.caſ.*1.*n.* 53.*Gand.de Falſar.n.*29. *Menoc. conſ.*107.*nu.*8.*Corn. de abſol. iur. p.*4.*caſ.*1.*nu* 11.*et* 12. *Menoch. de præſumpt.præſump.*12.*lib.*4.*nu.*2.
2 Tamen ſi iudex erat inimicus capitalis eius, contra quem ſententiam tulit, præſumitur in eo dolus, & contra petentem executionem ſententiæ obſtaret tunc exceptio doli ita poſt *Bald. in pluribus locis, et Plotum determinat* Contard. *in l. vnic. C. ſi de moment. poſſ. fuerit appellat. limitat.* 10.*ratione doli iudicis nu.* 19.*verſicul.vltimo dicitur, Farinac.de Var. et diuerſ. criminib. qu.* 111. *art.* 14. *num.* 389. *poſt Maſcard.Bald. et Contard.*
3 Et aduerte, quod in dubio iudex non dolo, ſed per imperitiam male iudicaſſe præſumitur vt aduertit *Farinac. vbi ſupra num.*384., niſi in aliquibus caſibus per eum notatis *loco cit. à nu.*385.*vſque ad* 395.*incluſiue.*
4 Ad quid vero teneatur iudex male iudicans non ex imperitia, ſed dolo? vide omnino *Farinac.dicto artic.*14.*á num.* 362., Sed in Regno hic effectus locũ non habet, quia iudex inimicus capitalis debet recuſari.

CXXXXVI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *IVdex tenetur partibus petentibus dare aduocatum.*

*Sed non poteſt dare inimicum num.*2.*et num.*3.*de ratione.*

1 CEnteſimus quadrageſimus ſextus effectus eſt, quia licet iudex partibus petentibus teneatur dare aduocatũ, maxime ſi quis ob potentiam aduerſarij ſe non inuenire aduocatum dicat, vel quando quis conduxit aduocatos meliores, *vt ſcripſi effectu* 5.*nu.*5.
2 Tamen nõ poteſt dare in aduocatum illum, cum quo eſt, vel fuit inimicitia *Gl. et* Angel. *in l.* 1.*§.ait prætor de poſtuland. Hippolyt.de Marſil.in l.* 1. *§. preterea nu. ff.de queſt.*

Nemo

3 Nemo enim præſumitur deſenſurus idonee ſuum inimicũ *vt ſcripſi effectu* 8.*num*.2.

CXXXXVII. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *INimicitia ex noua cauſa proueniens poſt cautionẽ de nõ offendendo operatur, quod pax ſeu cautio de non offendendo non dicatur rupta,& num.2.de communi opinione.*

3 *Noua cauſa offenſionis,& inimicitiæ quomodo probetur, & præſumatur ad excludẽdum pacis fracturam,ſeu cautionis de non offendendo? remiſſiue.*

Et qualis debeat eſſe hęc cauſa noua ad hoc, vt offendens excuſetur à pœna pacis,ſeu cautionis ruptę? num.4.remiſſiue.

5 *Statutum diſponens, quod non poſſit allegari noua cauſa in pace, ſeu cautione de non offendendo,an valeat?*

1 CEnteſimus quadrageſimus ſeptimus effectus eſt,vt inimicitia ex noua proueniẽs cauſa poſt pacem,& cautionẽ de nõ offendendo operetur,quod pax, ſeu cautio non dicatur rupta bene *Farin.de Var. & Diuerſ.crim. q.* 107.*p.*3. *art.* 32. poſt multos quos citat quaſi infinitos,vbi di-
2 cit receptam eſſe, & communẽ opinionem, & quod ab ea non eſt recedendum in conſulendo, nec in iudicãdo,licet ſolum Romanum habeat cõtradictorem, vt *idem Farin.vbi ſupra aduertit*, quam concluſionem pluribus exornat ampliationibus,& limitationibus,vt videre eſt apud eũ *à nu.*404.*vſq.ad nu.*431. incluſiue,& *art.*33.quærit quomodo
3 probetur, ſeu præſumatur noua cauſa offenſionis, & inimicitiæ ad excludendum pacis fracturã, ſeu cautionis de non offendẽdo? quem articulum pluribus concluſionibus abſoluit,& *artic.*34.
4 quærit qualis debeat eſſe cauſa noua ad hoc, vt ex ea offendens excuſetur à pœna pacis,ſeu cautionis ruptæ? quem articulum plures concluſiones diſcurrit, &
5 & tandem quærit de validitate, & interpretatione ſtatutorum, ſeu conſtitutionum volentium non poſſe allegari nouam causã in pace,ſeu cautione de non offendendo rupta, quę omnia ita docte ſubtiliter,&fuſiſſime more ſolito diſcurrit, vt nihil addi poſſit, ac proinde ad eum vos remicto.

CXXXXVIII. EFFECTVS

SVMMARIVM.

1 *INimicitia ſuperueniẽs poſt veniam obtentam ab.offenſo reuocat beneficium pacis,& veniæ.*

*Et de ratione num.*2.*&* 3. *diſtingue num.*5.

4 *Ingratitudo quid ſit?*

1 CEnteſimus quadrageſimus octauus effectus eſt,vt inimicitia

micitia ſuperueniens poſt veniã obtentam ab offenſo, quia iterũ offendere tentauit offenſum, reuocet beneficium pacis,& veniæ bene *Hortens. Caualc. de Brach. Reg.p.6.ſub nu.39. verſic.hinc eſt*
2 *quod offenſus*, & ratio eſt, ſecundum eum, quia eſt ingratus, & immemor beneficij recepti *l.nec adiecit ff. pro ſocio Benedict. in c. Raynutius verſ in eod m teſtamẽto il 2.á nu.30.vſq;ad nu.38.*, &
3 ob reiterationem delictorũ redditur incapax *l.auxilium ff.de mi-*
4 *nor.* & ingratitudo peremptoria res eſt,hoſtis gratiæ, & inimica ſalutis,& ideo ceſſante pace ceſſat beneficium pacis *Tiraq. Ceſſant.cauſ.ſub nu.116.& 198.* ſed *Rouit.ſuper prag 7.de compoſit.* in-
5 quit, quod Caualcanus ei præbuit anſam diutius cogitandi quęſtionem, & poſt multa libẽter acquieuit cum Caualc. quatenus in pace, & remiſſione cõcurrit donatio, ſecus quatenus non concurrit donatio, ſed potius ex Chriſtiane pietate debiti perſolutio,vnde videas ſcripta à me *effectu 39.á num.3.*

CXXXXIX. EFFECTVS.

SVMMARIVM

1 *Aſſecuratores non tenentur, ſi bona aſſecurata fuerint capta quia portabantur à naui inimica. Et de ratione num.2.*

1 CEnteſimus quadrageſimus ſeptimus effectus eſt, quia aſſecuratores non tenentur, ſi bona aſſecurata fuerint capta, quia portabantur à naui inimica *Stracc.de aſſecuratio.in fin.Fulu. Conſta in l.vnic.n.134.C de Claſ-*
2 *ſic.lib.11.*,quia vidẽtur cum inimicis amicitiam copulaſſe, vt notat *idem Fulu.Conſt.vbi ſupra*, bene omnino videndus *Caualc. de Brach.Reg.p.6.frag.25.á n.11. ad finem*, vbi bene examinat, ſi dictæ merces fiant capientium, & determinat,quod ſic,vt videre eſt apud eum, facit *Caſtil.dec. 107.num.12.*

CL. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Aſſecuratores non tenentur ſi bona fuerunt deprædata, & occupata ab inimicis ipſius aſſecurati,& num.2.de ratione.*

3 *Aſſecuratores dicuntur fideiuſſores indemnitatis,& eorum promiſſio eſt ſtricti iuris, & non extenditur de caſu ad caſum.*

Poſſunt aliquid accipere pro cẽtenario ratione periculi num.4.

Non tenentur de aſſecuratione actione tentata contra ſurripiẽtem bona aſſecurata num.5.

Niſi in ſubſidium num.6.

Non tenentur ſi nauis eſt capta ab amicis cauſa neceſſitatis cum ſolutione iuſti pretij,& ſolutis naulis num.7.

Non tenentur,niſi de pretio frumentorum,quo valebant in loco, vbi fuerunt onerata, & non vbi erant

Digitized by Google

erant deſtinata? num.8.

An ſtante deterioratione in frumentis teneantur ad pretium rei aſſecuratæ? num.9.

Non tenentur ſi aſſecuratio fuit facta tempore, quo nauis erat deperdita? num.10.

Iactu ſecuto non tamen naui confracta ad quid teneantur? n.11. Quid ſecuto naufragio, & recuperata parte rei? num.12.

Debent habere rem, vel partem quæ ſecuto naufragio reperitur num.13.

An ſint liberati nauigationis curſu immutato? num.14.

Non tenentur ſi merces in portu fuerunt deperditæ, neque ſi alibi fuerint deperditæ dolo gubernatoris num.15.

Aſſecurantes ſimpliciter naui non videtur aſſecurare merces, ibidem exiſtentes num.16. Amplia num.17.

Eorum morte ſoluitur aſſecuratio num.18.

1 CEnteſimus quinquageſim⁹ effectus eſt, vt aſſecuratores non teneantur ſi bona fuerint deprędata, & occupata ab inimicis ipſius aſſecurati *Santern. de aſſecur. 4. p. nu. 33. cum ſeq. Strac. de aſſecur.* Gl. 31. *verſ. ſexta facti ſpecies Sforz. Odd. conſ. 31. nu. 20. &* 32. *Maſtril. dec.* 284. *nu.* 38.

2 Aſſecuratores namq; non tenentur ſi bona aſſecurata culpa aſſecurati deperdita fuerint *Maſtril. dec. 197. nu. 11. & dicta dec. 284. nu. 66. Caſtill. dec. 73. nu. 12*

3 Et aduerte, quod aſſecuratores dicuntur fideiuſſores indemnitatis, & eorum promiſſio eſt ſtricti iuris, & nõ extenditur de caſu ad caſum *Maſtrill. dec. 182. nu. 9. 10. 11. Caſtill. deciſ. 3. nu. 1.,*
4 & poſſunt ſibi aliquid capere pro centenario ratione periculi *Rodriq. de Ann. reddit. lib. 3. q. 5. num. 54.*

5 Non tenentur de aſſecuratione, actioné tentata contra ſurripientem bona aſſecurata *l. fin. §. tales itaq;* C. *de furt. § quæ de fullone inſt. de obligat quę ex delic. naſc.*
6 *Maſtrill. dec. 284. nu. 46.* niſi in ſubſidium dicta *l. fin. & §. quę de fullone Maſtrill. loc. cit. nu. 53.*, nec
7 tenentur ſi nauis fuiſſet capta ab amicis cauſa neceſſitatis cũ ſolutione iuſti pretii, ac etiam ſolutis naulis magiſtris nauium *Maſtril. ſupra n. 48. & ſeq. ex Rot.*
8 *Ianuens dec. 62.*, nec etiam tenẽtur, niſi de pretio frumentorum quo valebant in loco, vbi fuerũt onerata, & non vbi ęrant deſtinata *Maſtrill. poſt multos dict. dec. 284. n. 54. vide Intrigl. ſingul. 86. nu. 29. lib. 3. Amat. reſol. 91.*, & an
9 ſtante deterioratione in frumẽtis teneantur ad pretium rei aſſecuratæ? vide eumdem *Maſtrill.*
10 *dec. 197.* non tenentur ſi aſſecuratio fuit facta tempore, quo nauis erat deperdita *Rot. Gen. deciſ. 36. Deciſ. Piſan. 10. nu. 2. Maſtril. dec. 284. nu. 56 & 60. Mangil. de*
11 *evict. q. 100. nu. 12.* Iactu ſecuto non tamen naui confracta damni
12 ni tantum tenentur, ſed naufragio

Digitized by Google

gio ſecuto, & recuperata tātum parte ad totum tenentur *Cutell. ad ll. Iacob. cap. 24. Nota 31. nu. 7.*
13 debēt tamē habere rem; vel partem, quæ ſecuto naufragio, quæ reperitur *Caſtill. dec. 106. nu. 77.*
14 an ſint liberati nauigationis cur ſu immutato? *Roman. conſ. 39. nu. 2 & ſeq. Maſtrill. dec. 182. nu. 28. & ſeq.*
15 non tenentur, ſi merces in portu fuerūt deperditę *Stracc. de Aſſecurat. Gl. 12. nu. 1. & 2.* neque ſi alibi fuerint deperditæ dolo gubernatoris *Rot. Gen. dec. 3. nu. 15. Intrigl ſingul. 86. nu. 33. lib. 3. vide Mur. dec. 3. nu. 10. Cutel. ad ll. Iacob cap. 24. Not. 31. n. 7. Alex. Raud. conſ. 21. nu. 10. lib. 2 Stracc. de aſſecur. Gl. 31. nu 4.* aſſe-
16 curantes ſimpliciter nauim, nō videntur aſſecurare merces, ibi-
17 dem exiſtentes, & ſi idem fuerit dominus nauis, & mercium *Intrigl. poſt multos dicto ſingul. 86. n. 27. lib. 3.*
18 eorum morte ſoluitur aſſecuratio *Medic. Mors omnia ſoluit. p. 2. num. 40.*

CLI. EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præſtita propter inimicitiam ſuperuenientem repetuntur.*

2 *Alimenta, quæ pietatis intuitu præſtita ſunt, non repetuntur.*

3 *Pietas excludit repetitionem.*

4 *Fauore animę ſumi debet interpretatio, quæ illi ſit vtilior.*

1 Centeſimus quinquageſim^9^ primus effectus eſt, vt propter inimicitiam ſuperuenientē repetantur alimēta præſtita *Gl. in l. iniquam C. de his, qui accuſ. nō poſſ. vbi Salicet. n. 2.* dicit, quod expenſę alimentorum repetuntur propter ingratitudinem, cū tamen à principio peti non poſſent: hinc *Bald. in dicta l. iniquā* notat, quod non debet quis malum reddere pro bono recepto, & ſupradictam Gl. auream dicit *Io. de Amic. conſ. 114. n. 21. Tiraq. in l ſi vnquam in verſic. ſuſceperit liberos nu. 53. C. de reuoc. don. Cordub. in l. ſi quis á liberis §. idem index nu. 48. ff. de liber agnoſc. bene Surd. de alim. tit. 6. q. 18. nu. 5.*, qui bene more ſolito contrariis reſpondet, & multis ſimilibus ſupradicta confirmat.

2 Licet alias alimenta, quæ pietatis intuitu præſtita ſunt, non repetantur *l. cū is §. pen. ff. de cōd. DD. in l. alimenta in l. quod in vxorem C. de negot. geſt. l. Neſennius ff. cod. tit. §. fin. Inſt. de obligat. quę ex quaſi contr. naſc. Cordub. in l. ſi quis á liberis §. ſi parens nu. 39. ff. de lib. agnoſc.*

3 Hinc *Tiraq. de priuil. pia cauſę*
4 *priuileg. 7. col. 3.* inquit, quod pietas excludit repetitionem, & in fauorē animæ ſemper ſumi debet interpratatio, quę illi ſit vtilior. *Alcia. de pręſump. regul. 3. pręſumpt. 1. nu. 13. & ſeq.*, & vtilius eſt animę, quod alimenta ſint donata, & non repetantur *Surd.*

bene

bene loco ſupra citato nu. 1.2.3. *et* 4. ſcripſi remiſſiue effectu 128. num.11.

CLII. ET VLTIM. EFFECT.

SVMMARIVM.

1 *Poena ſtatuti prohibentis extractionem non habet locum in eo, qui timore inimicorum extraxit*

2 *Inimicorum multitudo contra paucos defenſores tollit pœnam deſertionis.*

3 *Statutum prohibens extractionē an comprahendat minores? & nu.* 4. *&* 5.

*An forenſes? num.*6.

*An bona Eccleſiarum, & Clericorum? num.*7.

*An extrahentem rem pro vſu proprio, & familia? num.*8.

*Quid ſi pro vſu proprio extrahantur, & deinde mutato conſilio alienentur? num.*9.

*An comprahendat extrahantem res quas extrahens deportauerit à locis extra regnum? num.*10.

*Quid ſi res adducantur ad locū eiuſdem principis prohibentis? n.*11

*Quid ſi quis ante prohibitionem cœpit extrahere? num.*12.

*An ceſſet ceſſante cauſa ipſius? num.*13.

14 *Extrahens res prohibitas, & nō prohibitas, an perdat etiam nō prohibitas?*

Et an animalia cum quibus extrahuntur? & quid ſi ſint aliena? ibidem.

15 *Statutum prohibens extractionē vini, an comprahendat muſtum?*

*An comprahendat acetum, vel aquaticum? num.*16.

17 *Statutum prohibens extractionem frumenti, an comprahendat farinam, & panem?*

An ſpeltam num. 19. *An hordeum num.*20.

18 *Statutum prohibens extractionē lignaminū, an comprehēdat naues?*

21 *Repertus in via, ſeu itinere portare frumentum, an incidat in pœnam ſtatuti, maxime ſi ſit repertus prope limites territorij?*

*Quid ſi deprahendatur in via inuſitata antequā perueniat ad locum deſtinatum? num.*23.

*Quid ſi deprehendatur de die, et in via recta? num.*24.

22 *Teſtes ſingulares an probent extractionem?*

25 *DD. tractantes materiam extractionis.*

26 *Licentia extrahendi frumētum non debet concedi, quando frumentum non ſufficit pro regno, vel ciuitate.*

27 *Licentia extrahendi nulla expreſſa temporis quantitate durat per ſeptem dies.*

*An intelligatur pro prima vice? num.*28.

Centeſimusquinquageſimus ſecundus, & vltimus effe-
1 ctus eſt, vt excedens fines territorij, comitatus, ſeu diſtrictus fugiendo, cum re prohibita extra territorium extrahi propter iuſtum timorem inimicorum nō incidat in pœnam banni, vel ſtatuti

tuti prohibentis extractionem illius rei *Angel.in l.quod per text. ibi ff.de edilit.edict.*, vbi dicit cõcordare tex. in *l. Titius ſeruus ff. de ſeru. export.* ſequitur *Auiles in cap.pretorum cap.5 2.nu.16.*

2 Hinc non nulli DD. dicunt quod multitudo inimicorũ contra paucos defenſores tollit pœnam deſertionis.

3 Et aduerte, quod huiuſmodi ſtatutum non compræhendit minores *Roman.ſingul.808.Cremens.ſing.29.Bald.in l.ſi ex cauſa §.ſi in commiſſum ff.de minor. & in trac.ſtat.in parte frumentum, quos citat Auil.dicto cap.52.ſub n.9.Ludouic.decis.Perus.80.p.2.n.8*

4 Intellige procedere, quando ſtatutum punit aliquid,quod de iure communi non eſt punitum quia tunc minor non includitur in ſtatuto,ſecus ſi punit, vt obſeruat *Auil.vbi ſup. ſub dicto n.9.*

5 Intellige ſecundo, niſi ſtatuto caueretur,quod etiam minor in pœnam incurrat,quia ſtatuta terrarum poſſunt ampliare, & diminuere tempus legitimę ętatis,vt notat idem *Auil.loco citato*

6 An compræhendat forenſes? vide *Aiul.vbi ſupra n.7.*,qui bene materiam diſcurrit,ad quem vos temitto pro vt ſe remictit *Rouit.in rub. de extrac. ſeu export. animal. nu.10. & vide eumdem Rouit.ſuper prag.10.de extrac. Nouar.Coll.7.prag.9.de extrac. nu.2. & 3. & coll.8.prag.10.num.6.*

7 An compræhendat bona Eccleſiarum,& Clericorum? *Rouit. ſuper dicta rubr.* citat non nullos DD. remiſſiue, ſed in fine, dicit quod licet ſtatutum non compræhendat eos,res autem intercipiuntur, excipit tamen res ſacras, & mere eccleſiaſticas, ſed vide *Nouar.coll.8. prag.1. de extrac.num.7.*

8 An comprehendat extrahentem rem pro vſu proprio? quod non dicit *Nouar.ſuper prag.3. de extrac.ſeu export.anim.coll.4.n.2. & 3.Ludouic.dec.peruſ.80.nu.20 & 21.Rouit.ſuper rub. de extr.ſeu export.anim.nu.12.Scap.de Iur.nõ ſcript.lib.5.cap.183.nu.1. Auil.d. cap.52.nu.18.& nu.20.* pro vſu familię.

9 Quid ſi pro vſu proprio extrahantur,& deinde mutato cõſilio alienentur,an euitet pęnam ſtatuti? Quod ſic *Nouar.loco citato nu.4.vbi nu.5.* aduertit, quod ſtatur iuramento ipſius extrahentis,quod à principio habuit animum illa aſportandi pro vſu proprio, *Auil.vbi ſupra.*

10 An comprehendat extrahentem res quas deportauerit à locis extra regnum? quod non dicit de iure *Rouit. ſuper dicta rub. nu.4.Bertazol.conſ.54.nu.8.lib.1.*

11 Quid ſi res adducatur ad locum eiuſdem Principis prohibentis? *Bertaz.conſil.244.nu.12.*

12 Quid ſi quis ante prohibitionem cępit extrahere an compræhendatur in prohibitione? *Felin.in cap.2.col.fin.de conſtit.*

13 An ſtatutum ceſſet ceſſante cauſa ipſius? Quod ſic dicit Ro- *uit.*

*nit.ſuper dicta rub.nu.*14 *vbi nu.* 15.aduertit, quod ſi huiuſmodi ſtatutum non fieret propter publicam vtilitatem, ſed propter priuati commodum regnantis non valeret.

14 Extrahens res prohibitas, & non prohibitas,an etiam perdat res non prohibitas? hanc quæſtionem remiſſiue ponit *Rouit. in dicta rub.nu.*17. *ſed Nouar.ſuper rub.de extrac. ſeu export.anim. col.*1.*num.*3.tenet affirmatiuam opinionem,ex Guid. Papa, & Boer. addens, quod dominus, qui ſcienter accomodauit animalia ad exportãdum bona prohibita illa perdit, Secus ſi ignoranter *Mut.ſuper c.R. Iacob.* 24. *nu.*14., & ad materiam *Roland. conſil.*42 *col.fin.lib.*3.*Alciat.conſil.* 744.*Ripa de peſt. de remed.ad cõſeru.vbert.à nu.*132.*Caſt.in l.pen. §.fin.ff.locat.Caput.de Regim.Reipubl.cap.*7 §.14.*n.*31 *Theſ.quaeſt. forenſ.*52.*lib.*1.*Strac.de nauib.p.*5 *nu.*9.*Carroc.de locat.titul de caſib. quaeſt.*5.*nu.*16.*& de fraud.Gabel. cap.*75.*nu.*1.*l.cotem ferrò* §. *dominus ff. de public. Riminald. Iun. conſil.*8.

5 An ſtatutum prohibens extractionem vini compræhendat muſtum?quod ſic *ex Macer. uar.reſol.lib.*2.*reſol.*33.*firmat Nouar.ſuper rub.de extrac.ſeu aſport. anim.col.*1.*á n.*5.,vbi etiam quod hoc caſu eſt prohibita exportatio vuæ.*vide Grat.deciſ.*184.

6 Sed an comprehendat acetũ? quod non *Nouar.vbi ſupra nu.*9 *& nu.*10. dicit, quod compræhendit aquaticum,vide *Scap. de Iur.non ſcript.li.*5.*c.*183.*Grat.ſup.*

17 An prohibens extractionem frumenti compræhendat farinã, & panem? quod ſic *Rouit. conſil.* 42.*num.*1.2. *&* 4. *Nouar.coll.*7. *prag.*9.*de extrac.nu.*4.*&* 5.*Surd. dec.*139.*per tot.vide Lun.conſ.*50 *n.*63.*Mut.ſuper prag.de Molitor. tit.*67.*n.*1.*Scap. vbi ſup.Purpur.cõſ.* 564.*n.*15.*Grat.ſup.et n.*6.*dicit No-*

19 *uar.*,quod prohibita extractione lignaminum eſt prohibita extratio nauium.*& n.*7.dicit,quod

19 non compræhendit ſpeltam.

20 An compræhendat Hordeũ? q nõ *Auil.d.c.*52.*n.*19.*Grat.ſup.*

21 An repertus in via, ſeu itinere portare frumentum incidat in pœnam ſtatuti, maxime quãdo eſſet repertus propè limites territorij,vel in portu,vbi ſtarẽt naues diſceſſurę? vide *Nouar. prag.*9.*coll.*7.*de extrac.ſub nu.*12. *Auil.dicto cap.*52.*á nu.*21.*Ludouic.deciſ.peruſ.*80.*num.*10.16.*&* 17.*p.*2.*Gabr.conſil.*18.*nu.*6.*lib.*1. *Girond.de priuileg.nu.*30.*&* 306. *Bertaz.conſil.*169.*nu.*8.*Ball.lib.*4. *pp.*99.*q.*3.*nu.*23. *Giurb.conſ.*1.*n.*

22 15.*& nu.*13.*quærit Nouar.*, an tales tranſgreſſores poſſint conuinci per teſtes ſingulares?

23 Quid ſi quis depræhendatur in via inuſitata antequam perueniat ad locum deſtinatum an poſſit puniri pœna ſtatuti? vide *Rouit.ſuper dicta rub.nu.*18. *Marſil.in l.de minore nu.*29. *ff.de quaeſt. Reuer. Maia conſultat.*14.

nu.9.,vbi ſi via recta, eſt ab hoſtibus occupata excuſatur, *Giurb. conſil.16.num.16.& 33.*

24 Sed ſi depræhendatur in via recta, & de die præſumitur in bona fide *Honded. conſil.* 105. *num.* 57.

25 Ad materiam ſtatuti prohibẽtis extractionem *Brun.conſ.*150 *et* 151. *Capiblanc.de Baro. cap.*9. *num.*5.*lib.*2.

26 Et aduerte quod licentia extractionis non eſt concedenda, quando frumentum non ſufficit pro Regno, vel Ciuitate *R. Maria conſult.*29.*nu.*11.*Muta conſue.* 84.*num.*21.*in fine, Nouar. in l.ſi quis per diuinum nu.*2.*C.de aquęduct.lib.*10. *Giurb.de ſucceſſ.feud. prelud.*2.*nu.*24.*Maſtril.de magiſt. lib.*5.*cap.*9. *Borart.in ſpecul. viſit. ca.*15 *ſub nu.*39. *Girond.de priuileg.ſub nu.* 332. *Rouit.ſuper dicta rub.et ibi Addit. Font. deciſ.* 164. *nu.*18.*Molfeſ.ſuper conſuet.Neap. p.*5.*de aliment.præſt.q.*6.*num.*27. *Paſqual. de patr. pot. part.*2.*cap.*3. *num.*70.

27 Et licentia extrahendi nulla expreſſa temporis quantitate durat per ſeptem dies *Scap. de iur.non ſcript.lib.*5.*ca.*183.*Ball.lib.* 4.*pp.qq. quæſt.*3.*numer.*38., *vbi multa, Auil.dicto ca.*52. *num.*25.

28 Et an intelligatur pro prima vice? *Nouar. de priuileg. miſer. perſonal. priuileg.* 4. *numer.* 9. *et decim.quart.*

Et per hæc ſit impoſitus finis ad Laudem, & Gloriam Omnipotentis Dei, Beatæque Virginis Marię ſine Peccati Originalis labe Conceptę.

DOCTORES, ET CONCLVSIONES IN IMPRIMENDO OMISSÆ.

IN præludio ad nu. 69. quod iniuria facta vni de familia oībus. De familia dicatur facta *Garon. Var. reſolut. verbo iniuria cap.* 14. *num.* 105. *& ſequent.*

Sub nu. 69. quod iniuria facta fratri, alteri fratri facta dicatur. *Garon. vbi ſupra num.* 103. vnde *nu.* 104. inquit, quod iudex frater iniuriati poteſt recuſari.

Ad nu. 71. quod iniuria facta filio dicatur facta patri *Garon. loc. cit. n.* 94. vbi idem de iniuria illata filię, & *nu.* 95. idem dicit de iniuria illata filio naturali, & *nu.* 96. infert, quod pater non erit iudex in cauſa iniurię factę proprio filio ex priuata cauſa.

Adverſ. & è cōtra, quod iniuria facta patri dicatur facta filio *Garon. ſupra nu.* 97. vnde infert *nu.* 99. quod filius occidens de mādato patris eum, qui contumeliam fecit patri, non reputabitur aſſaſſinus, quia offendit ex cauſa ad ſemet pertinente, & *n.* 99. idē dicit procedere reſpectu offenſæ factæ matri.

Sub nu. 71. quod iniuria facta vxori dicatur facta viro *Garon. loco citato n.* 100. dicit, quod maritus proprio nomine agit pro iniuria facta vxori.

Ad n. 78. iniuria, quando dicatur atrox, & grauis? *Anton. Caput. in Gl. atroces in tractatu Randel. de iur. proth. fol.* 192. *col.* 1. *Garon. vbi ſupra, nu.* 23. *& ſequ.* de Alapa, *nu.* 24. *&* 25. de iniuria data officiali *n.* 39. de eo, qui dicit alicui tu es iudeus, vel de iudeorum parentela, quod inferat atrocem iniuriam *nu.* 53. de eo qui dicit tu es cæcus, quod non leuem irroget iniuriam, & quod prouocatus poſſit alapam inferre, *nu.* 77. quod vbi minor iniuriam infert maiori, atrociorem facit iniuriam, & quod frequentia populi grauiorem redit iniuriam, *nu.* 79. inquit, quod quādo exceſſus eſt notorius iniuria dicitur grauis propter ſcādalum quod generatur, & proinde *nu.* 80. dicit, quod iniuria dicitur atrox quando quis fuit impulſus fugere per forum, & loca publica ciuitatis, *ſub n.* 80. & loquitur de percuſſione facta in platea, vel in porticu plateæ, *& ſub nu.* 83. *&* 84. inquit, quod licet iniuria per ſe leuis non fiat atrox

ratione loci, tamen quando eſt alicuius conſiderationis ratione loci efficitur grauior, *nu.* 82. loquitur de iniuria facta apud magiſtratũ, *nu.* 85. *&* 86. dicit, quod ſi oculus fuerit læſus creſcit iniuria, *& nu.* 89. *& ſeq.* loquitur de iniuria facta officiali.

Ad nu. 84. quod iniuria facta à ſuis dicatur grauis *Garon. ſupra nu.* 87., vbi quod iniuria facta à fratre, vel cõiuncto dicitur grauior, *Randel. de iur. potr. §. licet autem manus impiaſ. nu.* 15.

Ad nu. 86. *Garon. ſupra nu.* 75 76. dicit, quod quamuis ad iudicem pertineat iudicare, quę nam ſit grauis, leuiſue iniuria, tamen ſibi certas debet proponere regulas, ad quas dirigere debet ſuum iudicium, qualitatem facti verborum, perſonæ, & loci.

Ad n. 87. de pęna iniuriarum *Garon. ſupra loc. cit. à nu.* 138. *& num.* 142., an iniurians teneatur canere palinodiam? ſed circa hoc *vide Fontanel. de pact. nupt. Clauſ.* 5. *Gl. p. p.* 1. *n.* 106. *Mut. ſup. prag. de pęn. edent. famoſ. libel. n.* 14 *&* 15. *Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *c.* 17. *Gratian. in addit. ad dec.* 195. *Stephan. Durant. q.* 33. *Oter. diuerſ. iur. qq. p.* 3. *q.* 29., pęnes quos habes lector, an talis pœna ſit in vſu, & an clerici teneantur canere palinodiam? Recordor in Regno his annis præteritis fuiſſe quemdam condemnatum canere palinodiam, quia in cauſa inter eum vertente, & D. Franciſcũ Scrigno articulauit dictum de Scrigno eſſe vilem filium algozirij cum totum oppoſitum eſſet, & ita fuit executum.

Sub nu. 88. verſ. An dans alapam gaudeat immunitate Eccleſiaſtica? *Garon. ſupra num.* 29.

Ad verſ. ſed an ille, vide *Garon. loco citato num.* 69., vbi quod verba prolata ad repellẽdum iniuriam non dicuntur iniurioſa.

Ad nu. 89. vide *Garon. vbi ſupra nu.* 59., vbi an ad eſſentiam famoſi libelli requiratur, vt in loco publico ponatur, vel proiiciatur, ita vt non remaneat in ſecreto, *& nu.* 60., an legens famoſum libellum in aliquo loco poſitum, & non auferens, neque lacerãs, ſed dimictens ibi, & aliis manifeſtans teneatur pœna libelli famoſi? & quod ſic determinat, quia præſumitur auctor, à qua pœna non eximi inquit, quia vni, & non pluribus manifeſtauerit, conſtetque de authore ipſius libelli.

Ad nu. 149. vide eumdẽ *Garon. ibidem n.* 122., vbi quod iniuria poteſt remicti, ne dum expreſſe, ſed tacite, & de tacita remiſſione *à nu.* 126. *& nu.* 134. *& ſeq.* inquit, quod remictẽs iniuriam non cenſetur remictere damna, & intereſſe, idem dicit *Rouit. ſuper prag.* 7. *de compoſit. nu.* 16., & de tacita remiſſione loquitur etiam *Maſtrill. de indult. cap.* 24. *num.* 48., vbi notat, quod hæc tacita remiſſio non ſufficit ad obtinendum indultum.

Effect. 1. nu. 31. ſicut inimici-

tiæ locatoris conductori obeſſe non debent, ita inimicitiæ conductoris non debent locatori nocere *Cavalc.de Brach.Reg.p.6. fragm.25.num.17.in fine.*

Ad nu.35.Adde *Aust. in cap. pretorum cap.6.num.23.*

Effect.11.n.3.quod filius poſſit exhæredari ex cauſis ſimilibus,& maioribus vltra quatuordecim *R.D. Hippol.Maia Panor. noster,et amicus in ſuis vtiliſſimis, ſimulque ſubtiliſſimis addit.ad primam cõſultationẽ me citato n.45.*

Effect 36.nu.3.*Castill.ibi citatum citat Caren.reſol.2.art.1.n.13 14.18.& 19.*& vide *Steph. Durãt.q.38.Eſcob.de ratioc.c.6.n.68.*

Effect.37.nu.10., vbi quod medici DD.dignitatem, & nobilitatem habent. Adde, quod Excellentiſſ.Infantatus Dux prorex Regni Sicilię,vigilantiſſim⁹, cuius laudes,integritas,probitas & iuſtitia ſunt inenarrabiles cognoſcens medicorum nobilitatem,dignitatemq;cõceſſit Principi Academię medicorum, qui ad præſens eſt Sp.D Paulus Pizzuto Regius Cõſiliarius,& Prothomedicus digniſſimus,vt poſſit portare coram ipſo bidellum cum mazza, vt patet per infraſcriptum actum tenoris ſequentis videlicet.

Panormi die vigeſimo quinto Septembris 9.Ind.1655.

Fuit prouiſum,& mandatum per E.S.ad relationẽ Illuſt.D.Nicolai Fernãdez deCaſtro Conſultoris E. S. ad inſtantiam Sp. D.Pauli Pizzuto Baronis Carrubæ,& Turris Rotundæ R. Conſiliar.&Generalis Siciliȩ Regni, Inſularumque Coadiacentium Prothom. quod Deinceps Princeps, & Aſſidentes Academiæ Doctorũ Phiſicorum huius vrbis Panormi poſſint, & valeant vti, ac portare coram ipſis bidellum cum mazza,tam coram Excellentiſſ. Prorege, quam coram quocumque Magiſtratu, & Tribunali,vti portant Collegia, tam Vrbis Meſſanę,tam Catanæ, quam Gubernatores Tabulę huius Vrbis Panormi,quam nationis Cathalonæ, & Ianuenſium cum omnibus Oneribus Gratijs Prærogatiuis præminentijs, vti ſupra dicti gaudent non obſtãtibus quibuſcumq; ordinationibus incontrariam forſitan factis vel faciendis vnde,&c.

N.F.de Caſtro,&c.

Stephanus Cornacchia pro Mag.Not.

Ad nu.74.Aduerte quod hęc eadem prouiſio, ſiue ſententia prouiſionalis fuit obtenta à Sp. Prothomedico cõtra Ciuitatem Catanæ, quæ prætendebat graduatos in ea in medicina non debere examinari à dicto Spec. Prothomedico, & nihilominus auditis partibus fuit ad relationem Illuſt.Conſul.facta prouiſio ad inſtantiam Ærarij Fiſcalis dicti Sp.Prothomedici die 6.Septembris 1655.facta relatione E. S.per Illuſtriſſ.& Reuerendiſſ.V. I.D.de Spinoſa Conſultorem E.

S.pro-

S.prouidet, & mandat, quid ſtãte lapſu termini iniunctionis,& auditis partibus non concedantur literæ obſeruatoriales petitæ per Senatum Catanæ, imo exequatur prouiſio facta ad relationem Illuſtriſſ. D. Alfonſi Flores de Valdes,ſub die 16. Martij 8. Ind. 1655.&incartamenta ſtent penes acta,& iſte Illuſtriſſ.&Reuerendiſſ. de Spinoſa eſt Iudex Regiæ Monarchiæ, cuius virtutes,integritas,doctrina,& merita propter eorum magnitudinẽ nõ ita faciliter exprimi poſſunt.

Effect.49.n.1. quod damnum datum ab inimicis vnius ex ſocijs, in bonis ſocietatis non ſit commune,ſed ſit emendandum ab eo cuius occaſione fuit factũ *Giurb.ſuper conſuet.Meſſan.cap.9. Gloſſ.4.ſub num.14.*

Effect.61.nu,1.Adde *Auil. in cap pratorum cap.6.ſub nu.23.*

Effect 64.n.4.& 5.Adde *Auil. in cap.pratorum cap.6.*

Effect.66.ſub nu.2.de confeſſione dotis facta à marito,quando præiudicet creditoribus, & valeat? *Rot.penes Rub.dec.78.to.1. dec.259.& 339.to.2. dec.24.& 160 to 3.dec.239.to.2.p.4.Medic. deciſ.80. Ant. Fab.in C.tit.de dot. Caut.non numer.definit.5.6.& 7. Staib in.Iun.reſolut.3.*

Effect.72.in fine, adde quod non minus intereſt reipublicæ viuentes homines conſeruari, quã mortuos ſepeliri, ita vt priuatio ſepulturæ magna pœna,& ignominioſa ſit *Sur. dec.255.n.9* quẽ citat *Barboſ.in Rub.de ſepul.*

Hinc ſepultura hominis non recipit dilationem,& omnis appellatio interdicta eſt,quę cadaueris ſepulturam impedire poſſit *Barboſ. in c.ex parte de ſepult. num.2. & 3.*

Et Laici non debent cum ornamentis,vel anulis ſepeliri *l. at ſi quis §. funeris verbo ornamenta ff.de Relig. & ſumptib.funer.* ne forte propterea effodiantur, vt notat Gl. *in c.ad hoc de auctorit.et vſu pall. verbo ſepeliri,* vbi notat quod clerici debent inuolui veſtibus ſacris, & ſpiritualibus, & pallio.

Sed an poſſint ſepeliri, & ad Eccleſiam deferri cum ſonis, & cantibus pſallentium? quod ſic determinat poſt multos *Gratia. cap.298.n.6.* propter concurſum fidelium,&preces ad Deum pro eis fundendas, vnde *nu.7.* dicit, quod non valet ſtatutum, quod pro exequijs non poſſit expendi niſi certa pecunia taxata.

Qui vero non poſſint in Eccleſia ſepeliri? videndi ſunt *Barboſ.in c.ex parte 2.de ſepult. & in c.ſacris eodem*, vbi de occidente ſeipſum,de excommunicato, & de decedente in peccato, & de mortuis in agitatione taurorum loquitur *Spin.in ſpec. teſtam. Gl. 2.de elect.ſepult.num.26.*

Sed quomodo probetur ſepulturam eſſe communẽ familiæ? dic quod probatur ex inſpectione litterarum *Barbo.in c. nos inſtituta ſub nu.5.de ſepult.* vel ex armis

armis affixis *Peretr. à Caſtr. deciſ.* 44. & vide *Mart. Vot.* 29. *numer.* 11.

Et an ſepultura poſſit vendi, & per creditores adiudicari? videndi ſunt *Barboſ. in c. abolendę de ſepult. Gratian dec.* 26. *cap.* 1. 10. *à nu.* 7. *&* 210. *n.* 28. *Prax. Archiep. Cur. Neap. cap.* 40. *nu.* 18. *Ricc. col.* 649. *&* 2143. *Lar. de Anniu. & Cappell. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 17. *Mart. Vot.* 29. *Barboſ. de Iur. Eccl. vn. tit. de ſepult. cap.* 10. *nu.* 38. *Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *ca.* 3. *n.* 35. *Molin. de primog. lib.* 1. *ca.* 24. *n.* 40. *Phœb. dec.* 8. *nu.* 9. *Rouit. conſi.* 75. *à num.* 4. *lib.* 2.

Ad materiam ſepulturæ *Ricc. coll.* 2145. *& in prax. for. Eccl. p.* 4. *reſolut.* 293.

Effect. 79. *Merend. cont. iur. lib.* 1. *cap.* 30. *per tot. Nouar. q. Forenſ.* 50. *à nu.* 1. *lib.* 2., vbi de requiſitis ad hoc vt habeat locum priuilegiũ eccleſiæ, & inquit, quod primo requiritur euidens neceſſitas, vel vtilitas Eccleſię, & quod pro ſe velit. Secundo, vt domus ſit contigua, vel parum diſtans, etiam ſi eſſet via inter media. Tertio, quod ex venditione non oriatur magnum præiudicium domino, ſeu vicino. Quarto, qđ ſoluatur iuſtum pretium in illo inſtanti, quia quando competit alicui prælatio ſtatim debet ſoluere pretium, & non offerre, ſed ſoluto intereſſe vicinus debet expectare.

Quid ſi agatur de ędificanda noua Eccleſia, & ſic ceſſet ratio vicinitatis? dic quod cogitur, etiam vendere *Nouar. ſupra n.* 8.

An cogatur vendere totam domum? *Nouar. vbi ſupra* inquit, quod non niſi partem neceſſariam, ſed vltra pretium tenetur ſoluere æſtimationem damni contingentis ex cauſa venditionis partis, vel partitionis domus.

Poteſt etiam Eccleſia cogere vicinum ad ſibi communicandum parietem proprium, vt obtenta hac communicatione poſſit eũ extollendo cõgruas commoditates ſibi comparere, etiã ſi proſpectus, & lumen ſolitum vicino per hoc adimatur, dummodo damnum magnum huiuſmodi vicino non afferatur *Merend. contr. iur. lib.* 16. *capit.* 12. *num.* 4.

Poteſt etiam cogere, eum qui habet rem communem cum ea ad vedendum partem ſuam ſi expedit Eccleſiæ habere totam illam rem *Merend. vbi ſupra.*

Effect. 84. Adde *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 7. *Gloſſ.* 3. *part.* 14. *num.* 41., vbi inquit, quod ſi à ſocero fuerint genero promiſſa alimenta in domo, ſi inter ſocerum, & generum ſint ortæ inimicitiæ tenetur ſocer præſtare alimenta genero extra domum cum eiſdem qualitatibus non habita conſideratione, quod extra domum pluribus indigebat gener, & vide ad materiam *Ambroſin. deciſ.* 16. *numer.* 23. *& ſeq. Mar. lib.* 1. *ca.* 9. *n.* 4.

Effect.

Effect. 112. per totum adde *Auil.in cap.pretorum cap.6 per totum.*

Effect. 116. num. 135. Addo *Pragm. 1.de recuſat. Iudic.*

Effect. 129. nu. 3. Adde quod paria ſunt medicum non adhibere, aut adhibere, ſed imperitum *Merlin.de legitim. lib. 4. titul. 1. quaeſt. 17. num. 1. & 2. Cepoll. in l. §. ſi mancipium num. 3. nota 4. de aedilit. edit.* Intellige procedere quando in loco adeſt copia medicorum, *Cepoll. loco citato.*

IESVS MARIA IOSEPH

ALLEGATIONES

SPECT. D. BENEDICTI EMANVEL, D. ANDREÆ MVSCARA ET D. STEPHANI LONGOMBARDO.

DE QVIBVS FIT MENTIO In Tractatu

SVMMARIVM.

1 *Periculoſum eſt coram ſuſpecto iudice litigare.*
2 *Ratio ipſa dictat effugiẽdi iudicium illorum quos ſuſpectos habemus.*
3 *Leuis cauſa ſufficit ad recuſandum iudicem.*
4 *Minor cauſa requiritur in recuſando iudicem quam teſtem.*
5 *Iudex recuſatur ſi ſit conſanguineus partis.*
Fallit ſi ſit conſanguineus vtrique parti in pari gradu. nu. 6.
Niſi adſit aliqua circumſtantia per quam maior affectio conſiderari poſſit in vna quam in alia parte nu. 7.
8 *Monachus per profeſſionem omnia iura ſua transtulit in monaſterium.*
9 *Monaſterium quomodo dicatur ſuccedere in bonis monachi? & 10.*
11 *Hæreditas dicitur delata monaſterio non monacho. contrarium quod ſit delata monacho ſed ex ipſius perſona deferatur monaſterio nu. 12.*
Et tanquam ſagitta tranſmictitur ad monaſterium nu. 13.
14 *Iudicium ad inſtantiam monaſterij tentandum non monachi & n. 15.*
16 *Monaſterium poteſt ex perſona monachi recuſare iudicem.*

Etſi preclaræ ſint Doctrina, & integritas Spect. de Agliata Iudicis primarum appellationum huius Vrbis, nihilominus cum nemo eum Iudicem ſubſtinere cogatur, quem ſibi ſuſpectum habet, ex quo periculoſum ſemper fuit co-
1 ram ſuſpecto Iudice litigare

Cap. cum Pater de except. Cap. quia ſuſpect. 3. quæſt. 5. l. apertiſſimi C. de Iud.

2 Adeo vt ratio ipſa nobis oſtendat omnibus modis effugiendi iudiciũ illorum, quos per aliquam cauſam ſuſpectos habemus, vt aduertit

Couar. pract. quæſt. cap. 26.

3 Hinc docent Doctores leuem etiã ſufficere cauſam ad recuſandum Iudicem.

Maſtrilli deciſ. 151. num. 46. Rouit. ſuper pragm. p. nu. 24. de ſuſp. off. Aponte deciſ. 30. num. 9. Rouit. conſ. 8. nu. 12.

Imo minorem cauſam requiri in Iudice, quam in teſte, quia facilius reperiuntur centum Iudices, quam vnus teſtis.

Ponte conſ. 141. nu. 2. 9. lib. 2.

4 Cum itaq; dictus Spect. de Agliata reperiatur conſanguineus in gradu à Iure diſpoſito Donnæ Franciſcæ *de Septimo*, ad cuius inſtantiã fuit propoſita appellatio binarum Interloquutoriarũ latarum per R. C. P. huius Vrbis ad fauorem Monaſterij Sanctæ Claræ huius Vrbis, ac Reuerendi Patris Prouincialis Societatis Ieſu, merito redditur ſuſpectus in cauſis prędictis, cum potiſſima ſuſpitionis cauſa ſit ipſa conſanguinitas.

Ll Cap.

Digitized by Google

ditas ipſi Monaſterio dicatur immediate delata, non autem Monacho.

DD. in cap. in præſentia de prob.

Ruinus conſ:204.n.12.conſ;205 n. 1. conſ. 206. n.6.lib. 1.

Corneus conſ:172. lib. 3.

Curtius Iun. con: 48. n. 8.

Ceuallus comun. contra comun. queſt. 41.n.1.

Tappia in auth:ingreſſi verbo ipſo ingreſſu n. 94. & ſeq.

Rodriquez tom:2. queſt: regul. 77. art. 1.

Molina de Iuſtitia, & Iure.diſp. 140.

Sances in præcepta decalogi.li. 7. cap.12.n.36.

Gratian diſcept: 363.n 16.vbi. dicit ab hac opinione non eſſe recedendum tanquam comuni, & magis Fauorabili religioni.

Altogradus conſ: 96.n.17. Vbi. dicit magis comuniter receptam.

Barbatus de diuiſione fructuũ p. 2.cap.2.n.198.vbi teſtatur deciſũ.

Rota Romana decis:171.n. 1.2. in nouiſſ. 1.2.

Caualer. decis: 346.

Buractus decis: 394.n.7.

Farinac.in poſth.decis:178.to.2.

Et quamuis aliqui contrarium affirmauerint, quod ſcilicet nõ deferatur Monaſterio ſed Monacho, vltra quod loquuntur cõtra comunem, nihilominus pro nobis etiam faciunt, quia non negant acquiſitionem fieri Monaſterio, ſolum diſputãt, an iſta acquiſitio fiat ipſimet Monaſterio immediate, an vero mediate, nam ipſi non negant
12 quod licet Monacho deferatur immediate ſucceſſio, tamẽ ex illius pſona Monaſterio deinde defertur, vt conſtat ex relatis per.

Buttiglier de ſucceſſ:ab Inteſt. cap.2.theor.71.

13 Imo dicunt quod nec momento tẽporis reſidet hereditas penes monachũ ſed tanquam ſagitta, & ſcintilla tranſmittitur ad Monaſterium

Vt multis relatis aduertit Altogradus conſ; 96.n.16.

Si igitur Monaſterium eſt illud quod acquirit dominium, & poſſeſſionem bonorum, ſuumque principaliter eſt commodum, ſiue immediate ſiue mediate, quo pacto in eo adeſſe poteſt æqualitas, & vniformis ratio affectionis?

Cõprobatur ex quo omnis actio, totũq; Iudicium non poteſt funda-
14 ri in perſonam Monachi, ſeu monialis, ſed Monaſterium eſt illud, quod agit, nec poteſt Monachus ſuo proprio nomine actionem intentare. ſed omnia nomine Monaſterij peraguntur, in punto.

Speculat. lib.1.partic.2 tit. de actore §. expedito n.51.

Ciriacus contr.144.n. 17.& ſeq.

15 Vbi etiam n.23.affirmat quod inſpicitur Monaſterium, cui acquiritur, non autem Monachus, ex cuius perſona fit acquiſitio.

His igitur apertiſſime fundatis nõ obſtant in contrarium adducta, &
16 Primo quod Monaſterium poteſt ex perſona monachi recuſare Iudicem ſuſpectum.

Ex Rouit: ſuperpragm: de ſuſp. off. pragm; 1.n.

Quia Reſpondemus nos non negare quod in monaſterium tranſeunt omnia iura, omneſque actiones monacho competentes, & cõſequenter quod poſſit vti omnibus beneficijs, & remedijs monacho competentibus, at euitari non poteſt, quin Monaſterium etiam inſpiciatur, cui applicatur totum cõmodum, dominium, atque poſſeſſio bonorum, ſiue immediate, ſiue mediate perſona ipſius monachi ergo cum Monaſterium nil comune habeat reſpectu conſanguinitatis, negari non poteſt quod Monaſterio inſpecto erga illud ceſſet affectionis ratio, & conſequenter quod reſpectu illius omnino reddatur ſuſpectus ſemel ac eſt conſanguineus

guineus partis aduerſæ. Vnde ad Inducendam æqualem affectionem erga Monaſterium, cuius eſt commodum, doctrina Rouiti applicari non poteſt.

Neque pariter obſtat aſſerere quod Monaſterium non poſſet eſſe ſaiſitus, ex quo iſta poſſeſſionis cõtinuatio vigore ſtatuti non tranſit in Monaſterium, ſed in Monachum

Quia Reſpondetur ſaltem negari non poſſe quod tranſeat etiam in Monaſterium mediante perſona Monachi, & de facto ipſi Monaſterio, & non Monacho fuit data Manutentio.

Concludimus igitur quod dum erga Monaſterium nulla poteſt cõſiderari æqualitas affectionis, recte propoſitam eſſe ſuſpicionem.

His addatur quod erga Reuerẽdum Patrem Prouincialem nulla prorſus cadere poteſt dubitatio de ſuſpicione prædicta quia ipſe venit ex vocatione donationis factæ dicto quondam D. Aloijſio, vbi fuit di recte vocatus poſt mortem Don Aloijſij ſine filijs, ac proinde tanquam penitus extraneus ſi ne dubio recte propoſuit ſuſpicionem, quocumque igitur ſe ver tat Pars ſuſpicionem dicti Spectabilis Iudicis minime euitare poteſt atque ita terminandum fore putamus. Cetera vero ſuppleat.

ALLEGATIONES CONTRARIÆ.

HIACINTI PENSABENE.

IESVS MARIA IOSEPH.

ADMODVM SP. DOMINE.

SVMMARIVM.

1 *Vdex vtrique parti pariter conſanguineus recuſari non poteſt.*
2 *Hæreditas an acquiratur immediate monaſterio vel monacho? & nu. 4. 5. & 7.*
6 *Monachus ſi nolit adire hereditatẽ An poſſit Abbas illam adire, & nu. 7*
8 *ſtatutum de continuanda poſſeſſione continuat poſſeſſionem in monaſteriũ, & non in monachum.*
& de ratione nu. 9.
10 *Monaſterium poteſt ex perſona monachi iudicem in ſuſpectum allegare.*
11 *Iura ſanguinis non tranſeunt in monaſterium.*
12 *Statutum excludens ſeminã propter maſculos comprehendit monachos.*
13 *Monaſterium an & quando habeatur loco filij? & nu. 14. 15. 16. & 17.*

RECuſatio Propoſita aduerſus Sp. de Agliata ad Inſtantiam monaſterij Sanctæ Claræ huius felicis Vrbis non ſubſiſtit; pretendit enim Pars quod ſpect. de Agliata ſit ſuſpectus ratione conſanguinitatis, quæ inter Ipſum, & Donnam Frãciſcam de ſeptimis exiſtit, quod ſi ita plane procederet, vt obijcitur, res extra aleam eſſet.

At certe fallitur Pars, licet enim Iudex ex cauſa cõſanguinitatis poſſit vti ſuſpectus recuſari, tñ hæc re-
1 gula cõmuniter ab omnibus limitatur vt nõ procedat quoties Iudex vtrique parti in æquali conſanguinitatis gradu coniunctus reperitur, pro vt nominatim tradit.

Abb. In cap. poſtremo n. 5. extra de appellat.

Farinac. Ball. Apicella & ceteri, quos longo ordine refert Coſta ſticul. conſ. 85. n. 39.

Hanc limitationem pro vt veram fatetur pars, Ita eam ad terminos noſtri caſus adaptari non poſſe fatetur, ex eo potiſſimum quod cum lis nõ cum moniali cõ-

ſanguinea

ſanguinea vertatur; ſed Inter *M*onaſterium,& Donnam Franciſcam, debeat omnino ceſſare vis limita-
2 tionis, ea ratione quia hæreditas immediate *M*onaſterio quęratur ex tradits per. *Gratian. cap. 363.n.2. Staiban.reſol.25.*

Ad hanc obiectionem Reſpon-
3 detur veram non eſſe canoniſtarū opinionem, hæreditatem ſcilicet monaſterio,non monacho defferri, ſiquidem ipſi met Canoniſtæ Inter ſe nec etiam cōcordant cū.*Innocent & Felin.in cap.In preſentia.* mordicus defendant hæreditatem deferri monacho,& ex eius perſona demū in *M*onaſterium tranſire,idemque defendit late.

Gugliem. de Bened.p.2.n. 81.

In cap.raynutiuſ..

Idem Felin. In cap.ex reſcripto n.3.extra de Iur.Iur. & In d.cap. Inpreſentia.n.56.

Bald. In auth. Ingreſſi n.10.

Neapodan.In conſuet.ſi quis vel ſi qua.

Rouit.cons: 44.n:20.

Caput.ad conſuet. neap.p.3.§.8. n.15.fol.322.

Bottillier:de ſucceſſi.ab Inteſtato tit..de renunc.cap.2.n.2.Theor 71.fol.350.

Vbi etiam tradit, quod habità pro vera Canoniſtarum ſententia ad huc tamen monialis factum requiritur In actu adeundi Ita vt ſi ipſa nolit *M*onaſterium excludatur.

Quid quid autem ſit de hac Iuris ciuilis,& Canonici interpretum,cōtrouerſa opinione, tamen in foro
4 ſæculari ſemper Iuris ciuilis non autem canonici diſpoſitionem attendēdā eſſe in his terminis tradūt.

Corn.cons,272.n.3.lib.3.

Clar. in §.Teſtamentum queſt. 30.in fine.

Bellon. de iure accreſc.c.7.q:44. n.16.

5 *M*axime quia in iure canonico non reperitur tex. qui dicat bona deferri ad *M*onaſterium; in iure autem ciuili adſit.Tex In.

L.Deo nobis C.de Epiſcop.& Cleric. quē text adhoc ponderat.

Bottillier. loco citato n.2.

Per tex.n.Præd. expreſſe probatur hæreditatem non ad monaſterium, ſed ad monachum deferri eāque ſibi monachum defēdere; vnde inferimus quod iudicium non cum monaſterio, ſed cum monialibus agitur.

Imo plus dicunt.DD.nempe monachi factum eſſe neceſſariū in actu adeundi quod ita à perſona inſe-
6 parabile iudicatur, vt ſi monachus nolit adire non poſſit Abbas adire Per ſe Ipſum.

Licet poſſit monachū cogere ad hęreditatem addæundā, & hæc eſt verior, & frequentior opinio ſecundum.

Cin. in l.final nu.5.& ibi Bald. C.de epiſc.& cleric.

Bartol.in l.is poteſ.18.n.14.ff.de acq.hared.

Bald.In.l.1.n.43.verſic. confirmatur vbi Signorol.n.56.verſ.4 ſic Purpur.nu.6.Cagnol. nu.10.C. qui admitt.

Bertrand.cons.73.

Craſſi. In §. ſubſtitutio queſt. 9.nu.7.

Speculat. in tit.de ſtatu monac. nu.12.

Trentac. de ſubſt.p.1.c.7.n.4.

Quidquid autem ſit de prædicta opinione vtrum Abbas nolēte monacho adire poſſit,attamen frequē-
7 tior, & receptior eſt legiſtarum opinio aſſerentium hæreditatem nō monaſterio ſed monacho deferri & Ius adeūdi Primo in monachū deferri,licet inde ſi nolit quęſtio ſit vt prędiximus an poſſit Abbas acquirere Pro vt nominatim tradit.

Bellon.de iur. accres.c.7.q.44.n. 14.vbi veriorem, & frequentiorem dicit legiſtarum opinionem.

Reg. de Pont.cons. 46.Marta de ſucces.leg.p.3.q.13.art.1.n.25.& p.4.

p.4.q.1.art.4 n.12.fol.2.

8 Quod adeo verum eſt vt ſtatutum quod apud nos extat de continuãda, nõ in monaſterium, ſed in monialem poſſeſſionem continuat, ex cuius perſona agendum eſt non autem nomine monaſterij.

Tiraquell. In tract.lemort ſayſit leuif.p.2.declar.15.n.26.

9 Et Ratio eſt quia iura ſanguinis in monaſterium non tranſeunt vt idẽ Tiraquellus tradit; regulare enim eſt quod iudicium cum monacho fieri debeat, & in eius Perſonam cõcipi libellus licet ipſe per Abbatẽ reſpondeat cum non habet caput, ſtandi in iuditio.

Glos.In auth. Apud quos oport. caus. dicer. in verb.interpellet.

Si igitur manutentionis iuditium monialis nomine agendum eſt quia in eam & non in monaſte-
10 rium lex continuat, ſequitur quod monaſterium ex perſona monialis iudicem ſuſpectum allegare poſſit, non autem proprio Pro vt in terminis tradit.

Rouit. in Prag.1.n.73 tit.de ſuſpic. Official.

Et quidem quo ad hunc effectum non niſi ex perſona monachi iudex poterit recuſari, quia ius recuſandi regulatur ſecundum iura
11 ſanguinis. iura autẽ ſanguinis in monaſterium non tranſeunt quia ſunt inſeparabilia

Tiraquell. vbi ſupra.

Confirmantur Præd. monachi ſc.
12 perſonam eſſe attendendam vt ſi extet aliqnod ſtatutum excludens feminas propter maſculos vtique ſtatutum iſtud comprehendit monachos.

Theſaur. lib.2.q.1.n.7.

Quod certe non eueniret ſe ſucceſſio immediate monaſterio deferretur.

Nec obſtat. quod pars aiebat monaſterium haberi loco filij, & ſic ſpect. de Agliata eſſe magis propinquum Donnę Franciſce de ſeptimis, quam prędicto monaſterio.

Quia Reſpond. Primo quod ſi vera ſunt pro vt negari non poſſunt ea quę ſupradiximus hæreditatem nõ monaſterio ſed monacho deferri, nõ eſt amplius de prædicta quæſtione tractandum an ſcilicet monaſteriũ loco filij habeatur nec ne.

Secundo Reſpõdetur quod prædicta propoſitio monaſterium ſc. filij loco reputari non eſt ſimpliciter vera imo eam falſam eſſe traddunt.

Salicet. in auth. niſi rogati C. ad Trebellian.

Felin. in cap. in preſentia n.74. vbi etiam Bald. & Abb.

Bald. in auth. ſi qua mulier vbi Ias. n.19. & 20. Seſſe decis.45.n. 39. & 40.

14 Tertio Reſpondetur, quod ſententia illorum, qui dixerunt monaſterium haberi loco filij, procedit tantum in caſibus a iure expreſſis.

Tiraquell. de retract. lignag.§.1. glos.8.n.20.fol.94.

Barthol. in l. ex eaparte §. inſulam niſi ff. de verb.oblig. Bald. in auth. ſi qua mulier Cod. de Sacroſ. Eccleſ. vbi Ias nu.18. & 20. Felin. loco cit. n.42.

15 Caſus autem in quo monaſteriũ habetur loco filij nullus alius in iure traditur niſi quando monaſteriũ prætendit ſuccedere ad excluſionẽ ſubſtituti in caſuquo fuerit grauatus ſub conditione ſi ſine liberis decedat.

§. ſed & hac preſenti Auth. de Sanctis Epiſcop.

Craſ. §. fideicommiſſum queſt. 40.n.1.

Tiraquell. de retract. lignag.§.1, glo's.8.n.20.fol.94.

16 Preter hunc autem caſum nunquam dicendum eſt monaſterium haberi loco filij vt bene probant.

Bartol. Bald. Felin. Iaſ. & alij ſupra relati,

17 Addo prædictis quod in ſtatutis monaſterium nunquam habetur loco filij.

Tiraqu. & alij relati per Giurb, de feud.5.1.gl.7.n.44.

Cum

Cum igitur nos verſemur in ſtatutis non eſt de caſu prædicto diſputandum.

Nulla igitur habenda eſt ratio de prædicta concluſione ad effectum recuſationis propoſitæ, ſed ea decidenda eſt ſecundum gradum conſanguinitatis per monialem repræſentanti, pro vt etiam omnes ſententiæ poſſeſſoriæ tempore in earũ perſonas cõceptæ reperiuntur, prout eſt ſententia poſſeſſoria bonorum allodialium poſt mortem Principis Campifranci relictorum, & aliæ.

Prout etiam hoc iudicium in quo verſamur in perſonam ipſarum monialium fuit conceptum & ita Petitio, & effectus ex aduerſo fuit formatus quod aduertimus poſt allegatam oretenus cauſam.

Hæc ſunt quo ad recuſationem propoſitam ex parte Monaſterij, quo vero ad recuſationem ex parte Collegij pertinet diſtinguendum nobis eſt quod aut agimus de bonis proprijs quorum dominium, & poſſeſſio erat penes Patrem Carolum quæ ſc. renuntiauit D. Aloyſio & ſucceſſiue eo fine maſculis decedente dedit collegio Societatis, quia in ſuis bonis prætenſio venerab. Societatis eſt ex perſona propria fatemur quod adeſt difficultas an ſc. Spec. de Alliata ſit ſuſpectus; quo vero ad bona, & hæreditatem D. Aloyſij quæ modo defertur quia vt dicebamus renuntiatio intelligitur ſi hæreditas renuntianti deferatur, nulla difficultas exiſtit tum quia in his bonis nullum ius habet ſocietas quia Pater Carolus tempore quo deferuntur incapax reperitur pro vt incapacem in his bonis declarauit R.C.P. manutenendo ſc. venerab. Societatem in bonis prædictis renunciatis, & donatis tantum vnde vſque adhuc illi obſtat ſententia à qua ex parte ſocietatis reclamatum non fuit. tum etiam quia ſi Pater Carolus non eſſet incapax, & poſſet concurrere in hoc caſu Societas non ex propria ſed ex perſona P. Caroli ſuccederet, & Iudicium cum P. Carolo eſſet agitandum vt ex Tiraquello ſupra Probauimus.

Et Propterea quo ad hanc partem Sp. do Alliata iudicandus erit nõ ſuſpectus cum militent rationes adductæ ſupra aduerſus monaſterium imo fortiores vt prædiximus quia ſc. venerab. Societati obſtat ſententia.

Hæc ſunt quæ aduerſus recuſationem propoſitam occurrunt cætera, & longe maiora ſuppleat ſumma Iuriſprudenti Domin. tuę M. Sp. cuius Iud. hæc & nos libenter ſubmittimus.

Hæc cauſa fuit a me deciſa vti iudice de conſenſu partium electo. Declaretur ſuſpectus expenſis hinc inde compenſatis. Ratio quæ me mouit præcipua fuit quia Sp. D. Ioannes Alliata intendens monaſterium Sanctæ Claræ non poſſe ſuccedere ex perſona Sororum Stefaniæ, & Claræ in hæreditate condam. D. Aloyſij de Vigintimilijs defuncti ab inteſtato propter renunciationes ab ipſis factas voluit dictum monaſterium excludere a dicta hæreditate ac proinde inuentarium de illa fecit vt excluſo monaſterio in poſſeſſionem illius immitteretur. At vbi ſciuit eamdem poſſeſſionem petere D. Franciſcam Septimo ſe abſtrictiorem in gradu abſtinuit a prædicta petitione iudicans ius fauere contra Monaſteriũ potius D. Franciſcæ quam ſibi: ſibi autem fauiſſet ſi D. Franciſca non concurriſset ergo iam ſententiam ipſe tradiderat contra monaſterium pro D. Franciſca ac propterea in hac cauſa nullo iure poterat eſſe Iudex. Et iuſtam fuiſſe meam ſententiam probauit euentus nam dictus D. Ioannes qui in eadem cauſa appellationis prætendebat eſſe iudex ſe ſubſcripſit vt aduocatus in allegationibus in fauorem D. Franciſcæ præſentatis in M.R.C.

(✠)

AL.

ALLEGATIONES STEPHANI BERRVTO.

De quibus fit mentio in Tractatu.

IESVS, MARIA, IOSEPH, CAETANVS

SVMMARIVM.

1 *Iudex poteſt recuſari ex cauſa conſanguinitatis, vel affinitatis.*

2 *Suſpicio Iudicis affinis an ceſſet diſſoluta affinitate?*

Quid exiſtentibus filijs? nu. 5. 6. 7 & 8.

4 *Inimicus reconciliatus non ſtatim poteſt eſſe iudex, vel teſtis.*

8 *Milan. deciſ. 16. lib. 1. declaratur, & impugnatur, & num. 10. & 11.*

9 *Cauſa ſuſpicionis eſt fauorabilis, & in dubio pro ea eſt iudicandum.*

12 *Iudex propter minimum intereſſe quod habet in cauſa poteſt recuſari vide nu. 13.*

14 *Iudices ratione conſanguinitatis, vel affinitatis vſque ad quem gradum poſſunt recuſari? & nu. 16. 17. 18. & 19.*

15 *Suſpicio oritur ex nimia indiois affectatione.*

20 *Iudices etiam integerrimi allegantur ſuſpecti.*

DIE 20. Iulij proximè præteriti Donna Anna Louo vidua relicta cōdā Capitanei D. Roderici Lopes Louo recuſauit Sp. D. Ioannem Alliata tunc Iudicem Curiæ primarum Appellationum huius Vrbis veluti ſuſpectum in cauſis vertentibus inter ipſam D. Annam, ac D. Franciſcam Spatafora, & Oliuera relictam condam Don Vincentij.

Cauſam præbuit recuſationi feſtinatio cum qua dictus Spect. Alliata intēdebat in dictis cauſis procedere, factis diligentijs fuit tunc detecta conſanguinitas ipſius Spect. D. Ioānis cum dicto condam D. Vincentio, & eius filijs, & affinitas cum dicta D. Franciſca.

Fateor me opinionem habuiſſe, vt non illico recuſaretur, & melius ſenſiſſe alios qui D. Annæ pariter patrocinantur ſecutos conſilium traditum à D D. quod ſuſpicio Vbi excogitata, & perpenſa fuerit abſque mora proponatur, idque ob triſtiſſimos euentus litium, quę agitantur coram ludicibus ſuſpectis, triſtiſſimos hoſce euētus D. Anna aſſecuta fuit.

Suſpicionis cauſa propoſita, & tūc ſcita eſt affinitas prædicta Spect. de Alliata cum Donna Franciſca in quinto gradu affinitatis de Iure Ciuili, ac conſanguinitas cum ipſius filijs in ſexto gradu dicto Iure Ciuili inſpecto.

1 Sunt conſanguinitas, & affinitas primariæ cauſæ in Iure expreſſæ, ex quibus Iudices vt ſuſpecti remouentur ob præſumptam affectionem ad res conſanguineorum, & affinium *c. poſtremo de appell. c. abſens 3. q. 9. l. lex cornelia ff. de Iniur. cum alijs, & DD. paſſim.*

Pars aduerſa hæc omnia fatetur, in duobus tantum inſiſtit. Primum eſt quod affinitas D. Franciſcæ cum Spect. de Alliata morte D. Vincentij fuit diſſoluta, & per conſequens ceſſauit omnis effectus ex dicta affinitate proueniens. Secundum eſt quod non ſit extendenda ſuſpicio ex cauſa affinitatis vſque ad quintum gradum de Iure Ciuili, ſed ad ſecundum, vel altius vſque ad quartum.

His tamen, & alijs non obſtantibus omnino Spect. de Alliata eſt declarandus ſuſpectus.

Et quoad primum An diſſoluto 2 matrimonio, quod affinitatem produxit,

duxit, ceſſet Iudicis affinis ſuſpicio, duo caſus ſunt inſpiciendi.

Primus eſt vbi non remanent reliquiæ, & filij. Secundus ſi filij ſunt ſuperſtites,

3 In primo caſu dicendum etiam eſt quod adhuc Iudex affinis ſit ſuſpectus, & poſſit recuſari. *Ita Alex. de Neuo in dicto c. Poſtremo nu.* 13. 14. 15. *de Appellat. quem ſeq. Farin. in 2. par. fragm. crim. verbo Iudex nu.* 838. *late Berret conſ.* 138. *per tot. Grattan. diſcept. tom p. cap* 100. *num.* 14. *Rouit. in Comment. ad Pragmat. Regni Neapol. rub. de ſuſpic. offic. pragm.* 1. *num.* 20. qui tandem concludit diutius eſſe ſuper hoc articulo cogitandū incōtingētia facti. ex noſtratibus *Carolus de Graſſ. except.* 24. *num.* 49. *Muta ſuper Pragmat tit.* 4. *de recuſat Iudic. nu.* 19. *vbi allegat Crafaglion. in repert. in verbo affinis, & Milum in allegat. pro D. Emilia Alliata contra Gaſparem Alliata, ac verius dixit Giurba obſeruat.* 95. *nu.* 10. Ratio eſt quia dato quod per diſſolutionem Matrimonij affinitas quoque finita remaneat, nō tamē propterea eſt finita dilectio cauſata ex affinitate *ad tradita per Tiraqu. in Tract. ceſſant. cauſ. ceſſ. effect. par.* 1. *num.* 27. *cum ſeqq. ſignanter num.* 29. *& notabiliter dixit Fulgos. in l. fin. cod. de verborum ſignificat. num.* 2. *in fine & poſt eum Corneus ibi num.* 7.

Verum tamen nō eſt diſſoluto matrimonio, quod fuit cauſa affinitatis ceſſare affinitatem, vt expreſſe reſoluit. *Tex. in c. fraternitatis* 35. *q.* 10. etiam ſi coniux ſuperſtes cōiugio copuletur *Guttier. de Matr q.* 99. *nu.* 4. *ac Ledeſma, & alij probant poſt Diuum Thomam* 3 *par. q.* 55. *ar.* 2. ex eo quod relatio affinitatis non fundatur in coniunctione actuali coniugum, ſed in coniunctione quæ fuit. Et certe ſi finirētur affinitas qua ratione matrimonium impeditur? Dicendum ergo eſt in veritate nō ceſſare affinitatem, ſed quoad aliquos effectus videri ceſſare, inter quos non eſt affinis Iudicis ſuſpicio; nam experientia docet magnam quoque adhuc durare affectionem, prout etiam aduertunt Alex. de Neuo, Farinac. & alij vbi ſupra, maxime vbi coniux ſuperſtes in viduitate manet, quo caſu in eodem matrimonio, quod cauſauit affinitatem permanere dicitur iuxta notata per *Tiraquell. in tract. de nobilit. cap.* 18. *nu.* 9. *verſ. nam interim dum eſt vidua*, & propterea nec affinitas poteſt dici reſoluta vt bene probat *Rouit in dicta Pragm.* 1. *num.* 29. *ex Bald. in l. ſi mulier Cod. de Adulter.* qui per illum textum ait quod ſi officialis ſtuprū commiſerit cum vidua, iniuriantur etiam conſanguinei viri defuncti, & infert quod eſt iuſta cauſa inimicitiæ, & per conſequens ſuſpicionis.

Cæterum quicquid ſit de diſſoluta vel non diſſoluta affinitate matrimonio cauſa affinitatis diſſoluto, ſat eſt quod remaneat dilectio adhoc vt Iudex ſit ſuſpectus *Rouit. dict. num.* 29. *Alex. de Neuo Berrett. & Farinac. loc. cit.* Imo ſuſpicio affectionis, & eius

4 dubietas ſufficit, ſicuti pari ratione dicimus inimicum reconciliatum nō eſſe ſtatim Idoneum Iudicem vel teſtem, quia dubiū adhuc eſt an remāſerint quædam reliquiæ odij, ſed expectandum eſt vt amicitia ſit longo tempore cōfirmata, & obliterata ſint omnia inimicitiæ veſtigia per Tex notab. in *c. accuſationes, & teſtes, quod eſt ſecundum, & ibi Gloſ.* 3. *q.* 5. *& ita voluit Gloſ. in c. per tuas in verb. capitales de Simon, & ibi Ioann. Anan. & Felin. Innocent. Abb. Specul. cum plurimis per Tiraquell. in dic. tract. ceſſant. cauſ. limit.* 16. *nu.* 17.

5 Sed quatenus prædictus primus caſus dubitabilis forte eſſet (prout vere non eſt) indubitatus eſt ſecundus caſus propoſitus, quando reliquiæ remanent, & filij, nec ex defectu cauſæ tunc ceſſat præſumpta affectio *Fontanell deciſ.* 13. *num.* 8. 9. 10. *tom.* 1. vbi teſtatur de obſeruantia Senatus Cathaloniæ, & Senatorum dicti Sena-

tus, qui in primo caſu non ſe abſtinent, in ſecundo caſu ſtatim, nec expectãt quod proponãtur ſuſpiciones, de qua obſeruantia teſtatur etiã *Ferr. 3.par. obſeruat. cap. 119. & miratur dicto num. 10. Fontanell.* quod fuerint qui contrarium tenuerint, ac reperiatur ſenatus qui ita declarauit *Rouit. vbi ſupr. ex num 37. vſque ad num. 34. qui deciſum refert in conſilio collaterali iunctis Tribunalibus Sacri Conſilij, & Regia Camera ſummaria cauſa bis ſollemniter diſcuſſa. Sequitur Maurit. Apicell. in add. ad tract. Matth. Apicell. Patris de ſuſpic. offic. num. 828. Gallup. in praxi ſacri Conſ. part. 1. cap. 4. num 35. in fine.*

6 Nec obſtat dictus *Apicell. Pater in dict. tract. num 127.* qui fuit ex aduerſo allegatus, quia non loquitur prout alij qui forte adduci poſſunt quando ſuperſunt filij, quo caſu firmat contrarium additionator vt dixi. Et quando etiam filij nõ exiſtunt, quod adhuc habeat locum ſuſpicio ſuperius comprobatum fuit.

7 Non obſtat etiam *Seſſe deciſ. 414. tom 4.* ſimiliter ex aduerſo allegatus, tum ex his quæ aduerſus deciſionem Milanenſis proxime dicentur, tum quia in caſu deciſionis Seſsæ agebatur de recuſatione Iudicis ex eo quod Aduocatus erat affinis ipſius Iudicis; inquit ibi Seſſæ hoc debere intelligi affinitate durante, & non diſſoluta per mortem etiam ſi filij ſuperſint, quia forus dictarũ recuſationum erat contra ius commune, & correctorius fororum antiquorum, ac l. ſ propterea odioſa, ſecus foret quando ius commune recuſanti aſſiſteret iuxta diſtinctionem *Tiraquell. in dicto tract. ceſſant. cauſ. par. 1. n. 37. videndus Seſſe ex num. 17. vſque ad nu. 25. & num. 56. & 37.*

8 Non obſtat *Milanſ. deciſ. 16. lib. 1.* & deciſio tunc facta cum duabus alijs quas refert, quia in dicta deciſ. quæ tunc facta fuit concurrebat quod Iudex qui fuerat vti ſuſpectus recuſatus, tranſiuerat ad ſecunda vota, & idem Milanenſis num. 17. dicit quod hoc etiam mouit animos Iudicum, in prima aliarũ deciſionum quas refert alias factas non aperitur quod remanſiſſent filij, & licet in altera id aperiatur, tamen neſcitur, quæ circũſtantiæ forte concurrerint. Ideo bene dixit de Franchis quod vbi deciſ. allegatur cuperet videre proceſſum.

Item parum curandum eſt de dictis deciſionibus Milanẽſ. quæ à DD. ac ſupremis Tribunalibus, & Senatibus reprobatæ reperiuntur, facta etiam ſuper eis maxima diſcuſſione.

Rurſus dato quod ſolum redderẽtur dubiæ deciſiones de quibus Milanenſ. ex dicta earum reprobatione per DD. & dicta ſuprema Tribunalia (ob quam tamen re vera penitus ſunt reijciendæ) *Spect.* de Alliata erit niholominus ſuſpectus declarãdus.

9 Eſt enim fauorabilis cauſa ſuſpicionis, & ad eam proni debent eſſe Iudices ac in dubio pro ea eſt Iudicandum prout firmat *Rouit conſ. 8. n. 11. lib. 1. Aponte deciſ. 30. nu. 16.*

10 Præterea Milanens deciſiones fundãtur in *Gloſſ. l. ſed hoc ita in verbo ſuccurrendum ff. de Re Iudicat.* dicta tamen Gloſ. non dicit omnino ſolui amoris vinculum affinitate ſoluta, ſed quod decreſcit ideſt minuitur, vti animaduerterunt *Tiraquell cit. num. 29. in dicto tract. ceſſant. cauſ. & Berrett. dicto conſ. 138. num. 7.* Quæ diminutio nec prætendi poteſt exiſtentibus filijs ex matrimonio diſſoluto, & eo minus concurrente quoque viduitate, & alijs quæ poſt adducentur in caſu noſtro.

11 Denique ex doctrina eiuſdem Milanens. fundatur declaratio ſuſpicionis Spect. de Alliata; dicit ipſe num. 16. quod dictum Alexãdri de Neuo poſſet procedere, quando probaretur remanere eamdem affectionem: bene ſubiungit *Fontanella dicta deciſ. 13. num. 9.* quod hæc ſemper remanere dicitur cum remanent filij, ſi non re-

ſpectu

ſpectu eorum qui erant affines, certe reſpectu ipſorum filiorum. In caſu noſtro quis dixerit non remanere, & præſumi eamdem affectionem erga Donnam Franciſcam in viduitate perſiſtentem exiſtentibus filijs ex eodem D. Vincentio qui cauſa affinitatis fuit? Nullus ſane. a Don Vincentio incepit dilectio, Per filios conſeruatur faciunt tradita per *Tiraquel. in dicto tract. ceſſant. cauſ. limit.* 16. vbi cauſa ceſſante non ceſſat effectus ſi remanēt reliquiæ priſtinæ cauſę, pręcipue ſi in reliquijs eſt eadem ratio prout hic.

Similiter affectio reſpectu filiorū recte pro ſuſpicione perpenſa à Fontanell. debet conſiderari, & fortius habere locum in caſu noſtro ob intereſſe, quod habent filij D. Franciſcæ in cauſis vertentibus inter ipſam D. Franciſcam, & D. Annam Louo clientem cauſa principalis D. Franciſcæ quam habet cum D. Anna, fit à D. Franciſca pro excluſione ſubiugationis vnc. 90. annualium ſubiugatarum ipſi D. Annæ per condam D. Suſannam de Oliuera Matrem D. Franciſcæ, & ſic cauſa prædicta remanet non tam D. Franciſcæ quam etiam filiorum, Si excluditur dicta ſubiugatio, filiorum ſucceſſio, dotes augētur, ſi nō excluditur, dotes, ſucceſſio diminuuntur, & maximo quoque periculo remanent obnoxia ex cauſa dictæ ſubiugationis in tam magna ſumma bona omnia dictæ condam D. Suſannæ peruenta in ipſam D. Frāciſcam, Quæ ratio mouit Ioannem Stephanum Onetum Virum D. Liuiæ filiæ D. Franciſcæ, & habentem pro dotibus ſubiugationem vnc. 140. reditus ſuper eiſdem bonis condam D. Suſannæ, vt pecunias ſubminiſtraret pro hiſce litibus ſi verum fateri volumus.

Fuit intereſſe ſucceſſionis immediatæ ab inteſtato habitum ſufficiens pro ſuſpicione *Prag.* 11. *Regni Neap. in §. ordiniamo di più*, & in dictæ ſu-
12 ſpicionis materia quod libet vel minimum intereſſe ſatis eſt ad remouēdum Iudicem conſanguineum, quia cōſanguineus ſemper præſumitur habere affectionem ad cauſam ratione conſanguinitatis *Giurb. obſer.* 68. *n.* 12 14. *poſt. Rouit. deciſ.* 8. *num.* 8., etiam ſi intereſſe ſit ſecūdarium, prout in dictis locis plene per eos.

Prædicta iuris ratione inſpecta D. Cataldus Fimia toties M.R.C. Iudex eius integritatis quam omnes noui-
13 mus à Duce Alcalæ Prorege fuit prohibitus, ne ſe impediret in cauſa Rectoris Collegij Societatis Ieſu cū alio litem habenti, ſolum quia Pater Ignatius filius Don Cataldi eiuſdem Societatis Religioſus erat, vt refert *Giurba cit. at. obſeruat.* 68. *nu.* 24. verſ. qua iuris ratione, certe quodnam intereſſe remotius poteſt conſiderari? & tamen ſufficiens fuit pro remouendo Iudice integerrimo.

Neque ſuffragari poteſt aduerſus prædicta ſi replicetur dictum intereſſe ſucceſſionis in filijs D. Franciſcæ non poſſe conſiderari, quia ex fidei commiſſo ſucceſſuri sūt in bonis omnibus condam D. Suſannæ, nam dictum fidei commiſſum nō poteſt oſtēdi, vel amplius prætendi, & ſemper locum habebit allegatum intereſſe filiorum, oſtendant ex aduerſo quicquid volunt.

Sed vt reuertar vnde digreſſus fui ſcilicet ad affectionem erga eamdem D. Franciſcam.

Hæc confirmatur, probatur, corroboratur, & augetur, eoque magis præſumenda eſt fuiſſe, & remanere in Spect. de Alliata ex tot vinculis conſanguinitatis, & affinitatis, quæ habet cum D. Franciſca, & eius filijs nouiter ad notitiam deuentis. Ter conſanguineus Spect. D. Ioannes condam Don Vincentij Spatafora, & filiorum, ter affinis D. Franciſcę, nam vltra perpenſam huc vſquæ conſanguinitatem, & affinitatem Don Marianus Pater Spect. D. Ioānis Alliata

bis conſanguineus & in 3. & 4. conſanguinitatis gradibus de iure Canonico Coniunctus fuit D. Vincentio Spataſora Auo noſtri Don Vincentij Viri D. Franciſcæ, Probatur ex diſpenſatione Pontificia, quæ fuit neceſſaria, vt D. Coſtantia ſoror D. Mariani Nuberet dicto D. Vincentio Seniori.

Verum nec res hic ſubſiſtit. Eadē D. Franciſca Spataſora coniuncta eſt Spect. de Alliata in quarto de Iure Canonico in Octauo de iure Ciuili conſanguinitatis gradu, prout apparet ex ſcripturis vltimo præſentatis.

Sola dicta conſanguinitas in prædicto octauo gradu D. Franciſcæ cū Spect. de Alliata, alijs nec concurrentibus, ipſum ſuſpectum reddit
14 ex diſpoſitione *Pragmatica 3. de recuſat. Iudic.* per quam in Regno Iudices conſanguinei remouentur vt ſuſpecti in gradu conſanguinitatis à Iure diſpoſito, qui gradus à Iure diſpoſitus eſt vſque ad quem datur ſucceſſio, quia couſque protrahitur affectio, & olim erat Septimus in cognatis, hodie vero decimus ſublata differentia per iuta authent. inter agnatos, & cognatos *Gloſ. in c. poſtremo de de apellat in verbo conſanguineus & ibi Innocent. Verſ vel vſque ad gradū vbi admictitur ſucceſſio. Hoſtiens ante n. 1 Henric. Bohic. nu 5. verſ. & licet conſanguinitas. Bald. nu. 1. Abbas nu. 4. Imol. nu. 3. Præpoſitus Mediol. num. 9. Butrius nu. 10. verſ. Quarit gloſ. Fran. nu. 6. Bene Decius. nu. 16. Alex. Neuo nu. 21. 22. 24. Bartol. in l. qui Iuriſdictioni ff. de Iuriſditione omnium Iudic. in 2 lict. & ibi poſt eum Alex. nu. 5. Angel. nu 2. in fin. Iaſon. nu. 5. & alij ſcribentes Iacobin. de Sancto Georgio in l. Apertiſſimi Cod. de Indic. nu. 20. Aufrer. in Tract. de recuſat. nu. 4. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 152. n. 4. & ſeqq. Farinac. in cit. part. 2. fragm. crim. verbo Iudex. nu. 831. Gallup. in. dicta prax. ſacri conſilij part. 1. cap. 4. nu. 31. Aponte deciſ. 30. nu. 14. Rouit. dicta Pragmat. prima de ſuſpic. offic. nu. 25. & plene ex nu. 86. cum ſeqq.* & ita dictam Pragmaticā Regni tertiam intelligunt vſque ad decimum gradum ad quem porrigitur ſucceſſio & affectio *Muta ſuper Pragmat. dicto tit. 4. de recuſat. Iudic. nu. 18. Ballus ibidem num. 11. 12.*

Ex prædictis abunde conſtat de affectione Spect de Alliata, tum ex affinitate cum Donna Franciſca, & cōſanguinitate cum ipſa, tum ex conſanguinitate cum filijs, ac filiorum intereſſe, neque obſtare deciſiones Milanens; & eos qui ad ipſarum corroborationem adduci forte poſſunt. Alia poſſent congeri, ac præcipue ni-
15 mia affectatio & confidentia partis in Spect. de Alliata, quæ apparet ex ſcripturis, & de per ſe ſola eſt ſufficiēs cauſa recuſationis à Iure approbata per *Rouit. conſ. 10. num. 11. lib. 1. & altos*. Et quoad primum ſatis.

16 Quoad ſecundum, quod ex aduerſo prætenditur Iudicis affinis recuſationem non eſſe extendendam ad quintum gradum de Iure ciuili, dubitari non poteſt, quod porrigatur vſque ad ſeptimum per tex. in *l. lex Cornelia ff. de iniur. Sicuti eum ponderat Rouit. allegato nu. 86.*

Verum ipſe Rouit. nu. ſeqq. ex eodem tex. fundat ſuſpicionem Iudicis affinis porrigi vſque ad decimum gradum, ad quem extenditur recuſatio Iudicis conſanguinei. faciunt DD. qui inter Iudices conſanguineos & affines differentiam non conſtituunt, & conſiderant quod plus diligitur quandoque affinis quam conſanguineus; ſic etiam non fit diſtinctio à DD. in teſtibus non admittēdis propter conſanguinitatem, & affinitatem, ſed eumdem gradum determinant, prout eſt videre apud *Farinac. de Teſtibus quæſt. 54. ex num. 49. ſignanter num. 57.*

Quæſtio hæc an ad ſeptimum, vel decimum gradum porrigi debeat Iu-

dicum

dicum affinium ſuſpicio parum ad rē Satis eſt pro D. Anna quod quintum gradum att'ngat, vt ex hoc ſolo ca-
17 pire affinitatis, dempris etiam alijs, obtineat. In ſacro Conſilio Neapolitano, iunctis aulis fuit declaratus ſuſpectus D. Ioannes Sanchez affinis in ſeprimo gradu, vt refert. *Gallup. in dicta prax ſacr. conſ. cit. cap. 4. n. 34., vbi num. 35.* aliam deciſionem refert eiuſdem ſacri Conſ. per quam fuit habitus ſuſpectus Regens Tappia tunc conſiliarius affinis in quinto gradu, & quod plus eſt in ſecundo genere affinitatis. Melior ad rem noſtram eſt deciſio ſacr. conſ. & Regiæ Cameræ Sūmariæ in conſ. collaterali de qua dixi ſupra & referunt *Callup. dicto nu. 35. & Rouit. in dicta Pragm. 1. nu. 27. & ſeqq.*

Plane hac deciſione melior non poteſt haberi in noſtris terminis pro declarando Spett. D. Ioanne ſuſpecto. Pretendebatur in caſu dictæ deciſionis ſoluta affinitas per mortem vxoris Præſidis Mormilis, pro vt hic per mortem D. Vincentij Spatafora. Affinis Præſes in quinto gradu cū Marchione Vallis Siculæ, Don Ioannes in eodem gradu cum D. Franciſca. Attamen ille in ſecundo genere affinitatis, Spett. de Alliata in primo genere. Hic concurrunt conſanguinitas cum D. Franciſca, conſanguinitas cū filijs & eorum intereſſe, aliæ quoque affinitates & conſanguinitates; Ibi nihil aliud præter affinitatem in dicto quinto gradu, & in ſecundo genere. Denique per dictam deciſionem declaratus fuit ſuſpectus Præſes Regiæ Cameræ Regni Neapolis ex ſola dicta affinitate, Hic declarandus eſt ſuſpectus Iudex primarum Appellationum Vrbis Panormi ad præſens Iudex Trib. Conciſtorij ex tot affinitatibus. conſanguinitatibus, & alijs ſuperius deductis.

18 Supereſt reſpondere, ſeu verius expendere Thorum, Maynard. Fontanell. qui allegati fuere pro admictendis recuſationibus Iudicum affiniū ſolum vſque ad ſecundum gradum, vel altius vſque ad quartū affinitatis. *Thorus in compend. deciſ. tom. 1. verbo ſuſpic. offic.* in illis Verbis (vſq; ad quem gradum affinitatis) & ſub ſequentibus poſt (in ſecundo gradu affinitatis) legi debet. Vſque ad quod genus affinitatis, & in ſecundo genere affinitatis, pro vt habetur per Rouit. qui fuit cauſæ Aduocatus, & a quo Thorus deciſionē, quā refert, deſumpſit. Idem error huius Doctoris inſpicitur tom. 2. dicti compend. eodem Verbo ſuſpicio officialis, nam vbi ait in ſecundo gradu affinitatis, debet dici in ſecundo genere affinitatis, pro vt legitur in Gallup. nu. 35. ſupra cit. à quo pariter deciſionem deſumpſit. error etiam ex relatis, & dictis ibi ab eodem Thoro euidenter dignoſcitur.

19 Nec intētio partis aduerſæ fundatur ex his, quæ dicunt *Maynard. deciſ. 98. lib. 1. Fōtanell. deciſ. 11. to. 1.* Nam quod in parlamento Tholoſano non admictantur Suſpitiones propter cōſanguinitatem, & affinitatem, niſi ad ad quartum vſque gradum incluſiue, eſt ex praxi & ſtylo dicti Parlamenti ob præeminentiam, & exiſtimationē ſedentium in eo, vt conſtat ex eodem Maynard. & Fontanell. qui cum refert dicta deciſ. 11. nu. 7. Non eadem exiſtimatio habita fuit in dicta prag. 3. Iudicum Regni etiam ſupræmorum Tribunalium.

Similiter ex obſeruantia Senatus Cathaloniæ eſt, quod recuſatio Iudicum admictitur in dicto Senatu propter conſanguinitatem vſque ad quartum gradum, & propter ſolam affinitatem vſque ad ſecundum, & vltra ſecundum ſi alie concurrunt circumſtantiæ, & non ſola affinitas, ſicuti per *Fontanell. dicta deciſ. 11. nu. 9. & ſeqq.* Vbi duas diuerſas deciſ. refert. in eodem 3. gradu affinitatis.

Sed aduertendum eſt quod *Fontanell.* intelligendus eſt, & loquitur de gradi-

gradibus iuxta Ius canonicum, *vt patet deciſ.* 12. *præcipue num.* 12. *verſ. verum poſtea*; inde ſit quod iuxta dictas deciſiones, & ipſam obſeruantiam dicti Senatus Cathaloniæ Spect. de Alliata etiam ſit declarandus ſuſpectus, quia affinis cum D. Franciſca de Iure Canonico in 3. gradu, pro vt erat Senator Franciſcus Bonet, quē refert Fontanell. fuiſſe habitum ſuſpectum nu. 17. cum ſeqq. Neque ibi concurrebant quæ hic concurrunt. cōcurrit hic conſanguinitas Spect. de Alliata in 4. gradu de iure canonico cum eademmet D. Franciſca, ex qua ſola conſanguinitate in dicto 4. gradu de *I*ure Canonico, alijs nec concurrentibus in Senatu Cathaloniæ *I*udices recuſantur, & declarantur ſuſpecti Teſte *Fontanell. cit. nu.* 9. *deciſ.* 11.

Demum ab eruditiſſimo Domino partis Aduocato pro euitanda declaratione ſuſpicionis Spect. D. *I*oannis Alliata recurritur ad qualitatem perſonæ ipſius D. *I*oānis, & ad damnum ipſius D. Franciſcę ob cauſas iam deciſas tot cum expenſis, cuius damni ratio habenda eſſe videtur, vbi deciſiones factæ inueniuntur omni cum *I*uſtitia.

20 Sed *I*udicis qualitas, & quod integer ſit & timoratæ vitæ, debile refugium eſt, nec tollit iuſtam ſuſpicionem *Fontanell. cit. deciſ.* 13. *nu.* 7. *poſt Maſtrill. deciſ.* 234. *nu.* 14. *Canal. & Nact. Laurent. de Iudic. ſuſpec. cap.* 11. *nu.* 23.

Hinc conſiliarij, Senatores, Præſides, & cuiuſcunque dignitatis *I*udices exiſtant etiam integerrimi ac religioſiſſimi, vt ſuſpecti remouentur. & dictarum qualitatum non habetur ratio.

Pro vt nulla ratio pariter habenda eſt prætenſi damni D. Franciſcæ. Sibi imputet, quod conſcia tot vinculorum, quæ habet ipſa eiuſque filij cum Spect. D. *Io.* Alliata, tantopere ab eo deciſiones prædictas affectauit, etiam introducto coram dicto Spect. de Alliata grauamine petito in M. R. C. per Clientem a quadam ſententia lata in Curia Præt. ad fauorem ipſius D. Franciſcæ, Cuius grauaminis obſtaculum facile poterat remoueri prouiſione Viceregia, quod non prorogaretur nec referretur amplius, & etiam introducēdo poſt recuſationem Spect. de Alliata propoſitam a D. Anna reliquas cauſas prius non introductas. Nec ei eſt ſubueniendum, quæ culpa ſua in damnum incidit, ſed D. Annæ, de qua, de ipſius ſubiugatione, de litibus actum eſt ob eius omnimodam inhabilitatem Don *I*oanne non declarato ſuſpecto Qua ratione attenta, & ſi eſſemus in caſu dubio, ſuſpectus declarari debet.

Neq; in hoc *I*udicio agnoſcendum eſt an dictæ deciſiones iuſtitiam foueant nec ne, ſed de cauſis ſuſpicionis, quæ ſigillatim, eoque fortius *I*ūctæ, pro eius declaratione ſufficiunt, & caſu quo id inſpiciendum eſt, vtique fieri debet recognitis ſcripturis deciſis, nec probanda eſt deciſionum iuſtitia, aſſertionibus, & qualitate Spect. de Alliata, Certe ſuſpectæ ſūt

21 deciſiones factæ à *I*udice ſuſpecto, & præſertim recuſato ob indignationē quam communiter contrahunt *I*udices, vbi recuſantur *cap. ſuſpicionis de Offic. Delegat. Ambroſin. deciſ.* 50. *nu.* 58. *p.* 2. *Giurb. deciſ.* 48. *nu.* 2. *& Farinac. de teſt. qu.* 60. *nu.* 33. indubitanter tenet contrahi inimicitiam. Verū non ſolum ſuſpectæ dictæ deciſiones Spect. de Alliata, ſed euidentia continent grauamina, ex quibus ſuſpicio augetur.

Reliquum eſt vt iura Clientis pauperrimæ Viduæ melius ſuppleat Doctiſſimus ac Pijſſimus *I*udex, cui dediciſſimum ſe ſemper ſubſcribit.

Stephanus Bertutus.

AL

ALLEGATIONES CONTRARIAE

SPECT. DON FRANCISCI MAGRETTI

IESVS, MARIA, FRANCISCVS

SVMMARIVM.

1 *IVdex poteſt ex cauſa affinitatis re-
cuſari.*

2 *Suſpicio in conſanguineis vſque ad
quem gradum ſe extendat?*

3 *Suſpicio affinis ceſſat diſſoluta affini-
tate*

*Amplia etiam ſi ſuperſunt filij nu.
4. vide nu. 5.*

6 *In dubio pro non ſuſpicione eſt indi-
candum.*

AD inſtantiam D. Annę dell'Ouo
eſt petita recuſatio, & ſuſpicio
Spect. D. Ioannis Alliata in Cauſis
vertentibus inter ipſam D. Annam,
& D. Franciſcam Spataſora clientem,
ſub vano prætextu, quod dictus Sp.
de Alliata tamquam Conſanguineus
quondam D. Vincentij Spataſora ſit
in quinto gradu affinitatis cum dicta
D. Franciſca olim Vxore dicti quon-
dam Don Vincentij.

Et quidem ſumus in facto Concor-
des quod adſit affinitas prædicta in
quinto gradu affinitatis de Iure Ci-
uili; ex quo quidem facto prætendi-
tur ex aduerſo locum eſſe recuſationi
1 prædictæ, tum ex diſpoſitione Iuris
Communis, tum etiam ex pragmati-
cis Regni noſtri, ad *Textum cum
Gloſ. in cap. poſtremo de apellation. & in
l. finali vbi DD. C. de ſucceſſ. edict. Fa-
rinaz. Graſſ. & alijs quamplurimis do-
ctiſſimè allegatis*, ex quibus probatur
Iudices recuſari poſſe ex Capite con-
ſanguinitatis, ſeu affinitatis vſque ad
decimum, vel ſaltim ſeptimum gradũ.

Prædictis tamen minime obſtanti-
bus, Vllo quidem Iure dictus Spect.
de Alliata poteſt ſuſpectus declarari
2 Et Primo quia Verior, magis Com
munis, & recepta eſt ſententia, quod
in Conſanguineis procedit ſuſpicio
vſque ad ſeptimum gradum de Iure
Ciuili; in affinibus verò vſque ad ſe-
cundum gradum, & ad altius vſque
ad quartum gradum incluſiue, ita ex
Mainard. deciſ. 98. lib. 1. obſeruare re-
refert in ſuo Senatu, & eſſe de Iure
Cõmuni diſpoſitum teſtatur. *Milanis
deciſ. 16. ex nu. 9 part. 1. Portol. ad Mo-
lin. Verbo Iudex. nu. 50. Thor. in com-
pend. deciſ. Regni Neapol. Verbo ſuſpi-
cio officialis. fol. 535. tom. 1. Fontanell.
deciſ. 11. nu. 6. & ſeqq. tom. 1.*

3 Secundò principaliter non ſuſpec-
tus declarari debet, quia eſt Iam diſ-
ſoluta affinitas ob mortem dicti Don
Vincentij, & per conſequens omnis
ceſſat effectus, qui poterat ex ipſa af-
finitate cauſari, vt in terminis tradũt
*Milanis. dicta deciſ. 16. ex nu. 14. Fla-
min. Cart. deciſ. Gen. 23. per tot. Seſſe.
deciſ. 414. nu. 10. & ſeqq. vol. 4. Viui.
deciſ. 181. & 276. per tot.*

4 Et adeo vera eſt ſupradicta Iuris
concluſio, vt procedat etiam ſi ſuper-
ſint filij, vt latiſſime probat, *Alexan.
Conſ.* 207. atque ita deciſum nõ ſemel
fuiſſe in noſtro Senatu teſtatur *Mila-
nis. dicta deciſ. 16. nu. 17. Seſſ. in Cit. de-
ciſ. 414. n. 25. tom 4. Rouitus* ex aduer-
ſo allegatus *in prag. Neap. tit. de ſuſpic.
official. prag. 1. ſub num. 34.* vbi dicit
quod mortua perſona, quæ eſt cauſa
affinitatis, ceſſat omnis præſumpta af-
fectio in 2. genere, quàmquàm in
1. durat ſuperſtitibus liberis, ergo in
ſententia Partis aduerſe ſuperexiſten-
tia liberorum nil operatur in 2. ge-
nere affinitatis, prout in caſu noſtro.

5 Et licet Graſ. & alij Contrarium
teneant, tamen magis credendum
eſt Alex. Milanis. Seſſ. & alijs prælle-
gatis, tum quia ſunt plures numero,
& maiores authoritate, tùm etiam
quia

quia ſunt peculiares, & terminantes deciſiones in Regno noſtro, & Aragoniæ, tùm denique quia in iſta contrarietate pro non ſuſpicione iudicãdum eſt, attenta perſona Iudicis, vt conſiderant *Abb. in cap. poſtremo num. 4. de appell. & in cap. nonnulli §. ſunt num. 10. de reſcriptis. Gratian. diſcept. 100. nu. 15. Regent de Ponte deciſ. 30. num. 13. & 14. & ad propoſitum facit. text. in l. 2. C. de Crim. ſacril.* ibi, Sacrilegij Inſtar eſt dubitare, an is dignus ſit, quem elegit Imperator.

Ac etiam conſiderato maximo dãno, quod euenire poſſet clienti ſemel ac Cauſæ ſunt iam deciſæ, & maxime quod deciſiones prædictæ fuerunt factæ elapſo iam termino principali, infra quem dicta cauſa ſuſpicionis expediri debebat.

Et denique ſtante euidenti, & notorio Iure, quod cliens habet in meritis, & euidenti Iuſtitia dictarum ſententiarum.

Supponitur enim quod D. Franciſca cliens poſſidet bona ſubiugata in contractu dictæ D. Annæ ex cauſa anteriori, & pariter priuilegiata, & ſolumodo ei obſtabat præiudicium, quod ſibi fecit in dicto contractu ſub iugatorio vnc. 90. D. Annæ de anno 1645. dùm inſimul cum viro & Matre per vim, & metum, & cum eius maxima, & enormiſſima læſione ſe obligauit in caſu ſucceſſionis ſuper bonis eius matris, quæ hodie poſſidetur ex prædicta cauſa anteriori, & propterea ſtante metu, & læſione prædicta iuſtè petijt ſibi competere legitimã exceptionem, & Iuſtiſſimè fuit deciſum ad eius fauorem, tam per R. C. P. quam etiam per dictum Spect. de Alliata, clariſſimi enim iuris eſt quod etiam ante pragmaticam Comitis de Caſtro obligationes mulierum reſcindantur ex metu reuerentiali adiuncta enormiſſima læſione, ex late traditis per Hond. Fontanell. & alios per *Graſſ. except. 11. num. 18. & ſeqq.* Nec dubitatur in caſu noſtro de metu reuerentiali, quia de iure præſumitur in filia contrahente ad fauorem matris, & maxime interueniente metu, & minis illatis per dictam D. Suſannam matrem, dictumque D. Vincentium eius virum, vt clariſſime fuit probatum in proceſſu.

Leſio autẽ enormiſſima ſatis eſt clara & dignoſcitur, ex eo quia ſubſiſtente dicta obligatione, D. Franciſca amitteret eius dotes, & penitus indotata remaneret, ac etiam priuaretur eius bonis fidecommiſſo ſubiectis, vt in facto clariſſime conſtat.

His firmatis, non obſtant DD. ex aduerſo allegati, quandoquidem ex prædictis verior eſt ſententia pro non ſuſpicione, tantomagis quod deciſio relata per Rouitum eſt in caſu, quo Iudex erat in ſecundo gradu affinitatis, nos vero verſamur in quinto gradu, affinitas eſt diſſoluta, Iudex integræ fidei, cauſa iam deciſa cum euidenti iure in meritis, quo caſu etiã in debio pro non ſuſpicione Iudicari dabet.

Accedat prædictis quod ex Calendarijs temporum euidentiſſime probatur ſuſpicionem prædictam fuiſſe propoſitam poſt funera, nempe ſatis poſt collationem ſcripturarum per dictum Sp. de Alliata deciſarum, & tamen de Iure proponi, & allegari 6 debebat ante litem conteſtatam ad tex in *l. Apertiſſimi C. de Iudic. & l. fin. C. de exception. Tap. de ſuſpic. official. cap. 217. n. 1 fol. 185. Graſſ. excep. 24. n. 20 Maſtrill. deciſ. 131. n. 68.* Cætera ſuppleat &c. D. Franc. Magretti.

Cauſa iſta fuit a me determinata vti iudice de conſenſu partium electo, declaretur ſuſpectus expẽſis hinc inde compẽſatis, a qua interloquutoria pars appellauit ad M. R. C. & cauſa ſemel allegata, cum ex motiuis Iudicum cognouiſſet omnino venire dictam interloquutoriam confirmandã, per actum facti appellationi renũciauit introducendo cauſam principalẽ in eadem M. R. C., quæ fuit deciſa in fauorem D. Frãciſcæ Spataſora, ſicut pronunciauerat doctiſſimus & integerrimus vir Sp. D. Ioannes Alliata mihi amiciſſimus.

Ra-

RACEMATIONES
AD TERTIVM LIBRVM
DE
CITATIONE
ET AD TRACTATVM DE EFFECTIBVS INIMICITIÆ
V. I. D. DON FRANCISCI
BARONII PANORMITANI

OLIM PVBLICE IN PATRIA IVRA INTERPRETANTIS.

POSTMODVM IN SVPREMIS SICILIAE REGNI TRIBVNALIBVS ADVOCATI

DOCTORVMQ; ADVOCATIONEM PETENTIVM PROMOTORIS ELECTI

AC IVDICIS REGIÆ CVRIÆ PRÆTORIANÆ

In quibus nonnulla ad materiam citationis neceſſaria antea non impreſſa miro ordine tractantur.

. Et pleriq; effectus inimicitiæ in tractatu non impreſſi ſubijciuntur.

CVM INDICE RERVM OMNIVM COPIOSISSIMO.



PANORMI, Ex Typographia Petri de Iſola, M. DC. LVI.

Impr. Abb. Geloſ. V. G. S. V. *Impr. R. D. Petrus de Gregorio P.*

Digitized by Google

ALLEGATIONES
STEPHANI BERRVTO.

De quibus fit mentio in Tractatu.

IESVS, MARIA, IOSEPH, CAETANVS

SVMMARIVM.

1 *IVdex poteſt recuſari ex cauſa conſanguinitatis, vel affinitatis.*

2 *Suſpecto Iudicis affinis an ceſſet diſſoluta affinitate?*

Quid exiſtentibus filijs? nu. 5. 6. 7 & 8.

4 *Inimicus reconciliatus non ſtatim poteſt eſſe index, vel teſtis.*

8 *Milan. deciſ 16. lib. 1. declaratur, & impugnatur, & num. 10. & 11.*

9 *Cauſa ſuſpicionis eſt fauorabilis, & in dubio pro ea eſt iudicandum.*

12 *Iudex propter minimum intereſſe quod habet in cauſa poteſt recuſari vide nu. 13.*

14 *Iudices ratione conſanguinitatis, vel affinitatis vſque ad quem gradum poſſunt recuſari? & nu. 16. 17. 18. & 19.*

15 *Suſpicio oritur ex nimia iudicis affectatione.*

20 *Iudices etiam integerrimi allegantur ſuſpecti.*

DIE 20. Iulij proximè præteriti Donna Anna Louo vidua relicta cōdā Capitanei D. Roderici Lopes Louo recuſauit Sp. D. Ioannem Alliata tunc Iudicem Curiæ primarum Appellationum huius Vrbis veluti ſuſpectum in cauſis vertentibus inter ipſam D. Annam, ac D. Franciſcam Spatafora, & Oliuera relictam condam Don Vincentij.

Cauſam præbuit recuſationi feſtinatio cum qua dictus Spect. Alliata intēdebat in dictis cauſis procedere, factis diligentijs fuit tunc detecta conſanguinitas ipſius Spect. D. Ioānis cum dicto condam D. Vincentio, & eius filijs, & affinitas cum dicta D. Franciſca.

Fateor me opinionem habuiſſe, vt non illico recuſaretur, & melius ſenſiſſe alios qui D. Annæ pariter patrocinantur ſecutos conſilium traditum à D D. quod ſuſpicio Vbi excogitata, & perpenſa fuerit abſque mora proponatur, idque ob triſtiſſimos euentus litium, quę agitantur coram Iudicibus ſuſpectis, triſtiſſimos hoſce euētus D. Anna aſſecuta fuit.

Suſpicionis cauſa propoſita, & tūc ſcita eſt affinitas prædicta Spect. de Alliata cum Donna Franciſca in quinto gradu affinitatis de Iure Ciuili, ac conſanguinitas cum ipſius filijs in ſexto gradu dicto Iure Ciuili inſpecto.

1 Sunt conſanguinitas, & affinitas primariæ cauſæ in Iure expreſſæ, ex quibus Iudices vt ſuſpecti remouentur ob præſumptam affectionem ad res conſanguineorum, & affinium *c. poſtremo de appell. c. abſens 3. q. 9. l. lex cornelia ff. de Iniur. cum alijs, & DD. paſſim.*

Pars aduerſa hæc omnia fatetur, in duobus tantum inſiſtit. Primum ēſt quod affinitas D. Franciſcæ cum Spect. de Alliata morte D. Vincentij fuit diſſoluta, & per conſequens ceſſauit omnis effectus ex dicta affinitate proueniens. Secundum eſt quod non ſit extendenda ſuſpicio ex cauſa affinitatis vſque ad quintum gradum de Iure Ciuili, ſed ad ſecundum, vel altius vſque ad quartum.

His tamen, & alijs non obſtantibus omnino Spect. de Alliata eſt declarandus ſuſpectus.

Et quoad primum An diſſoluto
2 matrimonio, quod affinitatem produxit,

duxit, ceſſet Iudicis affinis ſuſpicio, duo caſus ſunt inſpiciendi.

Primus eſt vbi non remanent reliquiæ, & filij. Secundus ſi filij ſunt ſuperſtites,

3 In primo caſu dicendum etiam eſt quod adhuc Iudex affinis ſit ſuſpectus, & poſſit recuſari. *Ita Alex. de Neuo in dicto c. Poſtremo nu.* 13. 14. 15. *de Appellat. quem ſeq. Farin. in 2. par. fragm. crim. verbo Iudex nu.* 838. *late Berret conſ.* 138. *per tot. Grattan. diſcept. tom. p. cap.* 100. *num.* 14. *Rouit. in Comment. ad Pragmat. Regni Neapol. rub. de ſuſpic. offic. pragm.* 1. *num.* 20. qui tandem concludit diutius eſſe ſuper hoc articulo cogitandū incōtingētia facti. ex noſtratibus *Carolus de Graſſ. except. 24. num. 49. Muta ſuper Pragmat tit. 4. de recuſat Iudic. nu. 19. vbi allegat Ciafaglion. in repert. in verbo affinis, & Milum in allegat. pro D. Emilia Alliata contra Gaſparem Alliata, ac verius dixit Giurba obſeruat.* 95. *nu.* 10. Ratio eſt quia dato quod per diſſolutionem Matrimonij affinitas quoque finita remaneat, nō tame propterea eſt finita dilectio cauſata ex affinitate *ad tradita per Tiraqu. in Tract. ceſſant. cauſ. ceſſ. effect par. 1. num. 27. cum ſeqq. ſignanter num. 29. & notabiliter dixit Fulgos. in l. fin. cod. de verborum ſignificat. num. 2. in fine & poſt eum Corneus ibi num. 7.*

Verum tamen nō eſt diſſoluto matrimonio, quod fuit cauſa affinitatis ceſſare affinitatem, vt expreſſe reſoluit. *Tex. in c. fraternitatis* 35. *q.* 10. etiam ſi coniux ſuperſtes cōiugio copuletur *Guttier. de Matr q. 99. nu. 4. ac Ledeſma, & alij probant poſt Diuum Thomam 3 par. q. 55. ar. 7.* ex eo quod relatio affinitatis non fundatur in coniunctione actuali coniugum, ſed in coniunctione quæ fuit. Et certe ſi finirēt affinitas qua ratione matrimonium impediiur? Dicendum ergo eſt in veritate nō ceſſare affinitatem, ſed quoad aliquos effectus videri ceſſare, inter quos non eſt affinis Iudicis ſuſpicio; nam experientia docet magnam quoque adhuc durare affectionem, prout etiam aduertunt Alex. de Neuo, Farinac. & alij vbi ſupra, maxime vbi coniux ſuperſtes in viduitate manet, quo caſu in eodem matrimonio, quod cauſauit affinitatem permanere dicitur iuxta notata per *Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 18. nu. 9. verſ. nam interim dum eſt vidua*, & propterea nec affinitas poteſt dici reſoluta vt bene probat *Rouit in dicta Pragm. 1. num. 29. ex Bald. in l. ſi mulier Cod. de Adulter.* qui per illum textum ait quod ſi officialis ſtuprū commiſerit cum vidua, iniuriantur etiam conſanguinei viri defuncti, & infert quod eſt iuſta cauſa inimicitiæ, & per conſequens ſuſpicionis.

Cæterum quicquid ſit de diſſoluta vel non diſſoluta affinitate matrimonio cauſa affinitatis diſſoluto, ſat eſt quod remaneat dilectio adhoc vt Iudex ſit ſuſpectus *Rouit. dict. num. 29. Alex. de Neuo Berrett. & Farinac. loc. cit.* Imo ſuſpicio affectionis, & eius

4 dubietas ſufficit, ſicuti pari ratione dicimus inimicum reconciliatum nō eſſe ſtatim Idoneum Iudicem vel teſtem, quia dubiū adhuc eſt an remāſerint quædam reliquiæ odij, ſed expectandum eſt vt amicitia ſit longo tempore cōfirmata, & obliterata ſint omnia inimicitiæ veſtigia per Tex notab. in *c. accuſationes, & teſtes, quod eſt ſecundum, & ibi Gloſ. 3. q. 5. & ita voluit Gloſ. in c. per tuas in verb. capitales de Simon, & ibi Ioann. Anan. & Felin. Innocent. Abb. Specul. cum pluri mis per Tiraquell. in dic. tract. ceſſant. cauſ. limit. 16. nu. 17.*

5 Sed quatenus prædictus primus caſus dubitabilis forte eſſet (prout vere non eſt) indubitatus eſt ſecundus caſus propoſitus, quando reliquiæ remanent, & filij, nec ex defectu cauſæ tunc ceſſat præſumpta affectio *Fontanell decis. 13. num. 8. 9. 10. tom. 1.* vbi teſtatur de obſeruantia Senatus Cathaloniæ, & Senatorum dicti Sena-

tus, qui in primo caſu non ſe abſtinent, in ſecundo caſu ſtarim, nec expectãt quod proponãtur ſuſpiciones, de qua obſeruantia teſtatur etiã *Ferr. 3. par. obſeruat. cap. 119. & miratur dicto num. 10. Fontanell.* quod fuerint qui contrarium tenuerint, ac reperiatur ſenatus qui ita declarauit *Rouit. vbi ſupr. ex num 27. vſque ad num. 34. qui deciſum refert in conſilio collaterali iunctis Tribunalibus Sacri Conſilij, & Regia Camera ſummaria cauſa bis ſollemniter diſcuſſa. Sequitur Mauris. Apicell. in add. ad tract. Matth. Apicell. Patris de ſuſpic. offic. num. 828. Gallup. in praxi ſacri Conſ. part. 1. cap. 4. num 35. in fine.*

6 Nec obſtat dictus *Apicell. Pater in dict. tract. num* 127. qui fuit ex aduerſo allegatus, quia non loquitur prout alij qui forte adduci poſſunt quando ſuperſunt filij, quo caſu firmat contrarium additionator vt dixi. Et quando etiam filij nõ exiſtunt, quod adhuc habeat locum ſuſpicio ſuperius comprobatum fuit.

7 Non obſtat etiam *Seſſe deciſ.* 414. *tom.* 4. ſimiliter ex aduerſo allegatus, tum ex his quæ aduerſus deciſionem Milanenſis proxime dicentur, tum quia in caſu deciſionis Seſsæ agebatur de recuſatione Iudicis ex eo quod Aduocatus erat affinis ipſius Iudicis; inquit ibi Seſſæ hoc debere intelligi affinitate durante, & non diſſoluta per mortem etiam ſi filij ſuperſint, quia forus dictarũ recuſationum erat contra ius commune, & correctorius fororum antiquorum, ac 1 ſ propterea odioſa, ſecus foret quando ius commune recuſanti aſſiſteret iuxta diſtinctionem *Tiraquell. in dicto tract. ceſſant. cauſ. par. 1. n 37. videndus Seſſe ex num. 17. vſque ad nu. 25. & num. 56. & 37.*

8 Non obſtat *Milanſ. deciſ.* 16. *lib.* 1. & deciſio tunc facta cum duabus alijs quas refert, quia in dicta deciſ. quæ tunc facta fuit concurrebat quod Iudex qui fuerat vti ſuſpectus recuſatus, tranſiuerat ad ſecunda vota, & idem Milanenſis num. 17. dicit quod hoc etiam mouit animos Iudicum, in prima aliarũ deciſionum quas refert alias factas non aperitur quod remanſiſſent filij, & licet in altera id aperiatur, tamen neſcitur, quæ circũſtantiæ forte concurrerint. Ideo bene dixit de Franchis quod vbi deciſ. allegatur cuperet videre proceſſum.

Item parum curandum eſt de dictis deciſionibus Milanẽſ. quæ à DD. ac ſupremis Tribunalibus, & Senatibus reprobatæ reperiuntur, facta etiam ſuper eis maxima diſcuſſione.

Rurſus dato quod ſolum redderẽtur dubiæ deciſiones de quibus Milanenſ. ex dicta earum reprobatione per DD. & dicta ſuprema Tribunalia (ob quam tamen re vera penitus ſunt reijciendæ) Spect. de Alliata erit niholominus ſuſpectus declarãdus.

9 Eſt enim fauorabilis cauſa ſuſpicionis, & ad eam proni debent eſſe Iudices ac in dubio pro ea eſt Iudicandum prout firmat *Rouit conſ.* 8. *n.* 11. *lib.* 1. *Aponte deciſ.* 30. *nu.* 16.

10 Præterea Milanens deciſiones fundãtur in *Gloſ. l. ſed hoc ita in verba ſuccurrendum ff. de Re Iudicat.* dicta tamen Gloſ. non dicit omnino ſolui amoris vinculum affinitate ſoluta, ſed quod decreſcit ideſt minuitur, vti animaduertunt *Tiraquell. cit. num.* 29. *in dicto tract. ceſſant. cauſ. & Berrett. dicto conſ.* 138. *num.* 7. Quæ diminutio nec prætendi poteſt exiſtentibus filijs ex matrimonio diſſoluto, & eo minus concurrente quoque viduitate, & alijs quæ poſt adducentur in caſu noſtro.

11 Denique ex doctrina eiuſdem Milanens. fundatur declaratio ſuſpicionis Spect. de Alliata; dicit ipſe num. 16. quod dictum Alexãdri de Neuo poſſet procedere, quando probaretur remanere eamdem affectionem: benè ſubiungit *Fontanella dicta deciſ.* 13. *num.* 9. quod hæc ſemper remanere dicitur cum remanent filij, ſi non reſpectu

ſpectu

ſpectu eorum qui erant affines, certe reſpectu ipſorum filiorum. In caſu noſtro quis dixerit non remanere, & præſumi eamdem affectionem erga Donnam Franciſcam in viduitate perſiſtentem exiſtentibus filijs ex eodem D. Vincentio qui cauſa affinitatis fuit? Nullus ſane. a Don Vincentio incepit dilectio, Per filios conſeruatur faciunt tradita per *Tiraquel. in dicto tract. ceſſant. cauſ. limit.* 16. vbi cauſa ceſſante non ceſſat effectus ſi remanẽt reliquiæ priſtinæ cauſę, præcipue ſi in reliquijs eſt eadem ratio prout hic.

Similiter affectio reſpectu filiorũ recte pro ſuſpicione perpenſa à Fontanell. debet conſiderari, & fortius habere locum in caſu noſtro ob intereſſe, quod habent filij D. Franciſcæ in cauſis vertentibus inter ipſam D. Franciſcam, & D. Annam Louo clientem cauſa principalis D. Franciſcæ quam habet cum D. Anna, ſit à D. Franciſca pro excluſione ſubiugationis vnc. 90. annualium ſubiugatarum ipſi D. Annæ per condam D. Suſannam de Oliuera Matrem D. Franciſcæ, & ſic cauſa prædicta remanet non tam D. Franciſcæ quam etiam filiorum, Si excluditur dicta ſubiugatio, filiorum ſucceſſio, dotes augentur, ſi nõ excluditur, dotes, ſucceſſio diminuuntur, & maximo quoque periculo remanent obnoxia ex cauſa dictæ ſubiugationis in tam magna ſumma bona omnia dictæ condam D. Suſannæ peruenta in ipſam D. Frãciſcam, Quæ ratio mouit Ioannem Stephanum Onetum Virum D. Liuiæ filiæ D. Franciſcæ, & habentem pro dotibus ſubiugationem vnc. 140. reditus ſuper eiſdem bonis condam D. Suſannæ, vt pecunias ſubminiſtraret pro hiſce litibus ſi verum fateri volumus.

Fuit intereſſe ſucceſſionis immediatæ ab inteſtato habitum ſufficiens pro ſuſpicione *Prag.* 11. *Regni Neap. in §. ordiniamo di più*, & in dictæ ſu-
12 ſpicionis materia quod libet vel minimum intereſſe ſatis eſt ad remouẽdum Iudicem conſanguineum, quia cõſanguineus ſemper præſumitur habere affectionem ad cauſam ratione conſanguinitatis *Giurb. obſer.* 68. *n.* 12 14. *poſt. Rouit. deciſ.* 8. *num.* 8., etiam ſi intereſſe ſit ſecũdarium, prout in dictis locis plene per eos.

Prædicta iuris ratione inſpecta D. Cataldus Fimia toties M.R.C. Iudex eius integritatis quam omnes noui-
13 mus à Duce Alcalæ Prorege fuit prohibitus, ne ſe impediret in cauſa Rectoris Collegij Societatis Ieſu cũ alio litem habenti, ſolum quia Pater Ignatius filius Don Cataldi eiuſdem Societatis Religioſus erat, vt refert *Giurba citat. obſeruat.* 68. *nu.* 24. verſ. qua iuris ratione, certe quodnam intereſſe remotius poteſt conſiderari? & tamen ſufficiens fuit pro remouendo Iudice integerrimo.

Neque ſuffragari poteſt aduerſus prædicta ſi replicetur dictum intereſſe ſucceſſionis in filijs D. Franciſcæ non poſſe conſiderari, quia ex fidei commiſſo ſucceſſuri sũt in bonis omnibus condam D. Suſannæ, nam dictum fidei commiſſum nõ poteſt oſtẽdi, vel amplius prætendi, & ſemper locum habebit allegatum intereſſe filiorum, oſtendant ex aduerſo quicquid volunt.

Sed vt reuertar vnde digreſſus fui ſcilicet ad affectionem erga eamdem D. Franciſcam.

Hæc confirmatur, probatur, corroboratur, & augetur, eoque magis præſumenda eſt fuiſſe, & remanere in Spect. de Alliata ex tot vinculis conſanguinitatis, & affinitatis, quæ habet cum D. Franciſca, & eius filijs nouiter ad notitiam deuentis. Ter conſanguineus Spect. D. Ioannes condam Don Vincentij Spatafora, & filiorum, ter affinis D. Franciſcę, nam vltra perpenſam huc vſque conſanguinitatem, & affinitatem Don Marianus Pater Spect. D. Ioãnis Alliata

b's conſanguineus & in 3. & 4. conſanguinitatis gradibus de iure Canonico Coniunctus fuit D. Vincentio Spatafora Auo noſtri Don Vincentij Viri D. Franciſcæ, Probatur ex diſpenſatione Pontificia, quæ fuit neceſſaria, vt D. Coſtantia ſoror D. Mariani Nuberet dicto D. Vincentio Seniori.

Verum nec res hic ſubſiſtit. Eadē D. Franciſca Spatafora coniuncta eſt Spect. de Alliata in quarto de Iure Canonico in Octauo de iure Ciuili conſanguinitatis gradu, pro vt apparet ex ſcripturis vltimo præſentatis.

Sola dicta conſanguinitas in prædicto octauo gradu D. Franciſcæ cū Spect. de Alliata, alijs nec concurrentibus, ipſum ſuſpectum reddit
14 ex diſpoſitione *Pragmatiça 3. de recuſat. Iudic.* per quam in Regno Iudices conſanguinei remouentur vt ſuſpecti in gradu conſanguinitatis à Iure diſpoſito, qui gradus à Iure diſpoſitus eſt vſque ad quem datur ſucceſſio, quia eouſque protrahitur affectio, & olim erat Septimus in cognatis, hodie vero decimus ſublata differentia per iura authent. inter agnatos, & cognatos *Gloſ. in c. poſtremo de de apellat in verbo conſanguineus & ibi Innocent. Verſ. vel vſque ad gradū vbi admictitur ſucceſſio. Hoſtiens ante n. 1 Henric. Bobic. nu 5. verſ. & licet conſanguinitas. Bald. nu. 1. Abbas nu. 4. Imol. nu. 3. Prepoſitus Mediol. num. 9. Butrius nu. 10. verſ. Quarit gloſ. Fran. nu. 6. Bene Decius. nu. 16. Alex. Neuo nu. 21. 22. 24. Bartol. in l. qui Iuriſdictioni ff. de Iuriſditione omnium Iudic. in 2 lect. & ibi poſt eum Alex. nu. 5. Angel. nu 2. in fin. Iaſon. nu. 5. & alij ſcribentes Iacobin. de Sancto Georgio in l. Apertiſſimi Cod. de Indic. nu. 20. Aufrer. in Tract. de recuſat. nu. 4. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 152. n. 4. & ſeqq. Farinac. in cit. part. 2. fragm. crim. verbo Iudex. nu. 831. Gallup. in. dicta prax. ſacri conſilij part. 1. cap. 4. nu. 31. Aponte deciſ. 30. nu. 14. Rouit. dicta Pragmat. prima de ſuſpic. offic. nu. 25. & plene ex nu. 86. cum ſeqq.* & ita dictam Pragmaticā Regni tertiam intelligunt vſque ad decimum gradum ad quem porrigitur ſucceſſio & affectio *Muta ſuper Pragmat. dicto tit. 4. de recuſat. Indic. nu. 18. Ballus ibidem num. 11. 12.*

Ex prædictis abunde conſtat de affectione Spect de Alliata, tum ex affinitate cum Donna Franciſca, & cōſanguinitate cum ipſa, tum ex conſanguinitate cum filijs, ac filiorum intereſſe, neque obſtare deciſiones Milanens; & eos qui ad ipſarum corroborationem adduci forte poſſunt. Alia poſſent congeri, ac præcipue ni-
15 mia affectatio & confidentia partis in Spect. de Alliata, quæ apparet ex ſcripturis, & de per ſe ſola eſt ſufficiēs cauſa recuſationis à Iure approbata per *Rouit. conſ. 10. num. 11. lib. 1. & alios*. Et quoad primum ſatis.

16 Quoad ſecundum, quod ex aduerſo prætenditur Iudicis affinis recuſationem non eſſe extendendam ad quintum gradum de Iure ciuili, dubitari non poteſt, quod porrigatur vſque ad ſeptimum per tex. in *l. lex Cornelia ff. de iniur. Sicuti eum ponderat Rouit. allegato nu. 86.*

Verum ipſe Rouit. nu. ſeqq. ex eodem tex. fundat ſuſpicionem Iudicis affinis porrigi vſque ad decimum gradum, ad quem extenditur recuſatio Iudicis conſanguinei. faciunt DD. qui inter Iudices conſanguineos & affines differentiam non conſtituunt, & conſiderant quod plus diligitur quandoque affinis quam conſanguineus; ſic etiam non fit diſtinctio à DD. in teſtibus non admittēdis propter conſanguinitatem, & affinitatem, ſed eumdem gradum determinant, pro vt eſt videre apud *Farinac. de Teſtibus quaſt. 54. ex num. 49. ſignanter num. 57.*

Quæſtio hæc an ad ſeptimum, vel decimum gradum porrigi debeat Iu-

dicum

dicum affinium ſuſpicio parum ad rē Satis eſt pro D. Anna quod quintum gradum att'ngat, vt ex hoc ſolo ca-
17 pite affinitatis, demptis etiam alijs, obtineat. In ſacto Conſilio Neapolitano, iunctis aulis fuit declaratus ſuſpectus D. Ioannes Sanchez affinis in ſeptimo gradu, vt refert. *Gallup. in dict a prax ſacr. conſ. cit. cap. 4. n. 34., vbi num. 35.* aliam deciſionem refert eiuſdem ſacri Conſ. per quam fuit habitus ſuſpectus Regens Tappia tunc conſiliarius affinis in quinto gradu, & quod plus eſt in ſecundo genere affinitatis. Melior ad rem noſtram eſt deciſio ſacr. conſ. & Regiæ Cameræ Sūmariæ in conſ. collaterali de qua dixi ſupra & referunt *Callup. dicto nu. 35. & Rouit. in dicta Pragm. 1. nu. 27. & ſeqq.*

Plane hac deciſione melior non poteſt haberi in noſtris terminis pro declarando Spett. D. Ioanne ſuſpecto. Pretendebatur in caſu dictæ deciſionis ſoluta affinitas per mortem vxoris Præſidis Mormilis, pro vt hic per mortem D. Vincentij Spataſora. Affinis Præſes in quinto gradu cū Marchione Vallis Siculæ, Don Ioannes in eodem gradu cum D. Franciſca. Attamen ille in ſecundo genere affinitatis, Spett. de Alliata in primo genere. Hic concurrunt conſanguinitas cum D. Franciſca, conſanguinitas cū filijs & eorum intereſſe, aliæ quoque affinitates & conſanguinitates; Ibi nihil aliud præter affinitatem in dicto quinto gradu, & in ſecundo genere. Denique per dictam deciſionem declaratus fuit ſuſpectus Præſes Regiæ Cameræ Regni Neapolis ex ſola dicta affinitate, Hic declarandus eſt ſuſpectus Iudex primarum Appellationum Vrbis Panormi ad præſens Iudex Trib. Conciſtorij ex tot affinitatibus, conſanguinitatibus, & alijs ſuperius deductis.

18 Supereſt reſpondere, ſeu verius expendere Thorum, Maynard. Fontanell. qui allegati fuere pro admictendis recuſationibus Iudicum affiniū ſolum vſque ad ſecundum gradum, vel altius vſque ad quartū affinitatis.

Thorus in compend. deciſ. tom. 1. verbo ſuſpic. offic. in illis Verbis (vſq; ad quem gradum affinitatis) & ſub ſequentibus poſt (in ſecundo gradu affinitatis) legi debet. Vſque ad quod genus affinitatis, & in ſecundo genere affinitatis, pro vt habetur per Rouit. qui fuit cauſæ Aduocatus, & à quo Thorus deciſionē, quā refert, deſumpſit. Idem error huius Doctoris inſpicitur tom. 2. dicti compend. eodem Verbo ſuſpicio officialis, nam vbi ait in ſecundo gradu affinitatis, debet dici in ſecundo genere affinitatis, pro vt legitur in Gallup. nu. 35. ſupra cit. à quo pariter deciſionem deſumpſit. error etiam ex relatis, & dictis ibi ab eodem Thoro euidenter dignoſcitur.

19 Nec intētio partis aduerſæ fundatur ex his, quæ dicunt *Maynard. deciſ. 98. lib. 1. Fōtanell. deciſ. 11. to. 1.* Nam quod in parlamento Tholoſano non admictantur Suſpitiones propter cōſanguinitatem, & affinitatem, niſi ad ad quartum vſque gradum incluſiue, eſt ex praxi & ſtylo dicti Parlamenti ob præeminentiam, & exiſtimationē ſedentium in eo, vt conſtat ex eodem Maynard. & Fontanell. qui cum referr dicta deciſ. 11. nu. 7. Non eadem exiſtimatio habita fuit in dicta prag. 3. Iudicum Regni etiam ſupræmorum Tribunalium.

Similiter ex obſeruantia Senatus Cathaloniæ eſt, quod recuſatio Iudicum admictitur in dicto Senatu propter conſanguinitatem vſque ad quartum gradum, & propter ſolam affinitatem vſque ad ſecundum, & vltra ſecundum ſi alie concurrunt circumſtantiæ, & non ſola affinitas, ſicuti per *Fontanell. dicta deciſ. 11. nu. 9. & ſeqq.* Vbi duas diuerſas deciſ. refert. in eodem 3. gradu affinitatis.

Sed aduertendum eſt quod *Fontanell.* intelligendus eſt, & loquitur de gradi-

gradibus iuxta Ius canonicum, *vt patet deciſ.12.præcipue num.12.verſ.verum poſtea*; inde fit quod iuxta dictas deciſiones, & ipſam obſeruantiam dicti Senatus Cathaloniæ Spect. de Alliata etiam ſit declarandus ſuſpectus, quia affinis cum D. Franciſca de Iure Canonico in 3. gradu, pro vt erat Senator Franciſcus Bonet, quē refert Fontanell. fuiſſe habitum ſuſpectum n.u.17. cum ſeqq. Neque ibi concurrebant quæ hic concurrunt. cō currit hic conſanguinitas Spect. de Alliata in 4. gradu de iure canonico cum eademmet D.Franciſca, ex qua ſola conſanguinitate in dicto 4. gradu de Iure Canonico, alijs nec concurrentibus in Senatu Cathaloniæ Iudices recuſantur, & declarantur ſuſpecti Teſte *Fontanell.cit.nu.9. deciſ. 11.*

Demum ab eruditiſſimo Domino partis Aduocato pro euitanda declaratione ſuſpicionis Spect. D. Ioannis Alliata recurritur ad qualitatem perſonæ ipſius D. Ioānis, & ad damnum ipſius D.Franciſcę ob cauſas iam deciſas tot cum expenſis, cuius damni ratio habenda eſſe videtur, vbi deciſiones factæ inueniuntur omni cum Iuſtitia.

20 Sed Iudicis qualitas, & quod integer ſit & timoratæ vitæ, debile refugium eſt, nec tollit iuſtam ſuſpicionem *Fontanell. cit. deciſ.13. nu.7. poſt. Maſtrill. deciſ. 234. nu. 14. Canal. & Nact. Laurent. de Iudic. ſuſpec. cap.11. nu. 23.*

Hinc conſiliarij, Senatores, Præſides, & cuiuſcunque dignitatis Iudices exiſtant etiam integerrimi ac religioſiſſimi, vt ſuſpecti remoueantur. & dictarum qualitatum non habetur ratio.

Pro vt nulla ratio pariter habenda eſt prætenſi damni D. Franciſcæ. Sibi imputet, quod conſcia tot vinculorum, quæ habet ipſa eiuſque filij cum Spect. D. Io. Alliata, tantopere ab eo deciſiones prædictas affectauit, etiam introducto coram dicto Spect. de Alliata grauamine petito in M. R. C. per Clientem a quadam ſententia lata in Curia Præt. ad fauorem ipſius D.Franciſcæ, Cuius grauaminis obſtaculum facile poterat remoueri prouiſione Viceregia, quod non prorogaretur nec referretur amplius, & etiam introducēdo poſt recuſationem Spect. de Alliata propoſitam a D.Anna reliquas cauſas prius non introductas. Nec ei eſt ſubueniendum, quæ culpa ſua in damnum incidit, ſed D. Annæ, de qua, de ipſius ſubiugatione, de litibus actum eſt ob eius omnimodam inhabilitatem Don Ioanne non declarato ſuſpecto Qua ratione attenta, & ſi eſſemus in caſu dubio, ſuſpectus declarari debet.

Neq; in hoc Iudicio agnoſcendum eſt an dictæ deciſiones iuſtitiam foueant nec ne, ſed de cauſis ſuſpicionis, quæ ſigillatim, eoque fortius dictæ, pro eius declaratione ſufficiunt, & caſu quo id inſpiciendum eſt, vtique fieri debet recognitis ſcripturis deciſis, nec probanda eſt deciſionum iuſtitia, aſſertionibus, & qualitate Spect. de Alliata, Certe ſuſpectæ ſūt
21 deciſiones factæ à Iudice ſuſpecto, & præſertim recuſato ob indignationē quam communiter contrahunt Iudices, vbi recuſantur *cap. ſuſpicionis de Offic. Delegat. Ambroſin. deciſ.50. nu. 58. p.2. Giurb. deciſ.48. nu.2. & Farinac. de teſt. qu.60. nu.33.* indubitanter tenet contrahi inimicitiam. Verū non ſolum ſuſpectæ dictæ deciſiones Spect. de Alliata, ſed euidentia continent grauamina, ex quibus ſuſpicio augetur.

Reliquum eſt vt iura Clientis pauperrimæ Viduæ melius ſuppleat Doctiſſimus ac Pijſſimus Iudex, cui deditiſſimum ſe ſemper ſubſcribit.

Stephanus Bertutus.

A L

ALLEGATIONES CONTRARIAE

SPECT. DON FRANCISCI MAGRETTI

IESVS, MARIA, FRANCISCVS

SVMMARIVM.

1 *IVdex poteſt ex cauſa affinitatis recuſari.*

2 *Suſpicio in conſanguineis vſque ad quem gradum ſe extendat?*

3 *Suſpicio affinis ceſſat diſſoluta affinitate*

Amplia etiam ſi ſuperſunt filij nu. 4. vide nu. 5.

6 *In dubio pro non ſuſpicione eſt iudicandum.*

AD inſtantiam D. Annę dell'Ouo eſt petita recuſatio, & ſuſpicio Spect. D. Ioannis Alliata in Cauſis vertentibus inter ipſam D. Annam, & D. Franciſcam Spataſora clientem, ſub vano prætextu, quod dictus Sp. de Alliata tamquam Conſanguineus quondam D. Vincentij Spataſora ſit in quinto gradu affinitatis cum dicta D. Franciſca olim Vxore dicti quondam Don Vincentij.

Et quidem ſumus in facto Concordes quod adſit affinitas prædicta in quinto gradu affinitatis de Iure Ciuili; ex quo quidem facto prætenditur ex aduerſo locum eſſe recuſationi
1 prædictæ, tum ex diſpoſitione Iuris Communis, tum etiam ex pragmaticis Regni noſtri, ad *Textum cum Gloſ. in cap. poſtremo de apellation. & in l. finali vbi DD. C. de ſucceſſ. edict. Farinaz. Graſſ. & alijs quamplurimis doctiſſimè allegatis,* ex quibus probatur Iudices recuſari poſſe ex Capite conſanguinitatis, ſeu affinitatis vſque ad decimum, vel ſaltim ſeptimum gradū.

Prædictis tamen minime obſtantibus, Vllo quidem Iure dictus Spect. de Alliata poteſt ſuſpectus declarari
2 Et Primo quia Verior, magis Communis, & recepta eſt ſententia, quod in Conſanguineis procedit ſuſpicio vſque ad ſeptimum gradum de Iure Ciuili; in affinibus verò vſque ad ſecundum gradum, & ad altius vſque ad quartum gradum incluſiue, ita ex *Mainard. deciſ. 98. lib.* 1. obſeruare refert in ſuo Senatu, & eſſe de Iure Cōmuni diſpoſitum teſtatur. *Milanis deciſ. 16. ex nu. 9 part. 1. Portol. ad Molin. Verbo Iudex. nu. 50. Thor. in compend. deciſ. Regni Neapol. Verbo ſuſpicio officialis. fol. 535. tom. 1. Fontanell. deciſ. 11. nu. 6. & ſeqq. tom. 1.*

3 Secundò principaliter non ſuſpectus declarari debet, quia eſt Iam diſſoluta affinitas ob mortem dicti Don Vincentij, & per conſequens omnis ceſſat effectus, qui poterat ex ipſa affinitate cauſari, vt in terminis tradūt *Milanis. dicta deciſ. 16. ex nu. 14. Flamin. Cart. deciſ. Gen. 23. per tot. Seſſe. deciſ. 414. nu. 10. & ſeqq. vol. 4. Viui. deciſ. 181. & 276. per tot.*

4 Et adeo vera eſt ſupradicta Iuris concluſio, vt procedat etiam ſi ſuperſint filij, vt latiſſime probat, *Alexan. Conſ.* 207. atque ita deciſum nō ſemel fuiſſe in noſtro Senatu teſtatur *Milanis. dicta deciſ. 16. nu. 17. Seſſ. in Cit. deciſ. 414. n. 25. tom 4. Rouitus* ex aduerſo allegatus *in prag. Neap. tit. de ſuſpic. official. prag. 1. ſub num.* 34. vbi dicit quod mortua perſona, quæ eſt cauſa affinitatis, ceſſat omnis præſumpta affectio in 2. genere, quamquàm in 1. durat ſuperſtitibus liberis, ergo in ſententia Partis aduerſe ſuperexiſtentia liberorum nil operatur in 2. genere affinitatis, prout in caſu noſtro.

5 Et licet Graſſ. & alij Contrarium teneant, tamen magis credendum eſt Alex. Milanis. Seſſ. & alijs præallegatis, tum quia ſunt plures numero, & maiores authoritate, tùm etiam

Digitized by Google

RACEMATIONES
AD TERTIVM LIBRVM
DE
CITATIONE
ET AD TRACTATVM DE EFFECTIBVS INIMICITIÆ
V. I. D. DON FRANCISCI
BARONII PANORMITANI

OLIM PVBLICE IN PATRIA IVRA INTERPRETANTIS.

POSTMODVM IN SVPREMIS SICILIAE REGNI TRIBVNALIBVS ADVOCATI


DOCTORVMQ; ADVOCATIONEM PETENTIVM PROMOTORIS ELECTI

AC IVDICIS REGIÆ CVRIÆ PRÆTORIANÆ

In quibus nonnulla ad materiam citationis neceſſaria antea non impreſſa miro ordine tractantur.

. Et pleriq; effectus inimicitiæ in tractatu non impreſſi ſubijciuntur.

CVM INDICE RERVM OMNIVM COPIOSISSIMO.



PANORMI, Ex Typographia Petri de Iſola; M. DC. LVI.

Impr. Abb. Geloſ. V.G.S.V. *Impr. R.D. Petrus de Gregorio P.*

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMÆ, ET EXCELLENTISSIMÆ DOMINÆ

D. ISABELLAE
SANDOVAL, ET ROXAS

DVCISSÆ OSSVNÆ, COMITISSÆ DE VREGNA, MARCHIOniſſæ de Pignafiel, Reginæ Vices in hoc Siciliæ Regno Gerenti.

DON FRANCISCVS BARONIVS S. P.

MIRVM fortaſse videbitur (Excellentiſsima Domina) quod ego omnium in Republica ſapientiæ poſtremus, audacter tibi primus occurram literaria munera deferens, quæ quidem eo minus clariſsimo tuæ gloriæ lumine digna sūt, quo domeſticis ſeu potius obliuionis tenebris cælanda debebantur. Atqui ea eſt luminis natura vt cū puriores aeris plagas illuſtret, imo etiam, eaque ſordida quæque loca ſua claritate perfundat. Fulgeat ſplendidiſsimum tuæ nobilitatis, & prudētiæ iubar, & inde præclara quæque nitidius irradient: quid eſt quin ego etiā (dum hoc opus qualequale sit in publicam lucem prodit) tui nominis ad ſolem non ſperem aliquid recepiſse claritatis? non audet temere calamus, qui radit humum, ad altiſsimum tuarum laudum culmen euolare; Icarium auſum, & lapſum quidni formidem, qui Dedali pennis non feror? Hyſpanicæ maieſtatis qui nouit aliquid, eam té eſse non ignorabit, quæ & originis vetuſtate & generis ſplendore & auorum rebus præclare geſtis, & familiæ amplitudine, & honorum multitudine, demum omni gloriæ parte vſque adeo nobiliores præcellis, vt nullum fama ſibi reperiat præclarius argumentum ad excitandam populorū admirationem. Nec te auita hæc tantum, & fortunæ potius quā tua decora commendant. Ampliorem tuarum virtutum ornamenta, Prudētiæ lumina Illuſtrem reddunt, vſque adeo vt nulla sit vbertas dicendi, nulla eloquentiæ felicitas, nulla Ingeniorum virtus, vt tuas valeat laudes, non dicam verborum ambitu

com.

complecti,ſed ne percenſere quidē numerando: Apagite hinc Interim inuidiæ Comites Momi, Zoili, Ariſtarchi, literarū Maculæ, literarum peſtes, Tanti nominis, Maieſtas vos terret, fugat, exterminat. Tuque Ibericæ Gloriæ maximum argumentum, Siciliæ nunc Decus, lucubratiunculas haſce Serena humanitatis luce perfunde, vt in lucem tutius prodeant æternitatis. Vale. Panormi die 24. Decembris Anni ſalutis 1655.

RACEMATIONES

AD TERTIVM DE CITATIONE LIBRVM.

SVMMARIVM.

1 Remiges in perpetuum, an poſſint citari? & nu. 2. & 3.

4 Condemnati perpetuo ad triremes non poſſunt condere teſtamentum.

Contrarium? num. 5.

6 Remiges an teneantur reſtituere dotes?

7 Remiges fugientes qua pœna teneantur?

8 Capitaneus triremis, an teneatur pro fuga remigis?

Remiges an teneantur in conſcientia ad non fugiendum? ſub num. 8.

9 Opem dans remigi ad fugiendum quomodo puniatur?

10 Remiges ſi fugiant, an gaudeãt immunitate Eccleſiaſtica?

11 Capitaneus triremium poteſt reum ibi condemnatum ad certum tempus licentiare.

12 Remiges finito tempore poſſunt recedere abſque licentia.

13 Pœna triremium eſt ignominioſa, & grauiſſima?

14 Pœna triremium nõ poteſt imponi clerico doctori.

Eſt ſubrogata loco pœne metalli num. 15.

Eſt vltra relegationem ſi excedat annos duos? num. 16.

17 Pater doctoris non poteſt ad triremes damnari.

18 Bonauoglia triremium fugiens ad Eccleſiam, an gaudeat illius immunitate?

19 Epiſcopus illius ciuitatis in cuius portu triremes ſtationem agunt viſitat cappellanos ipſarum triremium.

20 Damnatus ad triremes ſuper triremibus exiſtẽs ſi liberetur tempeſtate maris triremibus ſub merſis, vel ruptis, an ſit liberatus?

21 Triremes regię, an dicantur, quæ ſunt ſub ſtipendio Regis?

22 Barones habentes merum, & mixtum imperium, an poſſint condemnare ad triremes?

23 Triremes veniunt appellatione domus, & eius priuilegio gaudent.

24 *Praſtans remedia alicui, vt euadat dolorem torturæ punitur pœna triremium.*

25 *Prorex an poſſit cogere homines vt ſe faciant remiges? & an remiges voluntarios perſeuerare?*

26 *Auth. res quæ an procedat in fideicommiſſo eccleſię relicto?*

27 *Bona feudalia pro dotario non obligantur vltra dotem realiter ſolutam.*

Quid pro interuſuriji dotis? numer. 28.

29 *Feudi obligatio, an valeat non facta taxatione dotis de paragio?*

30 *Legitima non minuitur per legata pia, aut in remunerationem ſeruitiorum, nec per confeſſionem debiti à teſtatore factam.*

Nec per legatum relictum pro male ablatis num. 31.

32 *Copia interrogatorum aduerſus teſtes non eſt danda aduerſario.*

33 *Emptor poteſt via executiua contra venditorē agere ſi poſt quā ei vendidit cenſum iam formatū, & ei à Seio debitum cum pacto de retrouendendo accepit pretium pro reluitione a Seio.*

34 *Iuriſdictio contentioſa ſubdiuiditur.*

35 *Iuriſdictio voluntaria, & contentioſa quæ ſit?*

36 *Teſtis varius in cauſa ciuili, an poſſit torqueri?*

37 *Fractor carceris, an poſſit condemnari vti confeſſus pro delicto pro quo detinebatur?*

38 *Fractor carceris baronalis, an debeat puniri? & num. 39.*

40 *Fugere non dicitur, qui ad ſuperiorem fugit, & fuga non facit inditium.*

41 *Creditor anterior poteſt auocare poſſeſſionem poſteriorem.*

42 *Creditor poteſt auocare pecuniam ſolutam legatarijs.*

43 *Emphiteuſis Eccleſiaſtica poteſt concedi pro perſona nominanda.*

44 *Emptio facta pro perſona nominanda excludit præſumptionem fraudis.*

45 *Diſſenſu pendente circa modum procedendi ligantur manus iudicis.*

Et ſi procedit ad ulteriora incidit in nullitatem num. 46.

47 *Banniti non poſſunt præſtare conſenſum ſtante ſtatuto.*

48 *Conſanguineus an poſſit cogi ad præſtandum conſenſum ſtante ſtatuto?*

Et ſi non habet iuſtam cauſam non conſentiendi habetur pro præſtito num. 49.

50 *Conſenſus, & licentia quomodo differant?*

51 *Conſenſus an poſſit probari per teſtes?*

52 *Conſenſus, voluntas, & conſilium quomodo differant?*

55 *Conſenſum qui dicit in actu interueniſſe debet probare.*

54 *Conſenſus ſtante ſtatuto an debeat eſſe expreſſus, an vere ſufficiat tacitus?*

55 *Conſenſus præſumitur?*

56 *Officialis reſtitutus, an recuperet primum locum?*

Cita-

57 *Citatio aduerſarij requiritur ad eligendum arbitros ad declarãdum iudicem ſuſpectum, vel non.*

58 *Citatio vltimi, & maioris oblatoris requiritur ad effectum de liberandi pignora penultimo offerenti.*

59 *Mittendus in poſſeſſionem debet citare contradictorem.*

60 *De citatione requiſita, vt praſtetur cautio de non offendẽdo remiſſiue.*

60 *Inſtantia poteſt de conſenſu partium prorogari vſque ad triennium.*

62 *Priuilegium concluſionis in M. C. non habet locum in articulo reiectiuo.*

63 *Quindena in cauſa ſindicatus non poteſt augeri, vel minui, niſi ex cauſa num. 64.*

65 *Inſtantia fideiuſſionis in cauſa ciuili quanta ſit?*

66 *Inſtantia fideiuſſionis de praſentando oretenus eſt duorum menſium.*

67 *Inſtantia, infra quam pars debet probare ſuſpicionem, eſt menſis á die praſentatę ſupplicationis, & infra alios decem dies cauſa eſt à iudice terminanda.*

68 *Gabella noua, an debeatur ſi quis emit rem pro alio, & exinde cedit iura?*

69 *Vxor lite pendente inter eam, & virum ſuper ſeparatione cohabitationis, tam apud honeſtas matronas quam monaſterium ſequeſtrari poteſt.*

70 *Copia ex publico archiuio, facit fidem etiam extra territorium.*

71 *Apoſtata non habet ius dicendi de nullitate profeſſionis.*

72 *Nullitas profeſſionis ex cauſa metus poteſt etiam poſt quinquennium tentari ſi poſt profeſſionem durauit metus.*

73 *Burgus eſt nomen vniuerſitatis, & dicitur pars ciuitatis.*

74 *Poſſeſſor beneficij, etiam intruſus citandus eſt ſtante clauſula à moto quolibet illicito detentore.*

75 *Barones an poſſint petere remiſſionem vaſſallorum poſt ſententiam?*

76 *Appellatio á denegata remiſſione vaſſallorum baroni, an ſuſpendat?*

77 *Vaſſallus delinquens in territorio alterius baronis, an ſit remittendus baroni?*

78 *Vaſſallus ſi pendente cauſa remiſſionis fuerit ſub fideiuſſione excarceratus, an ſit remittendus?*

29 *Iudex poteſt non obſtante declinatoria proſecutum carcerare, vel ſub fideiuſſione ligare.*

80 *Debitor an poſſit recipi ad monachatum?*

81 *Commoditas fideicommiſſi, vel maioratus poteſt cedi.*

82 *Renunciatio facta á nouitio, ante duos menſes, an valeat?*

83 *Donans bona ſua cenſetur donare ius illud, quod habet.*

84 *Donans rem communem intelligitur ſuam partem donare.*

85 *Subiugatio ſuper feudo ſubſtinetur*

netur in quantum viget cauſa, et non vltra.

86 *Cenſus ſi ſit fideicommiſſo ſubiectus, an res acquiſita ex commiſſo ſit fideicommiſſo ſubiecta? & num.* 87.

88 *Prohibitus alienare, an ſit prohibitus ſubiugare?*

89 *Auocatio legalis, quæ ſit?*

90 *Cauſa ſemel auocata iudex in ea non poteſt ſe intromitetere, etiam de conſenſu partium.*

91 *Princeps an poſſit cauſas auocare a barone?*

92 *Prouincialis an poſſit auocare cauſas.*

93 *Citatio non requiritur in auocatione cauſarum.*

94 *Metropolitanus an poſſit auocare cauſas Epiſcoporum via appellationis?*

95 *Vicarius generalis poteſt auocare cauſam ad ſe a delegato Epiſcopi.*

96 *M.C. poteſt ad ſe auocare cauſas, quando officiales, coram quibus pendet cauſa ſunt ſuſpecti.*

97 *Mulier pro ſuis dotibus, an poſſit impedire deuaſtationem bonorum?*

98 *Fideiuſſio de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, an ſit præſtāda in reconuentione?*

99 *Clericus an teneatur præſtare fideiuſſionem de iudicatum ſoluendo?*

100 *Proteſtatio contraria facto, an aliquid operetur?*

101 *Res empta à patre nomine filij, an imputetur filio in legitimam?*

102 *Res empta á marito nomine vxoris, vxori acquiritur.*

103 *Emptor aduentitiorum filij á patre ſi rem emptam meliorat, non compenſat melioramenta cum fructibus perceptis patre alienante viuente ſi res à filio reuendicetur?*

104 *Confiſcatio bonorum filij an poſſit fieri ad præiudicium bonorum patris?*

105 *Debitor an poſſit in præiudiciū crediterum non acquirere?*

106 *Maritus lucrum dotis ſibi à ſtatuto delatum poteſt in præiudicium creditorum repudiare.*

107 *Pater abſente filio an poſſit in iuditio agere vti ipſius adminiſtrator?*

108 *Filius familias, an poſſit ſine patre conueniri? & quid in bulla? num.* 109.

110 *Filius habens liberam adminiſtrationem peculij aduentitij poteſt donare Eccleſiæ matri, & coniunctis.*

111 *Pater ſi conſentiat filio donanti bona aduentitia non cenſetur remictere vſumfructum.*

112 *Clericus an poſſit diſponere de vſufructu, quem habebat pater ante clericatum in eius bonis?*

Filius familias, an poſſit teſtari ad pias cauſas de peculio ad ventitio? ſub num. 112.

113 *Papa an poſſit priuare aliquem beneficio ſine citatione?*

114 *Sponſa diues ſi fiat pauper, an ſit iuſta cauſa non compellēdi ſpōſum ad contrahendum matrimonium?*

Filius

115 *Filius ſi contrauenia t precepto teſtatoris, & cadat ab hereditate, an detrahat legitimam, & Trebellianicam?*

116 *Heres non adimplēdo voluntatē teſtatoris, an poſſit morā purgare?*

117 *Pena caducitatis impoſita à teſtatore in caſu contrauentionis nō habet locum, niſi facta declaratione per ſubſtitutum.*

Et ſi heres recuperat bona alienata ante declarationem euitat caducitatem num. 118.

119 *Declaratio caducitatis, an poſſit fieri contra haeredem? & nu. 120.*

121 *Monitio requiritur in nonnullis caſibus.*

122 *Deſerta cauſa appellationis, an ſit deſerta cauſa nullitatis?*

123 *Dominus ſtante ſucceſſiua contrauentione poteſt declarari facere contrauentionem contra haeredem vaſſalli.*

124 *Vnus ex haeredibus cenſum redimendo, an poſſit pro toto cenſu agere?*

Et an poſſit cogere alterum, vt partem ſuam redimat? nu. 125. & vide num. 126.

127 *Appellatio an detur á captura?*

128 *De denunciationibus in matrimonio requiſitis, & num. 129.*

130 *Matrimonium factum à Parocho, cui Epiſcopus interdixerat ne matrimonio aſſiſteret, an ſit validum?*

131 *Proprius parochus, quis dicatur?*

132 *Nullitas tantum ab Eccleſia allegatur cuius fauore actus eſt nullus.*

133 *Copia capitulorum, ſuper quibus eſt interrogandus aduerſarius an ſit ei danda? & num. 134.*

135 *De cedulis ſi quis vult vti teſtibus facta tam ab actore quam reo.*

136 *Pecuniola non debetur ſi tempore quo petitur, proceſſus eſt inſtructus.*

An debeatur clerico pauperi? num. 137.

An debeatur clerico, vel monacho accuſāti praelatum de mala adminiſtratione? num. 138.

189 *Appellatio an detur à conceſſione monitorialium?*

140 *Citatio an requiratur ad ſentētiam, quando fertur vltima die inſtantiae?*

141 *Iudex poteſt eligere peritum, quando pars non comparet ad illum eligendum.*

142 *Pactum de ingrediendo propria auctoritate non poteſt exerceri contra, tertium in quē res fuit tranſlata, quando ius non erat productū*

143 *Teſtator poteſt concedere licentiam legatario ingrediendi propria auctoritate, vide num. 144.*

145 *Inſordeſcens in excommunicatione per annum debet prius moneri antequam penas inſordeſcentis incurrat.*

146 *Spoliatus fauore Eccleſiae, an ſit ante omnia reſtituendus?*

147 *Calculus peritorum confirmatus per ſententiam iudicis, an poſſit retractari?*

148 *Abſolutio facta à* Sacerdote, *qui iuriſdictione caret, an valeat?*

149 *Accuſatio de ſuſpecto tutore à quo-*

Digitized by Google

quolibet fieri poteſt.

150 *Statutum requirens citationem alicuius verificatur in illo, qui fuit preſens in iudicio licet non citatus.*

151 *Clericus vnius diœceſis deponēs falſum coram iudice Eccleſiaſtico alterius diœceſis poteſt ab eo puniri.*

154 *Lex nullū C. de Teſtibus habet locum, quando quis offendit miniſtros.*

Quid ſi quis deponit falſum coram delegato? num.152.

Quid coram iudice compromiſſario? nnum.153.

155 *Clericus an poſſit pro alio fideiubere? & num.156.*

157 *Eccleſia poteſt conuenire debitorem debitoris.*

158 *Stipulatio de iure canonico non requiritur in delegatione.*

159 *Epiſcopus diſpenſare nequit, vbi ex diſpenſatione ſcandalum immineret.*

160 *Iudex à quo appellatione pendente ſi timor ſit ſcandali, poteſt ſe intromittere.*

161 *Dominus domus inhoneſtæ vitę poteſt à domo expelli.*

162 *Bona vita ex triennio arguitur.*

163 *Conductor mei conductoris, an dicatur meus conductor?*

164 *Subconductor conducens partē domus non tenetur ad integram penſionem.*

165 *Scholaris, qui impedit alium ſcholarem ſtudere, poteſt cogi officio iudicis, aut tacere, aut recedere.*

166 *Faber condemnatus ad recedēdum á contrata ſcholarium non poteſt appellare.*

167 *Clauſula codicillaris in teſtamento fratris, vbi frater eſt preteritus quid operatur?*

168 *Aſcedentes non traſmittunt ius querele non preparatum ſicut deſcendentes.*

169 *Filia ſi nubat indigno, an poſſit à patre exhæredari? vbi quid de filio? ſub num.169.*

170 *Filius familias habens patrem furioſum, an poſſit ſolus hæreditatem adire?*

171 *Furioſi, & prodigi reſtituuntur propter inſtrumenta de nouo reperta.*

172 *Conſanguinei qui dereliquerūt furioſum, ei non ſuccedunt.*

173 *Furioſo datur curator legitimus á iudice, ſed abſque ſalario.*

174 *Furioſus an poſſit exercere mercaturam?*

174 *Femina excluſa á maſculo, an ſuccedat in quarta, quam habuit in bonis patris?*

176 *Quarta an debeatur vxori ſi poſt mortem viri fiat diues?*

An debeatur in re emphiteuticæ? num.177.

178 *Filij in dotario ſuccedunt vti filij non vti hæredes.*

179 *Dotarium an debeatur matrimonio nullo declarato?*

Quid matrimonio non conſumato, ſi ſtetit per virum ne conſumaretur? ibidem.

180 *Maritus habet manus iniectionem in vxorem.*

181 *Vxor non eſt reſtituenda viro, quando opponitur de nullitate matrimonij.*

182 *Emphiteuſis Eccleſiaſtica, an tran-*

tran-

Digitized by Google

tranſeat ad hæredes extraneos ſi penſio correſpondeat fructibus?

183 *Appellans prætextu exceſſus ab executione debet exprimere exceſſum ſpecialiter.*

184 *Abſolutio á iuramento an ſit petenda ab Eccleſia, quando venit contra contractum.*

185 Manutentio non debet denegari ei, *qui non habet ſe pro ſpoliato.*

186 *Salarium an debeatur ſocio ſi in adminiſtratione plus operatus eſt.*

187 Salarium *non conuentum, an debeatur?*

188 R*econductio non procedit in bonis fiſci.*

189 *Amicus habitans domum non ſolitam locari non tenetur ad loerium.*

200 *Vita militia an debeatur clericis?*

201 *Emptor bonorum Eccleſiæ ſine ſollemnitate, an recuperet pretiũ?*

202 *Priuilegium non porrigitur ad caſum ſimilem.*

203 *Iuramentum de exhæredando eſt illicitum.*

204 *Filius poteſt á patre exhæredari, quando illum non excarcerauit.*

205 *Filius tenetur ſe obligare pro patre carcerato, & fideiubere numero 206.*

207 *Filius non poteſt exhæredari, quia fuit ingreſſus religionem.*

208 *Filius exhęredatus pro mortuo habetur.*

209 *Filius non rectè exhęredatus ſi conſentiat teſtamento nihil opponere poteſt.*

210 *Filij exhęredati admictũtur ad ea, quę iure ſanguinis deferuntur.*

211 *Filius cõtrahens matrimonium, ſine conſenſu patris poteſt ab eo exhęredari.*

212 *Filius exhęredatus non connumeratur in numero filiorum in deductione legitima.*

213 *Fiſcus an poſſit dicere nullam exhęredationem filij.*

214 *Frater á communi patre exhęredatus non prohibetur ſuccedere fratri hęredi eiuſdem patris etiam in bonis patris.*

215 *Actus facti calore iracundię an & quando valeant?*

Quid fauore pię cauſę? nu. 216.

217 *Tutor an dari poſſit filio exhęredato?*

218 *Infans non poteſt exhęredari?*

220 *Exhæredatio non habet locum remiſſa cauſa exhæredationis.*

221 *Hæres non poteſt exprimere cauſã exhæredationis non expreſſam á teſtatore.*

222 *Exhæredatio non admit filio propria bona.*

223 *Sententia lata contra vnum ex ſocijs non præiudicat alteri ſocio non citato etiam in indiuiduis.*

224 *Sententia lata in iudicio euictionis contra venditorem nocet etiam emptori non citato.*

225 *Abbas an poſſit cognoſcere de cauſis matrimonialibus inter ſuos ſubditos?*

226 *Cauſa matrimonialis an poſſit alijs delegari quam Epiſcopis?*

227 *Præſumptiones imperfectę, an coniungantur in cauſa matrimoniali?*

Vidua

228 *Vidua, quę veſtes lugubres ob viri mortem non defert, infamis publicatur.*

229 *Famulis perſonę nobili: debentur veſtes lugubres in morte dominorum ſuorum.*

230 *Auth.res, quę procedit pro veſtimētis lugubribus, procedit etiam in ornamentis, & apparatibus conſuetis num.231.*

232 *Expenſę funerum à quo fieri debent?*

Earum appellatione quid veniat?num.233.

234 *Statutum moderans impenſas funerum valet.*

235 *In dubio expendens pro funere cenſetur donare.*

236 *Summus Pōtifex poteſt laicum incapacem rerum ſpiritualium capacem facere.*

237 *Iuriſdictio Inquiſitorum extra caſus fidei, an ſit ſecularis? & num.238.*

239 *De priuilegio, quod fiſcus nō poſſit principaliter agere contra ciues Panhormi facit mentionem* Muta.

An iuuet clericos? quod ſic num.240.

In M.R.G.*bis deciſum ſecundū priuilegium, n.241.etiam in cauſa homicidij cum duello.*

An quis poſſit pluries hoc priuilegio vti? ſub num.241.

242 *Pars an accuſare poſſit poſtquā fuit per iudices interloquutum fiſcus non audiatur.*

243 *Sententia lata contra ciuem Panhormi pro fiſco ad inſtantiam fiſci cōtra proſecutū, qui in ſuis exceptionibus dixit ſe ciuē Panhormi eſt nulla; & num.244. 245.*

244 *Accuſatus an poſſit reaccuſare?*

245 *Induſtria perſonę an dicatur electa per verba tu tu cognoſcas?*

246 *Citatio poteſt fieri in Eccleſia?*

247 *Offendens ſtatuas Principis qua pœna puniatur?*

248 *Confugiens ad Sacerdotem deferentem oleum* Sanctum *non gaudet immunitate Eccleſiaſtica.*

269 *Expenſę ſunt ſoluendę ab eo, qui obtinuit inſtantiam reuiuiſci. Intellige num.251.& 252.*

250 *Mictens procuratorem ad reſpondendum preſumitur habere notitiam citationis.*

251 *Preſcriptio quadragenaria contra Eccleſiam non interrumpitur ſola citatione.*

253 *Caducitas an ſit remiſſa ſi dominus ſtetit per decennium, & nō egit ad commiſſum?*

253 *Fideiuſſor de preſentando non excuſatur, ſi affectauerit preſentādum ab alio carcerari, vel impediri*

254 *Creditor citatus in diſtractione pignoris ſi non comparet dicitur hypotecam remictere.*

255 *Capitaneus poteſt exonerare nauim in alio loco, quam in deſtinato propter timorem inimicorum*

256 *Gabella non eſt ſoluenda, quādo nauis timore hoſtium, vel ex tempeſtate portui ſe applicat.*

Inimicitia ex aduocatione cōtracta lite finita non eſt conſideratione digna num.257.

Ad

AD ſingulare centeſimum decimum tertium, Adde quod Giurb. ibi citatum citat, & ſequitur *Carac.de for. priu. remiſſ.q.16.ſub n.17.& q.18.n.10.*

1 AD ſingulare centeſimum decimum quartum, nu. 2. quod remiges in perpetuum nõ poſſunt citari.

2 Contrarium firmat *Scacc de iudic.c 9.lib 2.n.951.et à n.1045*

3 Sed ego non recedo à dictis per me in dicto ſingulari.

Ad nu.4.adde *Capibl.de Baro. cap.33.num.1.lib.2.*

4 Ad n.5.quod cõdemnati perpetuo ad triremes non poſſunt condere teſtamentum.

5 Cõtrarium *Vermigl.conſ.362* ſed ego nõ recedo a dictis in dicto nu.& vide *Steph.Durãt.q.27.*

6 Ad nu.11. an remiges teneãtur reſtituere dotes? adde *Nouar. q.forenſ.167.num.5.lib.1.*

7 Ad nu.13. qua pęna puniãtur remiges fugientes? *Capibl.de Baron.prag.6.nu.81 & prag.7.n.34. Cabbal.reſol.crim.caſ.8.nu.49.*

8 Et an Capitaneus triremis teneatur pro fuga remigis? *Larat. conſil.103.* an teneantur in conſcientia ad non fugiendum, etiã ſi poſsint? *Vide P.Sacc.in Faſc.flor. lib.1.tr.1.c.6. de legib. n.51.et ſeq.*

9 Sed qua pęna puniendus, qui condemnatis ad triremes opem tulit ad fugam arripiendam accomodando limas, malleos, &c? *Caball.caſ.8.à num 19.*

Ad n.17.verſ pro vt in ſimili dicunt DD.de ſeruis adde *Couar. in regula peccatũ p.2.§.11. Angel. & Salicet.in l.ſi ab hoſtib.C.de capti.& poſtlim.reuerſ. Angel.in quęſtione renouata guerra col.6.verſi. mobilia vero, Galcot.de bon.capt.in bell. & ab hoſtib.recuper.num.22.*

10 Ad n.18.an gaudeant immunitate Eccleſiaſtica? adde *V. P. Sacc.in faſc flor.lib.2 tra.2.cap.3.§ 8.de immun.eccl.dub.4.nu.140.*

11 Ad nu.21.adde quod Capitaneus triremium poteſt reum ibi condemnatum àd certum tempus eo finito licentiare *Burg. de laudem p 2.inſp.35.num.15.*

12 Imo poſſunt ipſi remiges abſque licentia recedere *Guazz. ad defenſ.reor.defenſ.33.cap.27.n.18 ſcripſi de effect.inim.effec.45.n 21*

Ad nu.23.adde *Nouar. ſupèr prag.Reg.Neap.tit de condemnat. pro delicto collect.2.num.1.*

Ad n.24.adde *Fontan.de pact. nupt.clauſ.4. Gl.14.ſub num. 64.*

13 Pęna triremium eſt ignominioſa *Fonta dec.168.n.11 et n.10* ſcripſit, quod eſt grauiſsima, quia facile moriuntur remiges, & dicuntur millies mori, earumq; pęna morti naturali terribilior dicitur; vnde iudices ſemper debẽt abſtinere ab huiuſmodi pœna triremium, quando aliam delinquentibus imponere poſſunt.

14 Hæc pęna nõ poteſt imponi clerico doctori *Ricc. in prax for. eccleſ.deciſ.388.p.*

15 Eſt ſubrogata loco pęnæ metalli *Gabr.cõſ.174.n.18 lib.1.vide Maſtrill. deciſ.293.nu.27.28.*

16 Eſt vltra relegationem, ſiue ſit

ſub nu.5. *Molin.de primog. lib.1. cap.10. Strad de feud.p.7.cap.7.n.32.et 42.*Cap.*Reg.Caroli* 246.*et* Cap.*Reg.Ph.alleg.per Milan.deciſ.5.num.64.lib.1.*

Ad nu.9.adde *Sforz.Odd.de fideicom. ex prohibit.induct. q.43. art.5.Fab.de* Ann.*conſ.85.nu.11. 12. Petr.de* Fideicom.*q.8. Siluan. conſil.6.in fine,Peregr.art.42.*

AD ſingulare centeſimum vigeſimum primum. Ad nu.5.adde *Fontanel.de pac.nupt. clauſ.5.Gloſ.8.p.2.nu.50.Prat.ad* Paſq.*de patr.pot.p.2.ca.4.fol.328.*

30 *verſ.ad n.4.*, vbi ꝙ nō minuitur per legata pia, aut in remunerationem ſeruitiorum, nec per confeſſionem debiti à teſtatore factam vide num.32.

31 Ad verſ. ſed an per legatum relictum pro male ablatis? adde Prat.*vbi ſupra,Genuēſ.pp.Eccleſ.q.168.Marant.reſponſ.1.nu.21.& 22.lib.1.vbi n.19.*, quod legata pia non minuunt legitimam, ..

Ad nu.9. adde G*iron.de contin.poſſ art.1.ſub num.164.*

Ad verſ. infertur tertio adde *Staiban.de intereſſe lib.2. de intereſſe in ſpecie quæſt.vnic.*

AD ſingulare centeſimum vigeſimum ſecundum.Ad nu.2.adde *Scapp.de iur.non ſcrip. lib.3.cap.106. Nouar.de Grau. vaſſall.to.2.alleg.2.poſt grau.100 ſub num.49.*

AD ſingulare centeſimum vigeſimum quartum,de interrogatorijs, vide *Scacc.de indic.lib.2.cap 8.á nu.867.*

32 Et aduerte quod copia interrogatoriorū aduerſus teſtes nō eſt danda aduerſario propter timorem ſubornationis *Rip. in l.1 nu 40.ff.ſi cert.pet.Pacian.de probat cap.6. num.112. Cum. in prax.fol.24.*

AD ſingulare centeſimum vigeſimum quartum nu.10.in fine adde eundem *Maſtrill.deciſ.215.ſub num.25.*

33 Et ideo emptor poteſt via executiua contra venditorem agere, ſi poſt quam ei vendidit cenſum iam formatum, & ei à Seio debitum cum pacto de retrouendendo, accepit pretium pro reluitione à Seio *Carauit.ſuper Rit.cap.166.num.80.*

AD ſingulare centeſimū vigeſimum ſextum.ad nu.1 vide *Annot.ad ſingulare 37.verſ. adde omnino.*

Ad nu.2.adde *Scacc.de indic. lib.2.cap.5.nu.17.in fine, Iannin. de citat.real.cap.1.lib.1.á n.1015.*

34 vbi *nu.*1020.inquit, quod contentioſa ſubdiuiditur.

35 Ad verſic. quę ſit iuriſdictio voluntaria,& quæ contentioſa? *Scapp.de iur. non ſcript. lib.4.cap. 11.num.5.*

Ad.nu.3.adde Cammar. *de iuridic.diſcrim.inter Epiſc. Abb. et Regul.p.1.num.78.*

Ad nu.7.adde Scacc. *de indic. lib.2.cap.5.á nu.18. & á nu.96.*

AD ſingulare centeſimū vigeſimum ſeptimum,ad n.

36 1. adde, ſed an teſtis varius in

Digitized by Google

cauſa ciuili poſſit torqueri? *Scac. de iudic. lib. 2. cap. 9. á num. 825.*

Ad nu. 8. verſic. vbi pœna eſt arbitraria adde *Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 23. nu. 8. Sp. Carac. deciſ. 17. num. 2.*

AD ſingulare centeſimũ vigeſimum octauum, ad nu. 1. Ego credo, quod Auil. & Mõtan. ab eo citatus, dum firmant, quod non requiritur citatio contra frangentem carceres, vt condemnetur, ſed ſolum habita informatione de fuga, & fractione condemnatur; præſupponunt, quod poſſit condem-

37 nari vti confeſſus delictum. Sed hæc quæſtio eſt brocardica pro qua videndi ſunt *Farin. q. 30. á nu. 7. Caliſt. de leg. Reg. §. 16. Caualc. dec. 28. nu. 18. p. 5. Mut. dec. 30 Caſtill. deciſ. 237. nu. 7. Locatell. de quæſt. iudic. inſpect. 5. num. 206. Guid. de virib. confeſſ. p. 5. cap. 3. num. 4.*

Ad nu. 2. adde *Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 23. num. 83. Caſtill. deciſ. 237. num. 7.*

38 Ad nu. 3. adde quod vnus ex iudicibus poſt quam legit ſcripta a me hic, duo mihi dixit. Primo, quod Genuenſis loquitur de carceribus curiæ Archiepiſcopalis, qui æquiparantur carceribus demanialibus. Secundo, quod eſt verum, quod diſtinctio non eſt fundata in iure, ſed M. R. C. ex inueterata conſuetudine ſic ſolet decidere.

39 Quo ad primum ego nõ inſiſto circa æquiparationem ſi ſit vera, necne, ſed dico videndum *Ricc. in prax. For. Eccl. p. 1. dec. 373.* qui poſt quam demõſtrauit deciſ. Genuenſ. bene fundatam, ſubdit deinde, quod ſi vaſſallus aufugiat à carceribus, Baronum, & recta via accedat ad M. C. V. vel ad baronem, non tenetur de fracto carcere, idem poſt multos dicit *Nouar. Grauã. 280. num. 1.*, & ſic habemus in puncto DD. loquentes de carceribus baronum.

Quo vero ad ſecundum, nec minus inſiſto, ſed mihi ſufficit de iure eſſe bene fundatã meam deciſionem.

40 Ad nu. 6. adde quod nec minus hæc fuga facit indiciũ *Maſtril. dec. 296. nu. 22. & ſeq.*, quia fugere nõ dicitur, qui ad ſuperiorem fugit *Noua. ſup. prag. Reg. Neap. prag. 2. de milit. ib. n. 11. et 12.*

Ad nu. 9. adde *Pecc. de iur. Siſt. cap. 41. á num. 2.*

Ad nu. 11. *Pecc. vbi ſupra n. 7*

Ad nu. 13. *Pecc. loc. cit. nu. 9.*

AD ſingulare centeſimũ trigeſimum primum, ad nu. 1. & 2. adde *Sp. D. Benedict. Em. reſp. 19. ad Orat. D. Marij Cutell. col. 120.*

Ad nu. 5. adde *Cutell. Orat. 4. ſub nu. 18. Eman. ſupra col. 122. & ſeq. Auend. de exequ. mandat cap. 10. num. 1.*

Ad verſ. aduerte 2. adde *Nouar. in l. vſum aqua nu. 3. C. de aqua duct. lib. 11.*

Ad verſ. loquitur in puncto. Adde *Auendagn. dicto cap. 10. ſub num. 2.*

ad

Ad verſ.aduerte tertio, adde *Auendagn.dicto cap:10.nu.2.*

Ad ſingulare 133.nu.3.adde *Gen.pp. Eccl q.604. Poſt.de ſubhaſt.Inſpect.19.nu.87. Amat.re-*
41 *ſolut.31.num* 2.,vbi quod etiam poteſt auocari poſſeſſionem poſteriorem, *Merēd.contr.iur.lib.20 cap.50.Nouar.q.for.139.lib.1. & q.166.eodem lib.et q.4.lib.2. Virgil.de legit.perſ.de curat. decoct.cap.*
42 *12.nu.26.*,vbi aduertit, quod ſi pecunia fuiſſet ſoluta legatarijs, Creditores poſſent ab eis auocare ſolutione non obſtante,et legatarius cogitur reſtituere, vbi etiam alias limitationes.

Ad ſingulare 134. ad nu. 4. *Merend.contr.iur.lib.21.cap.3.*,
43 & de emphiteuſi Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & perſona nominanda *Genu.pp.Eccl.q.83.84 85.& 86.& vide Farinac.de falſit.& ſimul.q.162.n.186.*, vbi
44 quod excluditur præſumptio fraudis, quando quis emit pro perſona nominanda, & quod nominatio debet fieri ſimpliciter,&de pacto de retrouendendo ad fauorem perſonæ nominandę à venditore,quod ſi venditor moriatur ante factam nominationem ius redimēdi trāſit ad heredes;& quod valet cōtractus factus pro perſona nominanda,qua nominata illi acquiritur, & acquiſitio retrotrahitur, & ante nominationem acquiritur ei,qui ſtipulatus fuit.

Ad ſingulare 136.ad n.3. ad materiam prælationis creditorum vide *Poſt.de ſubhaſtat. inſp. 19.num.27.*

45 Ad nu.4. adde quod diſſenſu pendente circa modum procedendi ligantur manus iudicis, vt interim ad vlteriora nō procedat *Cum.in prælud.Rit.cap.99 nu.28.*, alias incideret in nullitatem *Mut.conſuet.1.nu.100.*

47 Ad ſingulare 137.adde quod banniti non poſſunt præſtare hunc conſenſum *Carroc. de excuſſ.bonor.p.1.q.15.10.q. princ.n. 10. & num.11.* an poſſit ſolo contrahere?

48 An ille à quo eſt præſtandus conſenſus,poſsit cogi ad illum præſtandum? *Ricc.in prax.for.Eccleſ.to.3.reſol.524.* Gizz.*deciſ.65. & ibi.additio.*

49 Ad nu:11 adde *Merlin.contr. Forenſ.cap.6.nu.16.*, vbi ſi non habet iuſtam cauſam diſſentiendi habetur pro præſtito.

Ad nu.12.adde *Scac.de iudic. lib.2.cap.2.ſub nu.502. & á nu.* 493.ad materiam ſtatuti.

Ad verſ.an habeat locum,adde *Merend.contr.iur.to.4. lib.23. cap. 15.*

Ad nu.13. verſ. bene tamen adde *Barz. de non melioraudis dot. rat.filia cap.2.*

50 Ad nu.19.conſenſus,&licentia quomodo differant? *Ricc. in prax.for.eccl.p.3.reſol.295.*

51 Conſenſus an poſſit probari per teſtes? *idem reſolut.298.*

52 Cōſenſus,volūtas,& cōſilium, quomodo differant? *idem reſol. 300.nu.3.4.& 5.*,& in quo differat

ferat conſenſus ab auctoritate licentia, & decreto *Simoncell.de decret.in præfatione nu.50.*

53 Qui dicit in actu interueniſſe, debet illum probare, *idem reſolut.344.num.2.*

54 Conſenſus an debeat eſſe expreſſus, an vero ſufficiat tacitus? Mangil.de *Euict.q.61.nu.4.& 5. & q.92.à nu.4.Bart.in l.ſoluto §. in voluntatem ff.ſolut.matr. Cancer.cap.1.de minorib.à nu.92.*,vbi quando requiritur conſenſus, & voluntas.

Ad verſ.ad materiam*Carpan. ad ſtat mediol.cap.328.num.261. Cancer.de minor.cap.1.nu.70.& 115. Andreol. contr.84. Altograd. conſil.15.tom.2.*

55 Ad verſ.quod conſenſus præſumitur, *Ricc.in prax.for. eccl.p.3. reſol.296.& vide reſolut.561.*

Ad verſic.pro exoneratione conſcientiæ, vel piæ cauſæ adde *Merend.contr.iur.to.4.contr.13.*

Ad verſ.an poſsit adire hęreditatem? *Merend. dicto cap. 13.*

Ad ſingulare 139.ad num.1. adde *Genu.pp.eccleſ.q 575.Deciſ. Senat.Dolan.60.nu.9. Conuerſan. de ſuſpect.tutor.à nu.90.Capiblāc. de Baron.prag.1.nu.157.& prag. 5.à nu.77. Nouar.ſuper prag.coll. 148.nu.5.in paru. Giurb.conſ.44. num.1.*

Ad nu.7.verſ.& aduerte, *Ioa. de Anan.in c.1. de vaſſall. decrep. ata.Vinc.de Ann.in repet.cap.1.de vaſſ.decrep.at. §.quidam vaſſallus num.219.*

56 Et an recuperet primum locum? *Fontanell.deciſ.215.*

Ad ſingulare 142. de Canonizatione Sanctorum, vide aliqua per *Ricc.collect.2486.*

57 Ad ſingulare 147.de citatione, ſeu prouocatione ad diuinũ iudicium *Dian. tractat.15.& 5. Miſcell.reſolut.9.tom.10.*

Concordat Textus in *l. cum veterum. 15. C. de donat.* & vtrobique *Gloſ. Bald. Sal. & Alij. Gomez. in l. 51. Tauri. Sanch. de matrim. lib. 6. diſp. 18. nu. 2. & 3.* Magiſque in ſpecie *Bald. in l. non ſine in princ. C. de bon. quæ lib. & conſ. 110. vol. 2.* vbi quod, ſi adeſt Statutum deferens Marito certum lucrum, carnali copula ſecuta: Si per vxorem ſtat, quominus copula ſequatur, Maritus lucrum non amittit, quia Vxoris mora ſibi ſoli nocere debet: & ſequitur *Roland. conſ. 10. nu. 7. lib. 1. Palaz. Rub. de don. int. vir. & vxo. §. 55. ſub. num. 10. Natt. conſ. 282. n. 5. lib. 2.* & eſt optima *Rot. Rom. dec. 92. in 2. p. diuerſ.*

Quod procedit viceuerſa, ſi nēpe ſtatutū deferat lucrū Vxori, Matrimonio conſumato, cū ad paria Vir & Vxor iudicentur *Barb. in 2. p. rubr. ſol. matr. nu. 111.* Quem ſequitur *Rebell. de iuſt. & iur. 2. p. lib. 6. queſt. 1. ſec. 1. num. 3. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 291.* Gloſ. vel aliter ab eo cognita.

Et in puncto quod Dotariū Vxori in præmium ſuæ Virginitatis debitum ſit ei præſtandum ſi Mariti defectu copula non ſequatur iuribus prædictis dixerunt poſt alios, *Taſſ. de Anteſat. verſ. 4. obſ. 4. nu. 68. vbi nu. 69.* dicit quod Mulier iſto caſu nō dicitur eſſe in illa opinione, prout eſt Virgo, & vt Vidua reputatur. *Nouar. in pragm. 1 de donat. propter nup. num. 25. Thor. in comp. deciſ. verbo Anteſatum. fol. 38. a tergo. p. 3.* vbi refert, ita deciſum fuiſſe per ſacr. Conſ. *Ferr. in conſt. catal. temp. 3. fol. nu.* . & ex Noſtratibus *Giur. in conſuet. Meſſ. c. 13. gl. 2. nu. 32. & 34. Cutell. de donat. tom. 1. fol. 476. à nu. 8.*

Quod maxima puto æquitate fundari: nam eſſet in viri poteſtate poſt habitam dotem Mulierem deludere, & Dotarium ei auferre ea ſolo, quod eam cognoſcere noluit, vt conſiderat *Natt. d. conſil. 282. nu. 5. in fine.*

Sim.de Pręt.conſ.7.nu.24.vol.3. Comprobatur: nam *Couarr. de Sponſal. cap.5.nu.7.* dicit quod ſi Sponſus ſit abſens æbſentia voluntaria, debet expectari per biẽnium vel trienniũ quo elapſo poteſt ſponſa ad libitum contrahere; ſed ſi impedimentum eſt neceſſarium, debet expectari quo vſque illud ceſſet.

Et tamẽ *Caſtill.in l.52. Taur. nu.5.verſ.aduerte.* dicit Quod cũ quidam Sponſus de futuro dato oſculo, & aliquibus iocalibus Sponſæ, abijſſet ad ſeruiendum ſuo Regi in bello, & ibi vltra triennium moratus fuerit, Spõſa cum alio contraxit. Vnde, cũ quæſitum fuerit, an ſponſa ſpõſalitiam largitatem amitteret? concludit, quod non, ea ratione, quia ſponſus fuit in culpa qui tamdium abſens ſtetit Ergo ſi abſentia pro ſeruitio proprij Regis, & vtilitate Reipublicæ fuit reputata voluntaria, & Culpoſa, quid dicendum de abſentia dicti Philippi, quæ vt prætenditur fuit ob negotiationes & per annos.19?

Manet igitur certum & in dubitatum Philippi culpa matrimonium conſumatum non fuiſſe propter eius abſentiam, & noluntatem traducendi vxorem in domum ſuam, quo caſu debetut Dotarium. *Neap. in conſuet.in conſuet.quartam autem ſub nu.32. verſ.ſi vero ſtetit. Sanch.de matr.lib.6.diſp.21.nu. 8. Molfeſ. d.p.7.qu.7.Taſſ.dicta obſeru.4.nu. 69.Giurb.d.gl.2.nu.23.& 34.& in puncto Baldus relatus a Roland. de lucr.dot.q.106.in fine.*

Allegationes contrariæ Stephani Berruto.

PReſcindendo ab his, quæ dicta ſunt quo ad tranſactionem ſuper dotario, eiuſdemque dotarij remiſſione, & dato quod tranſactio, & quietatio in ea facta per Claram illud non comprehenderent, Nihilominus dotarij prætenſio neque fundatur. Matrimonio enim non conſumato dotariũ non debetur *Napod.in dicta conſuetud.quarta de Iur.quarta nu.28.Georg.alleg. 45; nu.1.Molfeſ.ad dictas conſuetud. Neapol.part.7.qu.7.Maſtrill.deciſ. 13.num. 14. 15.Giurb.ad dictas conſuetud.Meſſan.cap.13.gloſ. 2. num.34.Cutell.dicto tom.1. de donat.tr. 1. decurſ. 3.partic. 3.n. 8.*

Quod autem per Patrem aduerſam deducitur dotarium deberi etiam matrimonio non conſumato, ſi per virum ſteterit quin conſumetur *ex l. cum veterum Cod.de donat. ante nupt. l. Iure Ciuili ff. de condit. & demonſtrat.* licet controuerti poſſet, præſertim (vbi pro vt in caſu noſtro) coniuges neque ad cõſpectum deuenerunt, & mulier nullius deterioris conditionis fuit effecta, ac ceſſat penitus cauſa, ob quam in Regno Conceditur dotarium vxori ſuperuiuenti vt ſe æqualem poſſit inueni-

uenire virum ſuppleto in ære quominus valet in corpore, pro vt *per Petr. de Greg. de dot. de parag. q. 30. nu. 8. Cutell. tract. 2. ſpecial. 18. nu. 37. de donat. tom. 2.* Admiſſa tamen limitatione probãdũ erat ex aduerſo quod per Philippũ Doria ſtetit matrimoniũ cũ Clara nõ conſumari tanquã fundamentũ intẽtionis *Lop. l. 57 Tauri nu. 12. & ibi Caſtil. nu. 9. Mattien. ſ. lib. 5. recõpil. tit. 2. l. 4. gl. 4. nu. 5. Sanch. de matr. lib. 6. diſp. 18. n. 5. Molfeſ. d. par. 7. q. 8. nu. 18.*

Intenditur probatũ per Philippum ſtetiſſe ex quo Philippus tenebatur Claram traducere ad proprium domicilium, & traducta non fuit. Verum primo fundandum eſt quod Philippus traducere teneretur.

Neque ad rem facit Bald. in cap. Iurauit de probat. num. 11. vbi dicit quod ſponſus debet traducere ſponſam ad domum ſuam, nõ autem expectare quod traducatur ab ea *l. penult. §. Virgini ff. de donat. inter vir. & vxor.* quoniam hic Textus a Bald. allegatus non probat virum debere traducere, ſed mulierem ad eum ire uti patet ex ipſius Text. verbis *Virgini in hortos deducta antè diem tertium quam ibi nuptiæ fierent cum in ſeparata dieta eſſet a viro die nuptiarum, & priuſquam ad eum tranſiret.*

Idq; Clarius probatur *in §. interdum l. ſi vt certo ff. commod.* in quo Text. iocalia miſſa a viro Vxori in dubio commodata cẽſentur, vt honeſtius culta ad ſe deduceretur, DD. cõmuniter, ad ſe veniat, accedat *ita Bart. Angel. & Salbyc in dicto §. Interdũ Franc. Aretin. in eadem l. ſi vt certo §. vſque adeo Roger. de dot. inſpect. 19. nu. 21. Bero. conſ. 62. nu. 6. & 8. lib. 1. Angel. conſ. 339. nu. 2. verſ. contrarium Butr. conſ. 38. ſub nu. 4.* Non debet igitur vir traducere, ſed venientem inducere, recipere, admictere in domum ſuam, prout verbo *Inducere* vtitur *Alberic. in dicta l. penultim.* Verboque *recipere*, *Napod. vbi ſupra nu. 30. verſ. & per eaſdem rationes Nig. in dicto cap. mulier dotarium num. 79.* & verbo *admictere Crauett. conſ. 213. nu. 9. in fine* ſicque intelligendus eſt Baldus quod vir debet inducere ſponſam in domum ſuam. Nequè aliter poſſunt intelligi ſequentia verba Baldi (non autem expectare quod traducatur ab ea) ideſt inducatur ab ea.

Vlterius (dato & non conceſſo) quod Philippus debuerit Clarã Panormũ traducere, ex hoc tamen non poteſt inferri quod nõ fuit traducta Philippi Culpa, quę requiritur ad hoc vt dotariũ hoc caſu prætendi poſſit Napod. dic. verſ. & per eaſdem rationes nu. 32. Nig. cit. nu. 79. Ac probanda eſt ſpecifica certa limitata & concludenter *Bartol. conſ. 193. n. 3. lib. 1. Alex. conſ. 183. nu. 6. lib. 7. Natta conſ. 439. nu. 1. Ruin. conſ. 12. nu 1. & conſ. 93. nu. 8. tom. 5.* Maximè vbi actus poteſt ſine

culpa

culpa contigere, & eſſe ab ea ſeparatus *Bartol.in l.ſi quis ex argentarijs § An vero in fine ff de edendo Ruin.d.conſ.93.nu.7. Rimin.iun.cõſ.1.n.41.Buratt. deciſ. Rot.Roman.759.num. 12.* veluti In caſu noſtro, in quo potuit eſſe, pro vt re vera fuit, quod ipſa Clara eiuſque Parẽtes noluerint quod traduceretur, vel per aliquod accidens id euenire.

Propterea probandum eſt quod Philippus potuit facile per ſe, vel per alium traducere Claram Panormum, & noluit, ad hoc vt Culpa poſſit imputari, quod probatur in illis verbis dictæ l.cum veterum *ſi ſponſus vel Parentes eius ſortiri noluerint filium vxori* & ex *l.p.Cod.de inſtit. & ſubſtit.* ibi *Antylli filio recuſante*, & ex his quæ tradunt *Emanuel a Coſta in l.cum tale §.Arbitratu limit. 6.nu.13.14.ff.de condit. & demõſtrat.Bartol.in l. ſi ab hoſtibus nu. 3.& 4.ff.ſolut.matrim. Dec. conſ. 430.nu.1.& ſeqq.Rol.de lucr.dot. q.64.ex num. 3.Phanuc.eod.tract. gloſ.14.nu.9. verſ. ſecundum aduertat Malua.ſ.conſ.10.nu. 36. & ſeqq.lib.1.Ruin.dicto conſ. 93. nu. 7.Cractut.conſ.366.num.12. 13. Maſcard. de probat. concluſ. 487. n.26.cum ſeqq.* Apud quos inter alia ad conueniendum maritum de negligentia, & culpa pro amiſſione lucri, quod ei debetur ex diſpoſitione ſtatuti non ſufficit probare, quod non adhibuit medicum vxori infirmæ, ſed quod facile potuit adhibere & non fecit. *Addo Ruin. dicto conſ. 12.nu.8.verſ. comprobantur prædicta,* vbi vult quod ad hoc vt Poteſtati poſſit adſcribi culpa in non capiendo malefactores non eſt ſatis probare quod nõ cępit, ſed neceſſe eſt probare quod potuit capere, & noluit.

Ex his pro Philippi Culpa ſundanda & magis ad lucri acquiſitionem nõ ſufficit V. I.D.Buzzolo Claram in Siciliam non veniſſe non fuiſſe traductam, ſed probari oporuit perſonas has vel illas, eiuſque qualitatis, & confidentiæ, cum quibus potuit facile Claram traducere, eaſque noluit adhibere ad traducendũ.

Item quod commode per ſe traducere potuit cum impedito nec poſſit culpa imputari prout firmat in his Terminis, *Soccin. ſen. conſ. 8.nu.5.vol.3.* Ex iuſta cauſa impeditum fuiſſe Philippum notorium eſt, quatenus poſſet prætendi per ſe debuiſſe traducere pro vt nullo pacto prætendi poteſt, tum ex præallegatis iuribus, tum ex eo quod ſeruatum ſemper & ſeruari apparet numquam ire viros ad traducendas vxores. Philippi impedimenta non mercaturæ exercitium a Patre deductum, ſed grauiſsimæ perpetuæque lites, maximique labores vſque ad mortem pro recuperandis proprijs bonis ab eius poſſe Regiæ Curiæ adiudicatis, ac in alios poſtea peruentis, Neque vnquam ab eo quo ad vixit recupera-

Nig. dicto num. 79. Gramm. deciſ. 103. n. 87. verſ. Et licet prima facie, & nu. 88. Georg. dicta alleg. 45. nu. 9. Giurb. dicto cap. 13. gloſ. 5. num. 7. Pro vt ſemper requiritur ad hocvt cõditio habeatur pro impleta & ſi verè adimpleta non ſit *l. in teſtamento l. 2. ff. de condit; & demonſtrat. la ſi poſt diem §. itẽ ſi qua conditio ff. quand. dies legat. ced. Dec. in dicta l. 1, nu. 1. Cod. de Inſtit. & ſubſtit. Acoſta in d. l. cum tale §. arbitratu limit. 6. nu. 13. Alex. conſ. 100. n. 1. verſ. eſt videndum lib. 1.* Poteſt namque eſſe (vt ſuperius dictum fuit) quod Clara noluerit in Siciliam venire, eiuſque Parentes quoq; hoc voluiſſe etiam de comuni voluntate cum Philippo, quo caſu dotarium nec acquiritur *Iacob. de Aret. Salicet. & Cin. cum alijs in dicta l. cum veterem, Angel. Aret. in §. ſed & aliud genus verſ. aut. ſtetit per vtrumque inſtit. de donat. Lop. in rubr. de donat. inter. vir. & vxor. §. 3. nu. 5. verſ. ſed ſi ſteterit Bero. conſ. 62. nu. 15. lib. 1.*

Quod per Claram eiuſque Parentes non ſteterit ab V. I. D. Buzzolo intenditur præſumptiuè fũdari, & inde inferre quod per Philippum ſtetit: Illatio tamen non ſubſiſtit, pro vt clarè potet *In dicta l. in teſtamento & dicta §. ſed ſi qua conditio l. ſi poſt diem, & benè Acoſta loc. cit.*, vbi ex dictis ll. quod non habetur conditio pro impleta ad fauorem Seiç ex eo quod Seia maximè diligẽter parere conditioni voluiſſet, niſi etiam per Titium ſteterit, noluerit ſcili. expreſſe, vel data opera effecerit, quominus conditio impleretur, vtraque pariter probatio concludens eſſe debet *Rot. Roman. deciſ. 101. in princip. part. 2. diuerſ.* Nec ſufficit conſtare de culpa uiri ad lucri acquiſitionem coniecturis, præſumptionibus, & argumentis *tad. Rot. Roman. deciſ. per Duran. 399. nu. 6. 7. 8.* Et quamuis præſumptiua ac leuior probatio in antiquis admictatur, non eſt tamen admictenda vbi ſui natura factũ erat plenè probabile per teſtes, & ex dilatione in agendo fieri amplius non poteſt *Purpurat. cõſ. 425. num. 23. cum. 23. cum ſeqq. vol. 2. Abb. in cap. licet. ex quodam num. 3. verſ. item limitatur de Teſtib. Farinaz. poſt. alios de Teſtib. qu. 69. nu. 53.*

Præterea quod per Claram non ſtetit ad Philippum non traduci nec præſumptiuè per Partem aduerſam fundatur. Ea coniectura deducta fuit quæ elicitur ex ratificatione contractus dotalis ſtipulati per Hieronymum fratrem a dotibus ſolutis, & ſponſalibus de pręſenti poſt ſubſequutis. Infertur ex his Claram habuiſſe voluntatem veniendi ad Philippum in ea perſtitiſſe probandum eſt ſimiliter ex dicto cõtractu matrimoniali inito per Philippum, dotium receptione, & prędictis ſponſalibus in faciẽ Eccleſię ab eo per Procuratorẽ

con-

contractis probatur ipſum Philippum habuiſſe voluntatem quod Clara ad ſe tranſiret, ac matrimoniũ conſummandi. Ab hac voluntate receſſiſſe probare oportet, In dubio fieri debet interpetratio, per quam excluditur culpę præſumptio *l.exceptione vbi Gloſ.in fin.& Bartol.nu.7. ff. de fideiuſſor.cũ alijs per Maſcard. de probat.concl.467.num.3.& 4.* At contra eum qui certat de lucro captando,& pro eo qui agit de damno vitando *Decian. reſp. 47.nu.27.verſ.item in dubio tom. 4.Cancer.variar.reſol.part.1.cap. nu.148.* Agitur de damno vitãdo quo ad Philippum, & Patres *Crauett.conſ.253.num.4.* Ex parte Clarę, ipſiuſque hæredis de lucro in pænam non ſequutæ traductionis.

Sed nec ſumus in dubio. Nõ ſolum enim Pars intentionem non fundat,prout eius Intereſt, verum coniecturæ omnes exiſtunt pro mutatione voluntatis Claræ, & quod per ipſam ſtetit non ire ad Philippum.

Prima coniectura ex mutato rerum ſtatu deſumitur. Matrimonium per Claram Contractũ fuit cum Philippo in longinqua Regione degente, ex quo in ea domiciliũ habebat Paulus Hieronymus frater Primarius (vt dixi) campſor, & maximo cum ſplendore viuens, Philippus itẽ diues. Succeſſerunt ſtatim dicti Pauli Hieronymi decoctio, carceratio, excarceratio ſub fide iuſſione, eaque fracta receſſus à Panormo, Philippi labores permaximi, lites immortales, eius bonorum per alios poſſeſſio, Nequè recuperatio vnquam in vita. Ex hac mutata rerum conditione arguitur & recteClaram noluiſſe amplius in Regionẽ exteram ſe transferre ad virum litibus, & laboribus inuolutum, boniſque exutum & in qua frater decoxerat, & poſtea etiam ab ea receſſit.

Et hæ coniecturæ corroborãtur ex quo nulla cauſa poteſt aſſignari in Philippo quod noluerit Claram ad ipſum traduci, ſed in contrarium præſumendũ eſt ne ex eo quod nollet Claram admittere, ad dotis reſtitutionem, eiuſque integros fructus teneretur, & in damnum incideret. *Menocch.conſ. 645. num. 14.Ciriac.contr.459.nu.33.Gratian. diceptat. 278.nu.25.*

Confirmantur prædictæ coniecturæ ex tranſitu in Siciliam & Panormum poſt dictam decoctionem Pauli Hieronymi, primum Iacobi Mariæ fratris, deinde Patris. Poſtremo Nicolai alterius fratris. Cum his fratribus Clara veniſſet,paterque eam duxiſſet, niſi voluntas ipſius & Patris, ac matris fuiſſet quod nõ traduceretur. Et ſi dicatur non veniſſe, nec ductam fuiſſe a fratribus & Patre, quia Philippus noluit, hoc probandum erat.

Alia coniectura & probatio oritur quod pèr Claram ſteterit non

nõ per Philippũ,ex quo nõ oſtẽditur requiſitio proteſtatio facta eidem Philippo, neque coactio aliqua pro traductione & admiſſione Claræ,& quod fortiter vrget pro dotium & fructuum reſtitutione, pro vt cogi poterat & debebat fratribus, & Patre exiſtentibus Panormi ac indignatis quod ſororem, & filiam nollet admittere, & alendi Claram onus ſubſtinentibus. Vbi enim vxor culpa uiri non eſt in eius obſequio, maritus ad integros fructus ne dum ad alimenta tenetur *Bald.in rubr.Cod. de priuil·dotis n.1.In fin.Rollde lucr. dot.qu.68.num. 2. 3. Monteſper. conſ.227.*& dotẽ ipſam reſtituere *Idem Bald. in l.final. num. 12. Cod.de ſent. que ſine cert. quantit. profer. Roland. vbi ſupra num. 4. Campeg.de dot.3.p.qu. 14. Monteſper.cit.conſ·nu. 1. & nu.5.Surd. de alim.tit. 1.queſt.32. nu. 21.*

Quod ſi propria culpa & non mariti vxor ab eo ſeorſum degit vir neque ad alimenta tenetur vt per *eumdem Surd.tract.7.q.16 nu.1.& ſeqq.Sanch.de matrim.lib. 9.diſput.4.qu.2.nu.21.* Vbi ergo non apparet Philippum nõ fuiſſe coactum in eius vita per Claram,quæ tantoperè diligens fuit eo mortuo contra eius hæredes, cenſendum eſt contra Philippũ non ſe direxiſſe, quia non poterat ipſa nolente in Siciliã ad virum tranſire. pariter dotarium hoc fuiſſe habitum & agnitum pro in debito tam a Clara quam a ſecundo viro, qui intereſſe in eo habebat ratione dotium ſibi conſtitutarum, & ab his qui Claræ rebus patrocinabãtur Plurima etiam demonſtrant,facultas per eam conceſſa procuratoribus remictẽdi & ad quamcumque ſummam reducendi quo ad dotarium & alimenta prætenſa in vita Philippi, denegata in alijs cum voluntate, conſenſu, ac Iuramento Thomæ viri, Nicolai fratris, ac V.I.D. Canneuarij conſobrini, quod non erat in damnum Claræ. Petitiones dotarij,eiuſque ſemper pro teſtationes ac reſeruationes decem annis antè tranſactionem per Claram, Thomam virum, & Procuratores ipſius Claræ. Tranſactio facta vt recederetur a litibus, nec ſuper dotario pro vt ex aduerſo contenditur, & in ea nulla dicti dotarij reſeruatio pro vt antea in ſententia & libello facta fuerat, eaque ibi non neceſſaria, interueniente in dicta tranſactione eodem V.I.D.Canneuario, qui dicto libello ſubſcripſerat, Iuramentum dictorum de Canneuario, Thomę Viri,ac Nicolai fratris quod trãſactio non cedebat ad damnum Clarę, ſed ad ipſius vtilitatem, quod iuramentum vtique prętare non potuiſſent ſiue ratione fructuum, ſiue ratione alimentorum vbi fuiſſent debita pro tempore vitę Philippi, & per Claram non ſtetiſſet eam non traduci, Proteſtatio &· reſerua-

Veritas eſt quod Clara noluit Panormum ad virum tranſire & in tam longinquam Regioné Paulo Hieronymo fratre hic de cocto vel amplius non exiſtente
181 & ad virum qui bonis exutus re periebatur, Primum Ioannis Baptiſtæ Patris voluntate, qui in hanc Vrbem ſe transfert eam Ianuæ reliquit, poſt Patris mortem ſuaſionibus Aloyſiæ matris, quæ ipſum vnice diligebat, nec
182 à ſe ſeparari permiſit, cuique potius Clara obtemperare voluit, quam Philippum Virum in quacumque fortuna ſequi.

Coniecturæ & alia quę deduximus, id Clare oſtendunt. Dotarij quoque pręteníio in trãſactione ac quietatione facta Patribus per Claram reuera comprehenditur non dotariũ, propterea non ſpecificatum ſed ſub generalitate expreſſum fuit.

Dominat. V. Admodum Spect.

Deditiſſimus
183 Stephanus Berrutus.

Ad nu. 41. *Prat. ad Paſc. p. 3. cap. 4. fol. 474. col. 2. & fol. 475. col. 1 Sanliger. Reſolut. benefic. cap. 116. Farin. q. 143. §. verberatio n. 190.*

Ad num. 42. *Prat. ad Paſc. p. 3. cap. 4. fol. 475. col. 1. Verſ. pulchra* quod ſic.

180 Ad n. 45. vide *Carroc. de Excep. excep. 4. nu. 23* vbi quod maritus
184 habet manus iniectionem in vxorem, quæ iam ſecum habitauerat, nec punitur pæna raptus.

Ad n. 47. *Genu. pp. Eccl. q. 692.*

Ad nu. 51. in fine. *Adde* quod vxor non eſt reſtituenda viro, quando opponitur de nullitate matrimonij, quia ſunt in gradu prohibito *Genu. pp. Eccl. 755.*

Ad num. 59. Verſ. indubitata eſt omnium *Adde Genu. pp. Eccl. q. 77.* vbi etiam. An emphiteuſis Eccleſiaſtica tranſeat ad hæredes extraneos, ſi penſio correſpondet fructibus, & An emphiteuta cadat à Iure ſuo ſi non ſoluat penſionem per biennium?

Ad nu. 60. *Genu. pp. Eccl. q. 80. & 81.*

Ad nu. 62. *pp. Eccl. q. 73. in fine. Teſtai Allegat. 1. nu. 208.*

Ad n. 74. Adde *Intrigliol. Singul 88. num. 234. lib. 3.*

Ad nu 76. pro negatiua *Genu. pp. Eccl. q. 49.*

Ad nu. 39. Verſ. quod ab vtroque negatur appellatio, niſi adſit exceſſus.

Adde quod qui pętextu exceſſus appellat ab executione, tenetur exprimere exceſſum ſpecialiter, *Merend. Contr. Iur lib. 24. cap. 47. nu. 84. Carroc. except. 44. nu. 8. & in ſeq. num. multa ad materiam.*

Ad nu. 93. *Cumia ſuper. Rit. cap. 95. nu. 47. & ſeq.*

Ad nu. 100. Verſ. & Eccleſiæ *Genu. pp. Eccl. q. 157.*

Ad nu. 106. Verſ. & quando debeat peti *Abſolutio a* iuramto,

to, *An ſit petenda ab Eccleſia*, quando venit contra contractũ? *Genu.pp. Eccl.q.* 147.

Ad nu. 111. *Salgad.de Reg.prot, p.2.cap.4.n.*61. *&* 72.

Ad nu. 115. *Mut.deciſ.*94. *& ſuper Bull.nu.*218,

185 *Ad* nu. 123. in fine vide *Rot. deciſ.*55.*nu.*9 *poſt tract.Poſt. de ſubhaſt.* vbi non debet denegari manutentio ei, qui non habuit ſe pro ſpoliato.

186 *Ad* nu.141.Salarium *An* debeatur ſocio, vel debeat habere plus ſi in adminiſtratione plus operatus eſt? *Nact.conſ.*376. *n.* 6.quod non, *& in addit.ad.Alex, conſ.*109.*lib.*6.

187. *Ad* nu.143.*Genu pp.Eccl.qu.* 726.vbi Salarium non conuentum non debetur de IureCiuili, ſecus de iure Canonico, & diuino.*vide Moed.deciſ.*4.*alias* 356 *de offic.Vicar.vbi additio litera B*, dicit etiam ſi prædeceſſores ſoluere eſſent ſoliti.

An nu.144.*Ad* Verſ.ad num. 242.*Mantic.deciſ.*53.

Ad nu. 155. *Adde Staiban. de Intereſſ.in ſpecie Tit,* 10. *de Intereſſ.locat.q.Vnic. a nu.*144.

188 Ad nu.156.Verſ. Sed An hæc reconductio. Quod non procedat in bonis fiſci *Poſt.de. Subhaſt. Inſpect.*34.*nu.* 18. Contrarium, quod procedat in bonis pupilli, Eccleſiæ & fiſci *Staiban. de Intereſ.in ſpec.lib.*2.*titul.*10.*de Intereſ. locat.q.vnic nu*155.

Ad nu. 157. *Adde Dian.Trac.* 2.*Miſc.Reſolut.*36.*nu.*11.*&* 11.

& de hypotheca locatoris & eius prælatione *vide Franc.Rocc. Reſ.* 34.

Ad nu. 159. Aduerte quod R. D.Hippolyt.Maia noſter cariſsimus in addit. ad quartam conſultationem ſub nu. 15. Verſ. nihil dicam de cariſſimo noſtro Baronio, inquit quod ex ſcriptis a me ibi vix dignoſci poteſt ad quam partem inclino, quod verum eſſe fateor, quia ibi nõ examino queſtionem, ſed tatum Doctores refero, cum non ſit materia mei tractatus, ego etiam vt meam fateur imperfectionem, vix dignoſcere poſſum quid ipſe ſentiat in additione ad ſecundã conſultationem nu. 35. 36. & 37. dum inquit, quæ concluſio licet mihi dura videatur propter clauſulam reſtitutoriam bonorum, quæ explicari omnino debet, ideſt non incorporatorum, ac non poſſeſſorum, aliàs gratia, quæ late patere debet contra vero ſententia condemnatoria ad bona, quam pro ſe fiſcum habere dicit, quæ verba nullum apud me habent ſenſum. Sed credo ſine dubio quod ex inaduertentia proceſſit, & in additione ad ſextam conſultationem num. 7. 8. 9. 10. videtur ſentire quoddam abſurdum (quod non credo quod ſit de mente tãti doctoris) ſcilicet quod teſtator quod vni dederat in vno teſtamento non poſſit alteri dare in alio teſtamento, dum inquit. ad nu. 21. ibi nihil enim

pro-

prohibet teſtatorem in eodem teſtamento idem ab vno,cui dederat adimere poſſe & alteri dare,idem intelligo in codicillis et in alia diſpoſitione ſiue capitulo eiuſdem teſtamenti, ſecus in diuerſis tabulis diuerſoque teſtamento.eiuſdem teſtatoris.hęc ille, vnde intelligendus eſt loqui pro vt loquitur Cioff.ab eo allegatus. loquitur. namque Cioff. de translatione legati conditionalis & inquit ſexto hoc probat Paul.Caſtrenſ in l. legatum ſub conditione ff.de Cond.& demõſtr.num. 1.vbi dicit translationẽ legati cenſeri factam in diuerſam perſonam ſub eadem conditione, quoniam translatio fit in eodem teſtamento, vel fit in codicillis, ſecus vero quando fieret in alio teſtamento, per quod primum reuocaretur, quia tunc non ſubintelligeretur eadem conditio. hæc ille.

Ad nu. 166. *Riminald. Conſ.* 172. *num.* 22. *in* 2. *Menoch.conſ.* 121. *nu.* 102. *Sperell. deciſ.* 56. *nu.* 23.

189 Et de amico habitante domũ non ſolitam locari, quod non teneatur ad loerium *Graſ. de eſfect.* Amic.*effect.* 25.*nu.* 116.

Ad verſ.& An ſocius *Sperell. deciſ.* 56.

190 Ad num. 168.Verſ.vbi etiam quod creditor *Carroc. Except.* 103.*nu.* 13.*& ſeq.*

Ad finem quæſtionis.vita militia An debeatur Clericis.*Genu. pp.Eccl.qu.* 66.

In annot.ad 22.q. nu. 1.vide *Scacc.de Iudic. lib.* 2.*Cap.* 11.*à nu.* 679.*&* 700.

In annot. ad 23. qu. num. 5. *Angel.de Leo de præpar.Iudic.præparat.* 14.*nu.* 19.

An nu. 10.*Sperell. deciſ.* 73.*n.* 53.*Franc.Rocc.Reſp.* 94.*nu.* 1. *&* 2. *vbi propterea infert nu.* 3.quod ratione præiudicij, quod infertur tertio ex tali ſententia, inter alios lata, audiendus eſt tertius etiam ſi poſt ſententiam comparuerit.

Ad nu. 17. *Genu. pp. Eccl. qu.* 606.

191 Ad nu. 18.de emptore rei Eccleſiæ ſine ſolemnitate An recuperet pretium?*Genu.pp.Eccl. qu.* 281.*Vide deciſ.* 57. *Rot. poſt Poſt de ſubhaſt.nu.* 15.

Sub nu. 22.verſ. ad num. 58. *Merend.de Camb.nund. cap.* 18. *num.* 4.

Ad verſ. vbi ex hoc infert. *Merend.dicto cap.* 18,

Ad nu. 26. *Gallup.in prax. p.* 4.*cap.* 3.*nu.* 25.*in parte.*

Ad verſ.ad nu. 82.*Merend. de Camb. Nund.cap.* 18.

192 Ad nu. 30.aduerte quod priuilegium non porrigitur ad caſum ſimilem *Ferrer.ſuper. Conſt. los impubers. Gl.* 1.*nu.* 399.*vide Girond.de priuileg.num.* 867. vbi licet in priuilegio non poſſit fieri extenſiua interpretatio poteſt tamen fieri comprehenſiua interpretatio.

Ad eumdem nu. 30.Adde etiã alios

alios duos caſus, primus quod textus in §. œconomus in fine de Sanctis. Epiſcop., qui determinat, quod ſi adminiſtrator loci pij condemnatus ad reddendas rationes appellat, appellatio non ſuſpendit executionem *Carroc. de Exceptionib. Excep. 44. ſub nu. 22. Verſ. fallit poſt* Marant. Duen. *Lãcellot. et Herculan.* vbi etiam quod non poteſt petere cõpromiſſum ex *Marſil. ſingul. 467. Caualc. de Tutor. nu. 221.*

Ex identitate rationis habet locum in quibuslibet adminiſtratoribus rerum profanarum *Salgad. de Reg. protec. par. 2. Cap. 6. nu. 26. & ſeq.* Galter *in prax. tutel. part. 3. Verbo rationum reddat & reliqua num. 9. poſt* Marant. *& Caualcan. Barbos. ſuper ſtat. agricult. cap. 15. litera* C. *Galgan. de Tutor. lib. 7. titul. 38. num. 5. Eſcobar de Raecioc. cap. 4. nu. 5.*

Secundus caſus eſt in ſtatuto permittente retractum inter cõiuges ratione ſocietatis, quia ex identitate rationis habet locum in cœteris ſocijs extraneis, licet tantum de coniugibus mentionẽ faciat *Tiraq. de Retract. lignag. §. 40. Gl. Vnic. num. 1. Salgad. vbi ſupra nu. 28.*

193 Aduerte etiam quod iuramẽtum de exhæredando eſt illicitum, licet aliquo caſu poſſit eſſe licitum Contard. *in l. diffamari nu. 143 in limit. Tiraq. de pen. temper. in prohem.*

194 Filius poteſt a patre exhæredari quando illum non excarcerauerit, vel non defenderit *Bald. de Angel. in l. Deo nobis §. hoc etiã*
195 *C. de Sacroſanct. Eccl.* Filius namque tenetur ſe obligare pro patre carcerato, *Gizzar. deciſ. 4. nu. 10.* & fideiubere *Merlin. Contr. For. cap. 39. nu. 16. 17.* Capibl. *de baron. pragm. 10. nu. 67.*

196 Filius non poteſt exhæredari, quia ingreſſus religionem *Bald. de Angel. in dicto §. hoc etiam.*

167 Filius exhæredatus pro mortuo habetur. *l. 1. §. ſed & ſi patruus. ff. de coniung. cum emanc. lib. eius Bart. in l. 1. §. de bon. poſſ. contr. tab.*

198 Filius non rectè exhæredatus ſi conſentiat teſtamento nihil opponere poteſt *Maluas. conſ. 117. nu. 12.*

199 Filij exhæredati admittuntur ad ea, quæ iure ſanguinis deferuntur *Blaſ. Robl. de repreſent. lib. 3. cap. 16. nu. 5.*

200 Filius contrahens matrimonium ſine conſenſu patris poteſt ab eo exhæredari, *Roman. conſ. 95. num. 7. 5. Ripol. de ſponſal. cap. 8. nu. 182.*

201 Filius exhæredatus non connumeratur in numero filiorum in deductione legitimæ *Beſſian. ſuper. Conſuet. Aluern. titul. des ſucceſſion. Art. 14. & Art. 33.*

202 Fiſcus An poſſit dicere nullam, aut iniuſtam exhæredationem filij poſt mortem patris cum publicatione bonorum dãnati? *Merend. Contr. Iur. lib. 17. cap. 44.*

203 Frater à communi patre exhæredatus non prohibetur ſuccedere fratri hęredi eiuſdem patris etiam in bonis patris *Gutt. in c.quamuis pactum verbo omnino ſeruari nu. 2. Circa finem de pact.in 6.vide in ſimili. Ferr. ſuper.Conſt.los impuberſ.Gl.2.num. 28.Hiero.de Leo.deciſ.158. lib.2. Cut.Sp.40.nu.6.Carroc.ſing.250. & 379. Pereg. deciſ. 77. in fine Carac.dec.22.nu.40.Taſſon.de Anteſverſ. 5. Obſ. 1.nu.47. Rub. dec.42.nu.6.7.to. 2.Mart. de ſuc. legal.p.2.q.4.Art.1.Caſ.4.& p.p. q.5.art.2.ſub nu 18.Verſ.ſi tamen Seuer.Reſol.5.poſt Nou.q.ſor.to.2. Merlin.de leg.lib. 4.tit.2.qu.1.nu. 3.verſ.bona.*Vbi ſi mater habeat plures filios ex primo matrimonio,quorum vnus deceſſerat, cui cæteri ſuccedunt, & ſimiliter iſti, qui ſucceſſerant,moriãtur, eorum matre iam binupta, non prohibetur mater ſuccedere in bonis dictis fratribus delatis, ex morte primi, etiam ſi bona ſint ex ſubſtantia patris.

Ad nu.38.Adde quod nec in codicillis fieri poteſt exhæredatio §.*Codicillis Inſtit.de Codic.Bellon.conſ.83.nu.26.*

204 Ad nu.39.*Gen.pp.Eccl q.465.* Et An & quando actus facti calore iracundiæ valeant? videndi ſunt *Bellon.conſil.60.num. 11. Cagnol.in l.quidquid Calore nu.16 ff de reg.Iur Aſcan.Clem. de patr. pot.effect. 5.nu. 40.Plot.conſil.4. n. 4., Menoch.conſil.1139.num. 2., Maſtrill.deciſ.242.num.6.7.Iaſ. in l.ſi filiam.C. de Inoffic. teſtam.; Barboſ.in Collect. ad decretal.lib.5 titul.10.cap.1.nu.10.* Quid fauore Eccleſię? *Intrigl.Singul.97.n. 100.lib.3..Burg.de Laud.p.2.inſp. 10.ſub nu.2.Corn.de abſolut. Iur. p.3.q.5.nu.180.*

205

206 Ad num.44.vide *Deciſ. ſenat. Dolan.120.nu.31.*,vbi An tutor dari poſſit filio exhæredato?

207 Infans non poteſt exhæredari *Peres de Lar.in compend. Vit. homin. cap.14.nu.42.*

208 Meretrix. An poſſit exhæredari? *Plot.conſil.4.nu.2. Merlin. de legit.lib.4.titul.1.q.5.*

209 Et aduerte quod exhæredatio non habet locum remiſſa

210 cauſa exhęredationis *Bellon.conſil.83.num.24.& num.25.* dicit quod ſi exhæredationis cauſa nõ exprimitur a teſtatore, non licet hæredibus eam proponere.

211 Et exhæredatio non adimit filio propria bona *Bellon.conſil. 65.nu.38.*

Ad verſ. An. exhæredando filium *Prat.ad Paſc.p.2.cap.6.fol. 356.Verſ.ad nu.88.*

Ad Verſ.quod hypotheca poſſit inferri *Genu.pp.Eccl.q.139. et q.473.R.D.Hippolyt. Mata meſtiato in addit.ad.1.conſultat.num. 52.& ſeq.*

Ad nu. 52.*Carroc.Except. 23. Angel.de Leo.de prapar.Iudic.praepar.14.á nu.78.*

212 Ad nu.54. *Angel.de Leo. de prapar. Iudic. praparat.* 14. vbi quod ſententia lata contra vnũ ex Socijs in ſolidum non præiudicat

dicat

dicat alteri ſocio, etiam non citato in induiduis.

Sub num.56. Ad verſ. quod ſententia lata contra venditorē
213 *Angel.Leon.de praparat.Iudic.pręparat.*14.*n*.67.vbi quod ſentētia lata in iudicio euictionis contra venditorem nocet etiam emptori non citato, maxime ſi lata fuerit eo ſciente & patiente, & e contra.

Ad nu.58. *Genu. pp. Eccl. qu.* 699.Carroc.*Except*.49.*nu*.29.*&* 30.*& nu*.103.*& ſeq.*

Ad Verſ.Hinc bene dicit Moneta. Adde *Taſſon.de Antefat. verſ*.8.*Obſer*.2.*nu*.36.*Carroc. Except*.126.*nu*.38.*& ſeq.*

214 Abbas An poſſit cognoſcere de cauſis matrimonialibus inter ſuos ſudditos? *Ripol.de Sponſal.cap.*8.*à nu*: 339. *& de Iurisd. cap*.1.*nu*.130.

215 An poſsint alijs delegari quā Epiſcopis? *Menoch.conſil*. 17.

216 Ad nu.59. *Genu.pp. Eccl. qu.* 696. vbi quærit An in cauſa matrimoniali præſumptiones imperfectę coniungantur? *& qu:* 704 quærit An parentes & conſanguinei admittantur in teſtes?

Ad nu. 60. *Ricc.Collect*. 222. *Carol.Rot.*Concl.28.*nu*.3. *&* 24.

Ad nu.61.*Sperell.deciſ*. 95.*nu*. 24.

Ad nu.64.Verſ.ad materiam *Mut.ſuper.cap.R.Alfonſ*.372.*& Conſuet*.83.*nu*.8.*in fine* de Capitaneo Vrbis.& Iuratis.

217 Ad nu.68. Aduerte quod Vidua, quę veſtes lugubres ob viri mortem non defert, infamis publicatur *Magon. de Auct.Notar.cap*.4.*nu*.15.

Ad nu.69.*Gallup.in prax. p*.4. *cap*.3.*nu*. 30. Aduerte cum *Vir-*
218 *gil.de legit.perſ.ſeru.cap*.22. *num.* 36. quod famulis perſonæ nobilis debentur veſtes lugubres in morte dominorum ſuorum.
219 Et nota quod Auth:res quę, procedit pro veſtimentis lugubribus *Redenaſc.in Addit. ad Conſ.* 72.*Verſ.ad ſcripta nu*.41.

Ad num. 72. vide *pragm. de fauſt.& Pomp.omn.gener. & Redenaſc.in ſimili Conſil*.72. *ſub nu.* 43.,vbi inquit quod Gabr. *conſ.*
220 153.*lib*. 2. *num*. 2. *&* 6. firmat Auth.res.quæ procedere etiam in ornamentis, & apparatibus, licet videantur voluntaria, modo conſuetum ſit ea fieri, cum propter conſuetudinem huiuſmodi apparatus ſint acceſſorij neceſſarij,qui ſine dedecore prætermitti non poſſunt.

221 De expenſis funerum vide *Maſtrill.deciſ*.203.*num*.8. *&* 11. vbi expenſa funeris dicitur pia cauſa, *& nu*.13.dicit quod expenſæ funeris fieri debent à patre pro filio, à Domino pro ſeruo, ab Eccleſia pro parochiano, & à vicinis, vel parochianis pro vicinis, *& num*.5.*&* 6.dixerat quod fieri debeat à ſucceſſore in beneficio, quando conſanguinei nihil habent.

222 Ad nu.73.*Galup.in prax.p*.4. *cap*.3.*ſub nu*.30.*in paru*. vbi de ſala-

ſalario medicorum, de expenſis vltimæ infirmitatis, aromatariorum, & aliorum.

Ad nu.74.*Gallup. vbi ſupra n. 27. & ſeq.*

223 Ad nu.75. adde quod ſtatutũ moderans impenſas funerum valet *Baez. de non melior. dot. rat. filiab. cap.2. nu.12. in fine.*

Ad nu.76. *Gallup. in prax. p. 4. cap. 3. ſub. nu.30. in paru., Lanor. Var. lucubrat. titul. 2. cap. 11. num. 31. & cap. 16. nu. 18. Medic. de ſepult. q. 22. Spin. in ſpecul. teſtam. Gl. 2. de elect. ſepult. ſub nu. 40.*

Ad nu.78. *Ripol. de dot. Recup. cap. 10. nu. 178. Beſſ. ſuper conſuet. Aluern. deſ. donations Art. 46. Cutell. Orat. 11. nu. 23. & Orat. 12.*

224 *nu. 69. Galup. ſupra nu. 29. & nu. 31.* aduertit quod ſi aliquis fecerit has expenſas debet proteſtari quod illa facit animo repetendi, quia in dubio præſumitur feciſſe ob pietatem, & miſericordiam; maxime ſi diues eſſet, & ſolitus exercere operas miſericordiæ.

Et aduerte quod expenſæ funeris adeo ſunt priuilegiatæ, vt pro eis poſſit hæres conueniri infra tempora conficiendi inuentarium *Nouar. de priuileg. miſer. perſon. priuileg. 29. nu. 8.*, vbi idem dicit de alimentis, legatis pijs, & vſurarum reſtitutione, & *R. Maia in addit. ad primã conſulta. num. 47.* recte inquit quod ex eadem ratione, qua hæ expenſe nullam recipiunt dilationem, poſſunt pro eis conſanguinei defuncti infra nouendium conueniri, & Ego ex eadem rationis identitate firmo quod conſanguinei defuncti poſſunt pro futuris alimentis infra nouendium conueniri, quia alimenta futurà nullam recipiunt dilationem, cum uenter nullam patiatur dilationem, & ideo pro eis nulla datur quindena, vt notaui *tom. 2. de Citat. in addit. ad q. 19. nu. 113.* & idem de vſurarũ reſtitutione & legatis pijs videtur dicendum, vt ex ſupradictis patet, & bona feudalia, & maioratus pro vaſſalli funere alienari poſſunt & libri ſcholarium retineri *Giurb. ſuper conſuet. cap. 9. Gl. 2. nu. 39.*

In Annot. ad qu. 24. Verſ. in addit. ad q. Adde *Carac. de for. priu. remiſſ. qu. 20.*

Ad num. 5. 6. & ſeque vide *Gratian. cap. 226. num. 4. 5. 6. 7. & 8. & cap. 238. num. 41. Intrigl. de feud. Cent. 1. q. 53. n. 179. & ſeq.* vbi quod ad ſolum ponti-

225 ficem ſpectat laicum ſpiritualiũ incapacem capacẽ facere, *Cum. in c. ſi aliquem in præl ud. num. 52. Coſt. conſil. 2. á nu. 26. vſq. ad nu. 35. Giurb. de feud. §. 2. Gl. 13. num. 79. Bellug. in ſpecul. princ. in titul. de propoſit. grau. Rieb. 11. §. videndum fol. 39. Domit. in §. Principũ placta dubit. 203.*

226 Ad nu. 13. Vide *Cutell. Orat. 16. num. 22. Solorz. de Ind. Guber. lib. 3. cap. 24. nu. 70.*

227 Contrarium. *Dian. de Immu. Eccel. Tract. 2. Reſolut. 235.*

de Groſſo fuit nulliter bannitus vigore aſſertæ ſententiæ banni penes acta dictę M.R.C. die 23. Iulij 1650. nullatenus Audiatur & dictus Leonardus Groſſo pro dicta cauſa ad inſtantiam dicti magnifici procuratoris Regij fiſci nõ moleſtetur,& prędicta ſẽtentia bãni cũ omnibus inde ſequutis declaretur nulla & deleatur ex priuilegio dictę Vrbis Pastor.in viridi obſeruantia cõceſſo per S.C.M. friuolis ex parte Regij procuratoris fiſcalis adductis in aliquo nõ obſtãtibus, iuribus capitibus & cauſis in effectu, & ſcripturis miſſis cum priuilegijs & aliis adductis & allegatis & hoc per M. R. C. cui fuit commiſſum negotium per S.A.S. penes regiam ſecretariam die 22. Decembris 1650.

Fiſcus non Audiatur
De Pileri pro M.N.

Et Anno 1643. Menſe martij fuit deciſum per Curiam Capitanealem pro Franciſco de Merulla proſecuto dẽ homicidio cum duello.

Sed An quis poſſit pluries hoc priuilegio vti? videtur quod ſic ex pluribus.

Primo quia priuilegium indiſtincte loquitur, ergo indiſtincte debet intelligi *l. de pretio ff. de publice.in rem act.l.* 1. *§. & generaliter ff. de legat.præſt. Surd. deciſ.* 243. *nu.* 5.

Secundo quia quod lex non dicit nec nos dicere debemus *Graſſ.poſt infinitos de effect. Cleric.effect.* 1. *nu.* 694. *R buſſ. in l. quod iuſſit num.* 59. *de re Iudic. Giurb.deciſ.* 34. *nu.* 5. *Conſil.* 2. *nu.* 109 *Inter Conſil.ſicul.*

Tertio quia princeps præſumitur noluiſſe quod non expreſſit, & voluiſſe quod expreſſit *l.* 1. *§. Sin autem C. de Caduc. toll. c. ad audientiam de Decim. Giurb. deciſ.* 41. *num.* 7. *& num.* 8. dicit quod lex non præſumitur velle quod facile exprimere potuit, & non expreſſit.

Quarto quia quæ ſpeciali nota digna ſunt, ſi non exprimantur, videntur neglecta *l. item apud Lab. onem §. ait prętor ff. de iniur. Cenc. de Cenſib. q.* 46. *nu.* 18 *Giurb. de ſucc. feud. prælud.* 1. *ſub nu.* 10. *Benincaſ poſt multos de actio: in præfat n.* 105. *&* 106. *Lap. Alleg.* 10. *Sepe vidi dubitari ſub num.* 7. *verſ. & quæ ſpeciali nota Tuſc. litera N. Concluſ.* 68. *Verbo Nota.*

Quinto quia indeffinita a principe prolata ęquipollet vniuerſali *Tap. in* 2. *p. l. fin. de Conſt. princ. cap.* 3. *num.* 38., vbi inſert quod quando princeps aliquid concedit alicui pro ſe, & hærede, pro omni hærede conceſſum intelligitur. Tanto magis quando indefinita prolata eſt verbis negatiuis *Becc. conſ.* 66. *n.* 6. *lib.* 1. *Roland. conſ.* 81. *nu.* 5. *lib.* 1. *& conſ.* 31. *num.* 40. *lib.* 4. *Torn. conſ.* 26. *nu.* 14.

Sexto quia priuilegium latiſ-

ſime eſt interpretandum contra concedentem *Rouit.Conſ.2 2.nu. 11.lib.2.Branc.in diſc. pro defenſ. priuil.ſub nu.115.*

Septimo quia priuilegium Ciuitati conceſſum eſt fauorabile & latiſſime interpretandum *Coſt.Sicul.poſt multos conſil.1. nu. 50.Branc. ſupra.*

Octauo quia priuilegium à Principe conceſſum ab eo tantum eſt interpretandum *Capibl. de Baron.cap.47.nu.13. lib.2. Girond.de priuileg.num. 82.122.& ſub. num.1516. Baldaſ.de Angel. in l.omnis C. de ſacro Sanct. Eccl. & in l.cum de nouo nu.4.C.de legib.Allegat.13.n.24.poſt decis.Tho. Anell. Salern.* Eius enim eſt interpretari, Cuius eſt condere *c. inter alia de ſent.Excom.l. vltim. C.de ll. Pedroc.conſ.93.nu.94.Rip. & DD.in l.ex facto ff. de vulg. Girond.de priuileg.num.84.Giurb. conſ. 59.ſub.nu.31.*

Et ita audio ſeruari in dicta Curia Prætoriana, & priuilegiū recipit interpretationem ex obſeruantia *Coll.conſ.1.n.39.Conſ. 23.nu.91.Mantie deciſ 320. nu. 5.Caſtill.in addit.ad deciſ.66.Cutell.Orat.10.num. 15. Rouit.conſ. 105.ſub nu.4.lib.2.Thom. Anell. deciſ.Salern.4 nu. 17. Capiblanc. de Baron.cap.47.num.14.& cap. 62.nu.13.lib. 2. Giurb. conſ. 59. n.30.&* ex vſu declaratur etiam ſi verba vſui contradicant.*Ann. Allegat.53 nu.30. Giurb. de ſucc. feud.§.2.Gl. 13.ſub. nu. 85.* & ab executione ſumit vires *Cutell. Orat.10.nu.14.* & recipit interpretationem extenſiuam à communi vſu & practica *Girond.de priuileg.ſub nu. 122.* & in eo valet, & tenet, in quo obſeruatū & vſitatum fuit *Girond.de priuil. ſub nu.264.Giurb.conſ.59.nu.30.* & ex vnico actu ſubſecuto interpretatur ad effectum cognoſcēdi quid comprehendatur, vel non ſub priuilegio abſque vlla præſcriptione *Cutell.Orat. 20. n. 85.& 86.*R.D. *Hippolytus Maia in addit. ad ſecundam Conſultat. nu.62.Coſt.conſil.4.n.65.* Et obſeruantia operatur vt in poſterum ita ſeruandum ſit *Cutell. Orat.27.ſub num. 18.* Cum ergo priuilegium ſupradictum pluribus vicibus pro ſingulo Ciue fuerit obſeruatum, ita videtur abſque ſcrupulo interpretandū.

Et ad corroborationem ſupra dictorum pōdera *Cap.R.Alfonſ. 149.*quod eſt *cap..Rit.54. et cap. 359:eiuſdem sereniſſimi Regis Alfonſi,*per quę capitula,omnia delicta publica ſunt redacta ad inſtar priuatorum, & tantum illi admictuntur ad accuſandum, quorum intereſt excipiēdo certos caſus, in quibus quilibet de populo poteſt agere, & conſequenter fiſcus, tamquam vnus de populo *vt notant.Mut. in dicto cap.Rit.54.num.48.Cum. Rit. 149.nu.60.& Rit.147.nu.1.vbi Mut.num. 10. & ſuper Conſuet. cap.11. nu.22.* Ex quibus ſequitur quod fiſcus non poteſt principaliter agere in criminalibus

vltra

vltra excepta crimina in dictis capitulis *vt poſt Cum. ſupra docent Ball. de liter. diſpenſat. premiſ. 3. & in pragm. 3. tit. 82. nu. 16. Intrig. ſingul. 172. num. 2. lib. 2. Mut. Conſuet. 9. nu. 39.* Exceptio namque firmat regulam in caſibus non exceptuatis *Menoch. conſil. 989. nu. 32. Magon. deciſ. Lucc. 100. nu. 22. Barz. deciſ. 82. num. 9. Cartar. deciſ. 121. nu. 13. Maſtrill. de Indult. cap. 26. nu. 2. & ſeq. & deciſ. 207. n. 13. Cutell. de Donat. tract. 1. diſc. 3. p. 6. num. 96.* etiam ſtante ſtatuto *Felin. in c. adhac. de Reſcript. Crauet. conſil. 201. nu. 40. bene Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 19. a nu 8.*

Et hoc argumento vſi ſunt, & quotidie vtuntur noſtrates; *Maſtrill. namque deciſ. 207. num. 12.* vtitur hoc argumento in fauorem ciuſdam, qui erat proſequutus quod rapuerat per vim quamdam mulierem, ac in ipſam indignatus mandauerat ſeruis ſuis vt eã carnaliter cognoſcerent, pro vt eam cognouerũt, & determinat quod fiſcus non poteſt contra eum agere, quia non eſt de caſibus exceptis in dictis capitulis, & in fine dictæ deciſionis propter eamdem rationem concludit fiſcum non poſſe agere in crimine baculationis, quia non eſt de caſibus exceptuatis, quod ante eum firmarunt *Intrigl. ſingul. 172. nu. 2. lib. 2. deciſ. 5. nu. 5. & deciſ. 19. nu. 13.* idem *Maſtrill.* vtitur hoc argumento in crimine homicidij *deciſ. 213. n. 22. Caſtill. deciſ. 180. nu. 4.* vtitur hoc argumento ad probandum quod fiſcus non poteſt principaliter agere in crimine iniuriarum, & Ego alias vſus fui hoc argumento in crimine falſi, licet ſuccubuerim propter atrocitatem delicti: Et certum eſt nec de hoc dubitatur quod ſi quis pluries commiſerit delicta non exceptuata in dictis capitulis, quod fiſcus non poſſit principaliter agere, quid mirum ergo ſi quis pluries vti poteſt hoc priuilegio quod fiſcus non poſſit contra eum principaliter agere?

Conſidera etiam, quod hoc priuilegium non eſt conceſſum Ciuibus delinquentibus, ſed Ciuitati, vt fiſcus non poſſit contra ſuos Ciues principaliter agere, & ſic quoties Ciuitas vult vt Ciues hoc priuilegio gaudeant toties illo frui & gaudere debent. Hinc Sindacus Ciuitatis petit obſeruantiam priuilegij,

Et in puncto obſeruãdus *Mut. Conſuet. 9. ſub nu. 9.* ibi *& maxime ſi Ciues deliquiſſent ſemel tantum*, quæ dictio maxime, explicat caſum minus dubitabilem, & implicat caſum magis dubitabilem *Sforz. de In Integr. Reſt. q. 4. Art. 4. nu. 67. Depont. conſil. 2. nu. 42. lib. 1. Barboſ. Dict. 197. nu. 1. Grat. Dict. 122. nu. 3.* Obſeruadus eſt etiam *Mut. ſub nu. 17. & ſeq. & nu. 32. 33. cum ſeq.*

Ad dicta per me effect. 15. à nu. 2. Reſponde quod non proce-

cedunt quando aliter conſtat de volũtate principis *vt notat Mut. dicta Conſuet. 9. nu. 17. in fine* & priuilegium ſecundum intentionem concedentis debet extendi, vel reſtringi *Nouar. de priuileg. Miſer. perſon. priuileg. 4. nu. 27.*

Reſpondeo ſecundo quod non procedunt quando obſeruantia eſt in contrarium.

Et ad ibi dicta dicto effect. 15. a nu. 12. Adde Sp. & Doctiſſimum D. Octauium Caracciolũ Iudicem M.R.C.S.C. meritiſſimum in allegatione, quam fecit in nobiliſſima & exemplari Ciuitate Meſſinæ contra quemdam Sacerdotẽ degradatũ a Reuerẽdiſſimo Archiepiſcopo Meſſanenſi M.R.C.S.C. tradito; inquit enim. Indefinienda autem huiuſmodi pęna conſiderantes quod vita hominis, vt pote ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei formati pretioſiſſima res, & ineſtimabilis eſt, quę ſemel amiſſa nullo recuperari remedio poteſt habentes ante oculos auream illam Baldi noſtri ſententiam, aureis certe adnotãdam Characteribus, ſanctius nempe iuſtiuſque eſſe Iudicem in abſoluendo quam in condemnando peccare, id quod nos autem in noſtra *deciſ. 2. nu. 7.* adnotaui nus, ad mitiorem clementioremque condemnationem inclinare volebamus, verum perpendentes reum illum conſtare delictorũ geminatorem eſſe ne dum propter vnum homicidium, ſed per duo & vltra, plurimaque facinorà commiſiſſe, propter quod ei abſolutionis & indulgentiæ via omnino præcluſa eſſe debeat per *tex. in c. ita nos lo vltimo 25. q. 2. vbi Gloſ. verbo vſum & l. 3. §. fin. vbi etiam Gloſ. C. de Epiſ. aud. Ver. conſuetudini ibi*, his ergo ſub tali adſtrictione damnatis indultum noſtræ ſerenitatis eo pręcepti finę concludimus, vt remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel commiſſa non habeant, nec in eos liberalitatis auguſtæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admiſſi non emendationis potius quam conſuetudini deputauerint, Cuius ſanè ſanctionis inſpecta diſpoſitione *per Gram. Vot. 9. num. 23.* dixit quod geminans delictum veniam Sperare non debet, & multis probat *Cartar. deciſ. Mediolan.* quod idem eſt ac ſi dixiſſet, bonus Iudex vllo modo inclinare debet, nec pro talium delinquentium liberatione excogitare; iuſtum enim eſt Parcere ſubiectis, debellare ſuperbos. Nam ex horum liberatione bonum vllum, ſed peius omne conſiderandum, quia Natura Inclina al mal; e uiene à farſi l'habito poi difficile a mutarſi & Sanazar. ait. O fede antica ò dolce vſanza vetera. Hor conoſco ben lo che il mondo inſtabile tanto peggiora piu quanto piu inuetera: Et quidem experientia edocet, quod abſolu-

tio

tio prauorum in eis maiorem geminat perfidiam, & peiorem in delinquendo conſcientiã producit(ſupradicta habuit a Carolo *Rot.pp.concl.concl.19.nu. 39.*) Et Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere tam in veteri, quam in nouo teſtamento, voluntarium homicidium mortis pœna condemnandum præcepit, Nam Gen. 9. ait quicumque effuderit humanum ſãguinem, in terram fundatur ſãguis illius & Leuit. 24. qui percuſſerit hominem, & occiderit morte moriatur, & Num. 35. quis ferro percuſſerit & mortuus fuerit, qui percuſſerit Reus erit homicidij, & ipſe morietur & Matth. 26. omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt, & Apochalyps. 13. qui gladio occiderit oportet cum gladio occidi, Quod idem Iure humano Sancitum eſt, ſcriptum enim eſt Quod feciſti hoc expectes, occidiſti occidaris *l. 3. §. pattatur C.de Epiſc.aud. §. Itē lex cornelia Inſtit. de public. Iudic. l. 1.& toto titul.ff.ad l. Cornel. de ſicar.* & ſexcentis alijs in locis Iuſtitiæ zelo moti, ſcientes quod qui malis parcit, probis nocet & quod homines facinoroſi ſi non tollantur, & occidantur veluti membra putrida reliquam corporis Reipublicæ partem inficiunt & corrumpunt & memoria repetentes D.Thom. ſententiã 2.2. *quæſt. 64. art.* 2.quod ſalubriter & laudabiliter homo occidatur, vt bonum commune conſeruetur, nam ſicut malum eſt occidere hominem bonum, ita bonum eſt occidere hominẽ peccatorem ſicut occidere beſtiam; peius enim eſt malus homo quam beſtia. Pœna vltimi ſupplicij puniendum iudicauimus vide *Iul. Ferrett. de Milit. Iuſt.& de pæn. deſertion.nu.167.*

Vnde beneuole Lector conſidera bene ſcripta a me dicto effect.15.& hic & iudica.

231 Sed quid ſi fuit dictum fiſcus non audiatur, An pars poſſit deinde accuſare? Quod non dicit *Virgil. de legitim. perſon. accuſat. cap. 32.ſub nu.49. Verſ. quod procedit*,& ita dicit fuiſſe iudicatum in ſancto Officio pro D. Franciſco Cannella, & ratio eſt (ſecundum eum) ne de eodem de-
232 licto ſæpius quæratur; quæ ratio ſalua eius pace mihi nunquam placuit, nam licet verum ſit quod de eodem delicto non debeat ſæpius quæri, quia Deus nõ iudicet bis in id ipsũ *Num. 1.D.Thom.2.2.q.68.Art.3. dub. 3.l.licet §.vlt.ff.Naut.Caup. ſtab. l.qui de Crimine C.de Accuſat. l.ſi cui crimine §. ijſdem criminalibus. de Accuſat.Gl.in c.de his eodem titul.Coua..var.reſolut.lib.1.cap. 1. nu.8.Berart.in ſpecul. Viſitat. cap. 25.nu.9.*Bartol.*in l.ſenatus ff. de Accus; Lap.Allegat. 30. num. 8. Verſ nunquid: Bartol. conſ. 199. Tuſc. Verbo pœna concluſ. 210. Taſſon.de Anteſ.verſ.12.obſeru.1 nu.6.* difficultas tantum eſt in

deli-

quæ exceptio poteſt quandocunque opponi præſertim a Sindaco *Roland.conſil.94. nu. 7. & 8. lib.4 Iſern. in Conſtitutione ſi dãna col.4.Capyc deciſ. 9.* & Conſidera verba priuilegij, quę ſunt
230 quod fiſcus non poſſit, per quæ verba ſublata eſt a fiſco omnis poteſtas, vt dixi ſupra *& bene aduertit Bolognett.in l. Gallus nu. 106. & 110. de liber. & poſthu vbi Garz.in principio Franc. in c. 1.de Regul.Iur.in 6. Alex. conſil. 77.lib. 3.Teſtai Allegat.26.1.nu. nu.35.Gratian.deciſ.51.nu. 8. & 9.& in puncto Mut. ſuper Conſuet.cap. 9 num.3.6.7. & 9.* vbi quod Iudex poteſt caſtigari.facit
231 quod notant Boniorn & Scribent.*ſuper.cap.R.Alfonſ 363.* põderando verba capituli non poſſit audiri querela de nouo,quod in ſindicatu accuſatio nõ poteſt fieri poſt quindenam, & ſi fieret,proceſſus eſſet nullus etiam parte tacente,& Cum.de Sindic. cap.17.ponderando verba capituli R.Alfonſ.364. minime poſſint amplius ſindicari,inquit,nã dictio negatiuã præpoſita verbo poteſt denegat & tollit omnem potentiam, & ſententia & omnia quæ fierent,eſſent ipſo iure nulla,& vide notata per *Bald. in l.non dubium in fine C. de ll. Anchar.conſ.190.*

In annot.ad.q.26. Ad nu. 5. in fine *Genu.pp.Eccl.q.569.*

Ad nu.6.*Carroc.except.124.*

Ad nu. 8. *Rot. poſt tract. Poſſ. de ſubhaſt.deciſ.65.nu.3.*

Ad nu.12.*Angel.de Leo.de præparat.Iud.prep.12.á nu.38.*

In add.ad 2.10.deCit.ad q.28.ad
232 *n.53.*An accuſatus poſſit reaccuſare? Adde *Gram.in Conſt.ſi ciuiliter agens Virgil. de legit. perſon. accuſ.cap.32.nu. 62.* Nec poteſt excipi de crimine quoties per exceptionem conſequitur effectum accuſationis *Abb.in c.2.col. 8.de ord.cognit.*

In annot.ad q.29.Ad nu. 19. *Carroc.Except.21.in fine.*

Ad nu.25.*Virg.de legit. perſon. accuſat.cap.32.nu.88.*

In annot.ad 30.q.ad num. 6. *Sperell.deciſ.106.num.26. 58.& 61.*,vbi An dicatur electa induſtria perſonę per verba tu tu cognoſcas?

Ad nu.8.*Carroc.Except.22.q. 28.*

In annot.ad 37.q.Ad num.4. *Scacc.de Appellat q.5.ſub nu.116*

In annot.ad 38.q. nu. 3. *Carroc.Except.42.*

Ad nu.5.in fine *Scacc. de Iudic. lib.2.cap.8.nu.285.*Sed an ſenex poſt annum quinquageſimum quintum liberetur a Ieiunio? *Dian.Tract.3.Miſc.Reſol.9.to.1.*

Ad n.15.*Sperell.deciſ.33.nu.20. 21.22.*

In Annot.Ad 40.qu.de Notorio vide *R.D.Hipolyt. Maia in addit.ad.5.conſulta. me citato in pluribus locis a nu.26.*

In annot.ad 42.q Ad num.6. *Scacc.de Appellat.q.12.num.167. limit.10.*Et aduerte cum *Carolo Riuno conſil.17.nu.5.& conſil.42.*

Digitized by Google

num. 4. *tom.* 4. quod citatus ſi propter tempeſtatem maris venire non potuit, non excuſatur, niſi probet quod exiuit de domo,& quod iuit ad mare,& quod illo tempore erat tẽpeſtas,propter quam fuit impeditus, nam communis eſt DD. concluſio quod non ſufficit allegare impedimẽtum,ſed oportet probare quod ſi impedimentum non fuiſset actus fuiſſet ſequutus , & quod erat paratus adimplere *l. qui commeatus vbi Bart. ff. de Re milit. Menoch. conſil.* 384. *nu.*8. *Corn.conſ.*109.*nu.*21.*lib.* 2. *Natt.conſil.*258.*nu.*6.*Becc.conſil.* 101.*nu.*3.*Boer.Deciſ.*40. *num.* 4. *Aniat Reſolut.*34.*nu.*29.*Crauett. conſil.* 151.*num.* 22. *Bim. conſil.* 158. *Cabell. conſil.* 40. *num.* 13. *lib.*1.*Marcian.Conſil.*16.*num.*4. *tom. Altograd. conſil.* 45. *a num.* 24.

Ad verſ Ad nu. 13. quod ci-
237 tatio poſſit fieri in Eccleſia firmat Doctiſſimus , & nunquam ſatis Laudatus *Paul. Rub. in ſuis Reſol.pract.cap.*3.*á n.*226.me cit. vbi etiam alia ad materiam citationis .

Sub nu.7.Verſ.ad nu.17. qua pæna teneatur offendens ſtatuas principis ? *Decian.tract.Crim. to.* 2.*lib.*7.*Cap.*51.

238 Ad nu.8.*Sperell.deciſ.*49.*num.* 5. *&* *nu.*4. ſecus de confugiente ad Sacerdotem deferentem oleũ Sanctum .

Ad tom. 1. de Citat.ad dictã q.42.in principio Adde *Afflict. in Conſt. edictorum nu.*4.*Cancer. cap.*3.*de Iur.Caſtri.nu.*340.

239 In annot. ad 44.q.Ad nu. 5. Adde quod expenſæ ſunt ſoluẽdæ ab eo, qui obtinuit inſtantiã reuiuiſci , quamuis de illis non fiat mentio in gratia reſtitutionis *Gratian.diſcept.*33.*num.* 52. *Iſern.in Conſt. Regni ſponte recedentibus* , *Gram.deciſ.*69.*Paris.de Put.de Sindicat.Verbo ſententia Boer deciſ.*247.*nu.*10.*lib.* 2. *Aſin. in prax.*§.2.*Cap.*10.

240 Intellige de expenſis factis circa ordinatoria,quæ pereunt,non circa probatoria , quæ non pereunt *Canalc.deciſ.*16.*nu.*16.*p.p. Ioan. de Amic. conſil.* 32. *col.* 3. *Gabr.conſ.*49.*num.*6.*Ferret.Conſ.* 366..*Cum.Rit.*70.*nu.*9.

241 Ad num. 8. Nota *cum Sperell. deciſ.*48.*num.* 38. quod mictens procuratorem ad reſpondendũ præſumitur habere notitiam citationis .

In annot.ad 45.q.Ad num.9. Contrarium *Angel.de Leo.de praparat.Iudic.praparat.*6.*nu.*36.,*&* *vide ſub nu.*65.*verſ.hec vera.*

242 Ad num. 16.*Genu.pp.Eccl. qu.* 584.vbi præſcriptio quadragenaria contra Eccleſiam non interrumpitur ſola citatione .

Ad nu. 17. verſ. contrarium Adde *Staiban.de intereſſe lib.*2.*de intereſſe in ſpecie q.*1.*nu.*11.

Ad nu.40.*Angel.Leo.de praparat.Iudic.praparat.*6.*nu.*40.

243 Ad num.64,Verſ.ſed.An per canonis receptionem,Adde An caducitas ſit remiſſa ſi dominus

ſtetit

ſtetit per decennium, & non egit ad cōmiſſum? *Burg. de laud. p.3.Inſp.20.n.9.Corbul. de Cauſ. priuat.ob alienat.limit.10.*

Ad nu.51. *Lazar. de Monitor. Sect.4.q.17.num.3.*

Ad nu. 55.*Virgil.de legit. perſon.accuſat.cap. 32. ſub num. 62. verſ.& hęc concluſio.*

Ad n.60.vide *Carac. deciſ.39.*

244 Et adde quod fideiuſſor de præſentando non excuſatur, ſi affectauerit præſentandum ab alio carcerari, vel impediri *Amat.Reſol. 46. nu. 8.*

Si ſteterit per ſex mēſes in fideiuſſione,& voluerit reum præsētare,& ſe eximere à fideiuſſione, Curia tenetur illum recipere, & fideiuſſorē liberare *Rit.*164.Cōtrarium de iure communi *Vincit dicto Rit.*164.

Ad Verſ.quod fideiuſſor de præſentando reum Adde *Prat. adPaſ.b.p.p ſol.176.col.1.Verſ.his conſentanea.*

245 Ad finem Adde quinquageſimus primus effectus eſt quia creditor citatus in diſtractione pignoris, ſi non comparet, dicitur hypothecam remictere *Marin.Reſolut.71.nu.11. Intrigl. ſuper bulla q.47.nu. 1. vide ad materiam.Cutell. de Donat. Tract. 1. diſc.2 p.6 num.54.65.in fine, & nu.66.& 67. ſcripſi de Citat. tom. 1.quæſt.9.nu.17.& ſeq.*

In Annot.ad ſingul.82.Adde *Amat.Reſolut.11.nu.3.*

RACEMATIONES

AD TRACTATVM

De effectibus inimicitiæ.

SVMMARIVM.

Capitaneus poteſt exonerare nauim in alio loco quam in deſtinato propter timorem inimicorum nu.246.

Gabella non eſt ſoluenda ſi nauis timore hoſtium, vel pyratarum vel ex tempeſtate portui ſe applicat nu.247.

Amicitia & inimicitia ex aduocatione contracta lite finita non eſt conſideratione digna nu 248.

Capitulum omnis de pænit. & remiſ. non habet locum ſi proprius parochus ſit inimicus nu.249.

Monachus, vel clericus tranſiens per loca inimicorum dimiſſo habitu non dicitur apoſtata n.250

Monachus, qui propter magnā Abbatis inimicitiam, vel ſęuitiam recedit a monaſterio, non dicitur apoſtata nu.251.

Iudex declaratus ſuſpectus An poſſit a tali ſententia appellare? nu. 252.

Iudex facilius recuſatur quam teſtis ſub nu.252.

Inimicitia oritur ex non ſalutatione ſub nu.252.

Monachi intra ſepta monaſterij An poſſint detinere arma? nu.253.

Clerici non poſsūt portare arma, & quando ſecus? ſub num.253.& 254.

Statutum quod nullus in Ciuitate du-

ducat porcos ſub certa pœna, nõ habet locum ſi quis ducat timore inimicorum. nu. 255.

Miſſam non audiens in diebus feſtiuis, quia a domo exire non valuit propter inimicos non peccat nu. 256.

Apoſtata An dicatur qui timore inimicorũm recedit a fide? num. 257.

Iudeus non poteſt eſſe tutor pupilli Chriſtiani propter inimicitiã inter eos nu. 258.

246 Ad tractatum de effectibus inimicitiæ Adde primo quod capitaneus poteſt exonerare nauim in alio loco quam in deſtinato propter timorem inimicorum, & piratarum vt in libro con ſulatus maris *cap. 79. & cap. 188. verſ. ancora piu, Ioan. de Euia in laber. Commerc. Naual. lib. 3. cap. 11. nu. 8. quem citat doctiſſimus Franc. Rocc. Reſponſ. 30. nu. 1. tom. 1.*

247 Adde ſecundo quod nauis quę ex timore hoſtium, vel piratarum, vel ex tempeſtate portui ſe applicat, non tenetur ſoluere vectigalia, nec fiſco ius applicatur *Franciſ. Rocc. Reſp. 32. nu. 8. & Reſponſ. 37. nu. 2. & 3. tom. 1. Tuſc. littera G. concl. 3. nu. 2. Surd. conſil. 239. num. 10. & conſ. 272. nu. 16. Molfeſ. conſ. 17. num. 14. & 23. Ferd. Loaz. in l. filius familias §. diui nu 87. de legat. 1. R. Maia meus cariſſimus conſult. 14. nu. 7. & 8.*

248 Adde tertio quod amicitia & inimicitia ex aduocatione contracta lite finita non eſt conſideratione digna poſt *Rip. Menoch. & Sanſelic. Franc. Rocc. Reſp. 87. ſub nu. 6. tom. 2.*

249 Adde quarto ſcripta a Iacob *Philip. P ort. conſ. 110. a n. 14.* vbi inquit. ſecundo quod in generali Concilio cautum ſit, quem proprio Sacerdoti ſingulis annis peccata ſua confiteri oportere c. omnis de pœnit. & remis. in principio §. ſi quis, ſubijcitur, tamen caſus, in quo regula illius tex. inflectitur, puta ex aliqua cauſa *Glo. ibi in Verbo proprio & Butr. & Abb. num. 11. verſ. idem ſi ſub eſt alia legitima cauſa*, puta, odium inter confiteri debentem & Sacerdotem ipſum: ſanè exceptio hæc maxima ratione nititur, vt quemadmodum in temporalibus iudicijs legiſlator requirit iudicum animos omni affectu, & odij ſuſpicione carere debere, alias recuſationis cenſura ſubijci *c. inſinuante, & c. ſuſpicionis de offic. deleg. & c. poſtremo de appell. vbi Franc. Perus. nu. 20.* quadraginta caſus huiuſmodi enumerat. multò fortius id cēſeri debet in hoc ipſo veritatis, & conſcientiæ iudicio, cum in eode irreparabili præiudicio agatur, nempe de animarum ipſarum ſalute *c. præcipimus, 12. q. 1. & c. cum contingat. de iur. iurand.* ibi, dummodo non vrgeat in diſpendium. & c. quãuis pactum de pact in 6; qua propter cum de cauſis odij conſtet ex pluribus

bus atteſtationibus in proceſſu receptis quodq; cauſa huiuſmodi ex perſona Stancarij Plebani proficiſcatur, atque ante illius contentioſam & malignam naturam, potius ſequitur diſpoſitionem c. omnis, ex hac ipſa cauſa reſtringi debere, vt rite docuit Abb. quem ſupra allegaui. nam cum ſub eſt legitima cauſa, cuiuſcumque conceptionis diſpoſitio, lex, & conſtitutio reſtringi ſolet *l. aut facta §. nonnunquam de pen. & l. ſi hominé ff. mandat. vbi Bart. a lucrtii, & Ale. rubr. de off. eius nu. 4. verſ. cum ſingulari tamē & Abb. c. dilect. vlt. de appellat. nu. 11. Innoc. Butr. Abb. & Felin. in c. 1. de Conſt. vbi Dec. in 2. lectur. n. 20. & plura congerit. Altiat. lib. 2. de Verb. ſignific.* Tertio & hac quoque ratione diſpoſitionem dicti cap. omnis in præſenti caſu locum nō habere ſubijcio, atque declaro quod Plebano ipſi huius odij & rixæ inter eum & fratres non ſolum particeps, verum etiam auctor eſt, vt in proceſſu probatum fuit; vnde ſequitur huiuſmodi ratione Rolandinos fratres à cenſura ipſius c. omnis, canonis interna ratio ne inſpecta liberatos fuiſſe, vt *Gloſ. Hoſt. Butr. & Abb. aduertunt in dicto c. omnis:* Et ſi diceretur alieno Sacerdoti confeſſionē faciēdam eſſe de licentia proprij Sacerdotis dicto §. ſi qui, Reſpondeo hoc caſu ſubſiſtente odii ratione culpa Plebani proficiſcente, vt in proceſſu euidenter conſtat; Cum veriſimiliter potuerint credere Rolandini fratres inſpecta naturali conſuetudine huiuſmodi Plebani contentioſa, & difficili, vt teſtes omnes deponunt; Vſus enim in naturam facile conuertitur *l. naturalem §. apium quoque ff. de acq. rer. dom. et §. pauonum quoque Inſt. de rer. diuiſ. c. ad noſtram. de empt & vēdit.* ibi & maxime ab eo qui ſolitus eſt & *Cepol. in tract. de ſimul. contr. præſumpt. 19.* Sequitur hoc caſu licentiam non fuiſſe petendā, quæ petita euidenter obtenta nō fuiſſet, & lex ſuperfluitatem abhorret *l. quoties ff. qui ſatisd. cog. et Angel. in l. ædem C. locat.* Abb. & *Dec. in c. paſtoralis nu. 1. de appellat.* hæc ille *Ad materiam dicti c. omnis videndus Barboſ. ibidem. Bonac. de pænit. Sacram. diſp. 5. qu. 5. ſect. 2. punct. vlt. nu. 35.*

250 Adde quinto. Inimicitia capitalis, quæ dicatur? videndus *Giazz. diſcept. 34. & conſil. 1. & 3.* An faciat indicium ad torturam? *Giazz. dicta diſcept 34.* & An tortura expurget defectum, & exceptionem inimicitiæ in teſte inimico? *Giazz. diſcept. 30. n. 18. diſcept. 34. nu. 5. diſcept. 117. nu. 5. & conſ. 3. n. 15.*

251 Adde ſexto, quòd ſi monachus, vel clericus tranſiens per loca inimicorum, in quibus ſi cognoſceretur religioſus, periculum vitę pateretur, dimictat habitum, nullo modo dicitur apoſtata, ita poſt *Gl. Hoſt. Bellamer. Abbat. Port. Soc. Menoch. & alios*

firmat

Digitized by Google

firmat *Graſſ. de effect. Cleric. ef-fect. 1. num. 1064. Ricciul. de perſon.extr.Grem.Eccl.exiſt. lib.8. cap.2.num.12.Farin.de Hæreſ.q. 183.§.2.nu.92.*

252 Sicut etiam non dicitur apoſtata,qui propter magnam Abbatis inimicitiam, vel ſæuitiam recedit à monaſterio *Bald.de Angel.in l.ſi quis la.1.C.de Apoſt.Ricciul.vbi ſupra nu.24. & 29.*

Adde ſeptimo,quod Iudex declaratus ſuſpectus, ſi habet intereſſe, poteſt à tali ſententia appellare *Gratian.cap.100.nu.48.* An ex non ſalutatione poſſit ſuſpectus declarari? quod ſic firmat *Gratian.cap.284.d num.26.* vbi etiam inquit quod in iudice ſufficit inimicitia leuis,vt poſſit recuſari,& non requiritur capitalis,quidquid ſit in teſte,& quod differens aliquem ſalutare præſumitur eius inimicus.

253 Adde octauo, quod licet armorum vſus ſit interdictus clericis,& monachis nigris,& omnibus regularibus;imo monachi nigri ſi arma detineant intra ſepta monaſterij abſque licentia Abbatis ſunt excommunicati,vt poſt multos notat *Ventr.in prax. Annot.43.§.vnic. nu.12. Barboſ. in cap.2.de Vit.& hon. Cler.n.1. & ſeq. Avend.de Met.lib.2.c.16. num.55.Graſſ.de effect. Cleric. effect.20.nu.1.12. & 13.* Tamen quãdo inter religioſum, & Abbatem eſſent inimicitiæ capitales,tunc poteſt retinere arma ob defenſionem intra ſepta monaſterij abſque eo quod incurrat pœnam excõmunicationis *Graſſ. loco citato n.15.*vbi pluribus modis exemplificat, *Iacob. de Graſſ. deciſ.aur.p.p.lib.4.cap.21. nu. 23. & p.2.lib.3.cap.6.nu.8.*

254 Sicut etiam clericus ſi haberet inimicitias capitales, poſſet arma portare, vel defenſibilia, vel offenſibilia,& defenſibilia ſimul,vt bene poſt multos firmat idem *Graſſ. vbi ſupra nu.26. & 27.* vbi per totum effectum de alijs limitationibus, *Barboſ. in c. clerici de vit.& honeſt.Cler.nu.5. Vent. vbi ſuprà Bonac. de Sacr. ord.diſp.8.q.vnic.punct.vlt.propoſit. 1.Ricc.dicto nu.12.*

255 Adde nono, quę ſcribit *Hippolyt.de Marſil.in l.1.§ præterea ſub nu.16.ff.de quæſt.* quod ſi eſt ſtatutum in Ciuitate, quod nullus debeat ibi ducere porcos ſub certa pœna, quo ſtante quidam cum porcis faciebat tranſitum iuxta ciuitatẽ, & metu hoſtium, qui ibi cucurrerunt,intrauit Ciuitatem, & duxit dictos porcos in Ciuitatem, non incidit in pœnam, *& num.18.* firmat illud idẽ quod ſcripſi *effect.152.*quod ſi ſtatutum dicit, quod ſi quis portauerit frumentum extra diſtrictum puniatur, & aliquis propter iuſtum timorem inimicorum exceſſit fines comitatus ſeu diſtrictus fugiendo, nõ incidit in pœnam. Inſuper in dicto §. *præterea* tractat, quis dicatur inimicus,& quę ſit inimicitia capitalis,vel leuis?

Adde

256 Adde decimo,quod licet etiā mutus,ſurdus, & cæcus miſſam diebus feſtiuis audire debeat *Mich.de cęc.ſurd.& mut.cap.51.*, tamen immunem eſſe à reatu eū qui propter inimicos domum exire non valuit ad audiendam miſſam dicunt *Nauarr. Azor. Barthol.ab Angelo §.829.littera D verbo Ferię num.42.Auend.de Metu. lib. 2. cap.42.nu.6. Tolet. in Sum. lib. 6. cap. 9. ſub num.* 1. *Iacob.de Graff. Deciſ. Aur.p.p. lib. 2.cap.36.ſub nu.2. Eſcobar.* Corr. *de vtroq.for.Art.4.de defect.ment. legislat. nu.* 209. & vide *Auend.*

257 *vbi ſupra cap.43.* vbi an dicatur Apoſtata, qui timore inimicorum recedit à fide? *Mongol. de Met.cap.8.§.1.in princ.& nu.15.* Ricciul.*de perſ.ext.Ecc.grem.exiſt. lib.5.cap.2.*vbi quis dicatur apoſtata à fide,& quomodo ab hæretico differat. *& lib. 6. cap. 5.* duos diſtinguit caſus, prout etiā diſtinguit *Farinac.de Hæreſi qu.* 183.§.3.*n.*31.ab eo non allegatus,quod Aut coactio eſt præciſa ſiue abſoluta, puta quia renitens, & ligatus circumciditur, vel eius genua flectuntur ab alio ante idola, vel manus eius fuerunt comprehenſæ vt thurificaretur, & tali caſu neque apoſtata reputatur, neque peccat, quia dicitur magis pati quam agere. Aut vis eſt conditionalis, nempe quia datur electio moriendi ſeu tormenta patiendi, vel fidem abnegandi aut Idolis ſacrificandi, & tunc ſi corde fidelis eſt, quātum ad eſſentiam neque apoſtata poteſt reputari, neque hæreticus, quia cum corde credat non adeſt error pertinax, qui ipſum ſeparare poſſit à communione fideliū;licet mortaliter peccet, tum quia vitam magis profūdere debebat,quam ad hoc induci, tum etiam quia licet coacte neget, negaretamē dicitur, quia voluntas coacta voluntas eſt, & quia animus intus latet, & Eccleſia non iudicat de occultis, merito in foro exteriori aſſerens ſe Chriſtum negaſſe per vim, & metum redditur ſuſpectus de vehementi, vel leui perpenſis coniecturis perſonarum, & negotiorum; vt bene conſiderat *Ricciul. loco cit. à num.* 7. ad finem ad quem recurre ſi ſcire cupis, quando eſt ſuſpectus de vehementi, & quādo de leui, & an poſſit abſolui à quocunque confeſſario?& vide eumdem *Farinac. dicto tract. de Hæreſi quæſt.*185.§.3. qui diſputat. An inimici in cauſa hæreſis admictantur ad accuſandum, quam etiam queſtionem examinat *quæſt.* 12. quæ eſt materia effectus quadrageſimi primi, & *quæſt.* 188. quærit An inimici admictantur ad accuſandum in crimine hæreſis?quæ eſt materia effectus centeſimi decimi tertij *num.*13. vide etiam *Iacob. de Graff. deciſ. Aur. p.p.lib.2.cap. 72.n.4.* vbi an inimicis veniam petentibus, paratis ſe corrigere ſit parcendum? *& nu.* 5. inquit

quod

quod rancor voluntatis ſtatim abijciendus,& proxima,non remota ſigna demoſtráda inimico,*& nu. 6.* inquit quod inimicis modo abſit ſcandalum, non denegatur abſolutio nolentibus inter ſe loqui, *& num. 7.* dicit, quod offenſus offenſori, quod in iudicio peti poteſt,non tenetur condonare,*& num. 10.* **An** liceat iniuriam paſſo ab offendente accipere pecuniam?& vide *Ricciul. de perſon.extra Eccleſia Grem. exiſtent. lib. 2. cap.*
30.vbi ad hoc vt quis repellatur à tutela pupilli ſufficit ſi inimicitias geſſerit cum parentibus
258 pupilli, & ex hoc infert, quod iudeus non poteſt eſſe tutor pupilli Chriſtiani, cum tamquam infidelis capitales inimicitias gerat cum Eccleſia, cuius omnes Chriſtiani ſunt filij,*& lib. 4.cap. 56. num. 15.* dicit quod poteſt fieri ſolutio excommunicato,& eum communicare ad euadendum inuaſionem territorij.

Et per hæc ſit expeditus præſens Tomus impreſſus hodie die trigeſimo Decẽb.Anno 1655. ad laudem & gloriam omnipotentis Dei Beatæque Virginis Mariæ ſine labe peccati originalis conceptæ.

Digitized by Google

INDEX

LOCVPLETISSIMVS RERVM, ET SENTENTIARVM quæ in tractatu de Effectibus inimicitiæ continentur.

A

Accuſare.

AN poſſit, qui elegit viam denunciationis? effect.122.nu.3.

Adminiſtratio.

Non eſt impedienda capitaneo pendente lite ſuper nullitate creationis, quia conſanguineus eſt effect.136.nu.1. Niſi ante captam ab eo poſſeſſionem opponatur de inimicitia baronis cum vaſſallis, nu.2. Secus ſi capta poſſeſſione nu.5.

Adminiſtratoribus.

Ciuitatum ſpectat cura ſalutis corporũ Ciuium effect.37.nu.19.& 71.

Aduocatus.

Et procurator accuſatoris in cauſa criminali dicitur accuſati inimicus in prælud. nu. 121. & de ratione num. 122. Ob receſſum Curiæ Meſſanam verſus poteſt recedere à domo, & non tenetur ad futuram penſionem effect. 1. nu. 21. Non cogitur pro inimico patrocinari effect. 5. nu. 1. Velit, nolit cogitur patrocinari pro clientulis nu.2. de ratione num 4 intellige vt num. 3. Non tenetur præſtare auxilium in cauſa euidenter iniuſta alias peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem num.6. & 7. Amplia ſi iniuſtam cauſam facit tranſigere ibidem. Non cogitur patrocinari contra amicum, contra ſeipſum, liberos, vxorem, conſanguineum, & affinem num 8. & 9. Nec contra patriam. nu. 10. Nec in cauſa in qua habet intereſſe num. 11. Pro quibus perſonis aduocare non poſſit? num. 18. Si à duabus partibus accipit ſalarium quolibet anno pro patrocinio præſtando in cauſis, ſi ambæ partes in vnica lite ſint inuicem contrariæ, tenetur ſeruire cui primo operas ſuas promiſit num. 29. Niſi ſecundus iuſtam habeat cauſam nu. 20. In dubio tenetur ſeruire primo ibidem. Propter inimicitiam cum cliente contractam poteſt illum deſerere effect. 6. num. 1. Ex quo ſuſcepit litem peragendam eam vſque ad terminum implere cogitur nu. 2. Et ſi illam dimittat nihil habere debet de ſalario etiam pro præterito num. 3. Contrahunt inimicitiam cum parte, contra quam patrocinantur effect. 37. nu. 2. Si ſed iudex eſt ſuſpectus num. 3. Et procurator aduerſarij mei inimici mei dicuntur nu. 4. Inimicus poteſt prohiberi ne ſit aduocatus contra inimicum effect. 42. num. 1. Niſi inimicitia eſſet orta poſt aduocationem nu. 2. Fiſcalis tam in cauſa criminali, quam ciuili poteſt recuſari effect. 116. nu. 14. Niſi inimicitia eſſet contracta ratione officij num. 55. Fiſcalis, qui contra aliquem inquiſitum criminaliter interuenerat, effectus iudex poteſt vt ſuſpectus recuſari nu. 5. Fiſcalis Sancti Officij An poſſit recuſari? num. 58. Si habet iuſtam cauſam licite poteſt aduerſarium decipere effect. 71, nu. 3.

Affectus.

An puniatur non ſequuto effectu in proditorio? effect. 14. nu. 20.

Agreſſor.

Ex quibus coniecturis præſumatur? effect. 124. num. 1.

Agreſſus.

An teneatur fugere ſi poſſit? effect. 124. nu. 3. Quid ſi ſit vilis perſona? num. 4. An poſſit occidere aggreſſorem? num. 5.

Alapa.

Dicitur atrox iniuria in prælud. ſub num. 78. & 88. Dans alapam officiali intuitu officij qualiter puniatur? ſub dicto nu. 88. Si quis vitare non poteſt niſi percuſſorem occidat, poteſt illum occidere ibidem. Dans alapam gaudet immunitate Eccleſiaſtica.

Alimenta.

Poſſunt extra domum peti propter inimicitiam in prætermiſſis in fine, & effect. 84. nu. 1. An ſint præſtanda extra domum ab eo, qui tenetur alere? num. 3. Petens extra domum tenetur probare cauſam nu. 4. An poſſint repeti propter inimicitiam, & ingratitudinem ſuperuenientem? effect. 128. num. 11. & effect. 151.

Alteri.

Per alterum non debet iniqua conditio inferri effect. 1. nu. 33.

Animus.

Occidendi, & animus deliberatus occidendi differunt effect. 19. nu. 6. Nocendi in dubio non præſumitur effect. 127. nu. 3.

Amicitia.

Præſumitur, & eſt præſumptio naturæ in prælud. num. 8. Et inimicitia ſunt paſſiones animi nu. 18. Præſumitur ex ſalutatione num. 117. Inducit præſumptionem innocentiæ effect. 15. num. 5. Facit ceſſare præſumptionem doli etiam in ijs, quæ ſunt de genere malorum, & prohibitorum effect. 18. nu. 5.

nu 5. Tollit præſumptionem præmeditati homicidij effect. 19. nu. 15.

Amicus.

Non dicitur proditorie vulneraſſe amicum ſi adfuit monitio, vel diffidatio effect. 14. num. 9. Si amicum interficiat, præſumitur potius caſu, quam dolo interfeciſſe effect. 18. nu. 4. Inimici mei inimicus meus dicitur effect. 102. n. 25. effect. 106. nu. 3. & effect. 116. nu. 40. Inimici mei repellitur à iudicando, & teſtificando nu. 28.

Appellatio.

Appellari non poteſt omiſſo medio effect. 85. nu. 1. Quid ad Regiam Monarchiam? ibidem.

Appellatione.

Familiæ ſtante inimicitia venit familia effectiua non contentiua effect. 91, num. 1. Contrarium num. 2.

Arbiter.

Qui alias compellitur onus laudandi ſubire, propter inimicitiam ab eodem eximitur effect. 7. num. 1. Arbitrator & quicumque alius cognitor poteſt propter inimicitiam recuſari effect. 116. nu. 47. Ampliat. 14.

Argumentum.

De vaſſallo ad libertum Valet effect. 28. num. 4.

Arma.

Portare eſt prohibitum de iure effect. 37. num. 8.

Ars.

Medica in quo eſt ſuperior iuris prudentia? effect 37. nu. 17.

Aſſecuratores.

De aſſecuratoribus multa effect. 149. & 150.

Aſſertio.

Offenſi, quod fuerit à tali vulneratus in articulo mortis non facit indicium ad torturam contra inculpatum effect. 41. num. 1. Fallit probata inimicitia præcedente nu. 2.

Aſſeſſor.

Seu conſultor iudicis poteſt recuſari, & ſufficit ſola allegatio effect. 116. nu. 89. & 90.

B

Bannitus.

EST inimicus bannienti licet banniens ipſe non ſit inimicus banniti effect. 113. nu. 34.

Baro.

Si eſt ſuſpectus An ſint ſuſpecti eius officiales? effect. 116. num. 62. Inimicus vaſſalli An poſſit recuſari? effect. 116. num. 94. Inimicus vaſſallorum non poteſt eligere Capitaneum ſuum conſanguineum effect. 135. nu. 1. Secus odio non exiſtente nu. 4.

Bellum.

Inimicis, & hoſtibus iuſte indicitur effect. 133. num. 1. Intellige vt num. 2. Si moueatur à priuato, Principis authoritatem vſurpat, & eſt puniendus. num. 3. Amicis indici non poteſt, niſi tribus concurrentibus num. 4. Finis belli pax eſt n. 5. Belli ſuperſeſſoria eſt tregua num. 6. Dux belli non poteſt pacem promictere num. 7.

Benefacienti.

Benefacere debemus effect. 42. nu. 2.

Beneficialis.

Poteſt beneficio priuari propter impetrationem poſtea de eodem beneficio habitam effect. 46. num. 3. Si poſtulat contra Eccleſiam priuatur beneficio num. 9. Poteſt beneficio cedere propter inimicitiam capitalem effect. 104. num. 1. & nu. 2. de ratione, Amplia nu. 3. & 4. limita num. 5.

Beneficium.

Eccleſiaſticum poteſt ab inimico auferri effect. 46. num. 1. Contrarium num. 4. Dicitur donatio ob cauſam num. 7. Datur vt beneficialis ſeruiat altari nu. 8. Eccleſiaſticum alicui collatum non poteſt ab eo auferri propter ingratitudinem effect. 125. num. 10.

Bona.

Inimicorum poſſunt deprædari effect. 132. n. 1.

C

Canonici.

NON intereſſentes diuinis propter inimicitias potentiorum in Ciuitate lucrantur diſtributiones quotidianas effect. 40. num. 1. Intellige vt num. 4. 5. 6. & 7. de ratione num. 8. Non intereſſentes diuinis diſtributiones quotidianas non lucrantur nu. 2.

Capitaneus.

Eſt ſubordinatus, & dependens à domino effect. 135. n. 2. Baroni coniunctus non eſt ſuſpectus vaſſallis n. 7. & quando ſecus? nu. 8.

Captura.

Non eſt concedenda algozirijs inimicis effect. 47. nu. 1. & de ratione nu. 2.

Carcer.

Eſt ſepultura viuorum, conſumatio bonorum, conſolatio inimicorum, & experientia amicorum effect. 43. num. 2.

Cardinales.

Et legati à latere An poſſint recuſari? effect. 116. num. 88.

Carrutiæ.

Vel vehicula ſi ſe obuiant in via acta quid agendum? effect. 132. num. 6.

Caſus.

Reipublicæ vtilis ſemper intelligitur exceptus in priuilegio effect. 15. nu. 15.

Cauſa

Cauſa.

Ex qua inimicitia oritur eſt euidenter, & manifeſte probanda in prælud. num. 19. Ex qua inimicitia præſumitur vel leuis eſt vel capitalis num. 21. Suſpicionis eſt fauorabilis, & in dubio pro ea eſt iudicandum. Allegat. 3. poſt tract. num. 9. & vide verbo ſuſpicio. Quando eſt palatina, vel proceſſiua? effect. 93. nu. 3. Proceſſiua an poſſit fieri palatiua? num. 4.

Cautio.

De non offendendo nō eſt præſtanda pro conſanguineis inimicis effect. 111, nu. 1. & effect. 112. num. 15. Amplia nec pro familiaribus inimicis effect. 111. nu. 2. Regulariter præſtanda eſt pro conſanguineis, & familiaribus num. 3. Præſtanda inimico effect. 112. num. 1. Et cogitur inimicus illam præſtare ſiue officio iudicis, ſiue ad inſtantiam partis num. 2. In ea præſtanda requiritur citatio, & diſcuſſio An ſubſit iuſta cauſa timoris num. 3. & de ratione num. 4. Minę ſolæ An ſufficiant ad illam petendam arbitrio iudicis remictitur num 5. Iudex quid facere debet quando periculum eſt in mora? nu. 6. & 7. An ſit præſtanda cum fideiuſſore? nu. 8. 9. & 10. Quanto tempore duret & per quantum tempus dari debeat? num. 11. Pro quibus poſſit peti? nu. 12. Poteſt peti ab eo qui dedit cauſam inimicitiæ nu. 13. Poteſt peti ab eo qui timet grauari ex facto alterius vt Iudex ante factum inhibeat n. 14. Non eſt præſtanda forenſi inimico num. 16. Non poteſt peti per ſuperiorem ab illo, qui eſt ei ſubditus, vel debet ei reuerentiam num. 17. Pace interueniente debet aboleri nu. 20. Quando dicatur fracta? & de pœna frangentis, quid ſi ſuperueniat noua cauſa inimicitiæ, quæ perſonæ comprehendantur ſub hac cautione, præſtita pro ſe, & attinentibus, vſque ad quartum gradum. Et an laicus poſſit cogi ad ſe obligandum pro clerico ſibi coniuncto? nu. 12. 13. & 14.

Ceſſante.

Cauſa ceſſat effectus effect. 112. ſub num. 20.

Citatio.

Tantum ſufficit adhoc vt lite pendente nihil innouetur effect. 136. num. 4 Non poteſt fieri per edictum vbi perſona eſt certa, & locus in quo illa reſidet effect. 137. num. 1. Fallit quando locus vbi citandus degit, non eſt tutus citanti, vel miſſis ab eo propter inimicitiam nu. 4. Et iſto caſu edictum debet poni in loco viciniori vt poſſit deuenire ad notitiam citandi nu. 5. Per edictum eſt remedium ſubſidiarium num. 3. Illi de quorum præiudicio agitur ſunt citandi in mutatione viæ eff. 61. ſub num. 2.

Citatus.

Ad locum non tutum non tenetur comparere effect. 62. num. 1. Amplia etiam ſi locus iudicij eſſet tutus, ſi tamen loca per quę tranſeundum eſſet, tuta haud eſſent num. 3. Niſi declinata recta via per obliquam tuto ad iudicij locum venire poſſit ibid Amplia 2. etiam ſi inimicitiæ naſcantur culpa citati num. 4. An teneatur comparere per procuratorem? nu. 5. An teneatur proteſtari de impedimēto? nu. 6. Quid ſi offeratur ſaluus conductus? num. 7. An teneatur mictere procuratorem ad allegandum locum non eſſe tutum? nu. 8. An requiratur ſpeciale mandatum ad allegandum hāc exceptionē? n. 9.

Ciuilitas.

Non ſolum priuilegio acquiſita, ſed etiam originaria reuocatur per inimicitiam ſuperuenientem inter Ciuem, & Ciuitatem effect. 25. nu. 1. Amplia etiam ſi reintegratio ſuperueniat nu. 2. Reuocata patris ciuilitate An reuocetur ciuilitas filij? ibidem ſub n. 2.

Ciuitas.

Poteſt reuocare quod ſemel dedit, vel contraxit propter ingratitudinem eius cui facta eſt conceſſio effect. 25. num. 3.

Clericus.

Propter inimiciam cum proprio Epiſcopo poteſt ſe eximere ab illius iuriſdictione effect. 38. nu. 1. 2. & 4. Si poſt exilium fiat laicus, & rumpat exilium à Iudice laico puniendus effect. 45. nu. 4. Contrarium nu. 5. Prælato inimicus poteſt abſque ſuis literis dimiſſorijs ordinari ab ordinario viciniori, conſtito prius de inimicitijs ac de moribus, & vita ordinandi eff. 58 n. 1. Vnius diœceſis non poteſt in alia diœceſi ordinari ſine literis dimiſſorialibus ſui prælati nu. 2. Nō ſubeſt iuriſdictioni principis ſæcularis effect. 76. nu. 3.

Collatio.

Donatio dicitur effect. 46. nu. 2. & vide nu. 5.

Commodatarius.

Cui equus fuit cōmodatus, non tenetur ſi inimici ipſius equum interficiant effect 49. nu. 4.

Compater.

Inimici poteſt recuſari effect. 116. nu. 46. Ampliat. 13.

Concilium.

Prouinciale An poſſit recuſari? Quid de generali? effect. 116. nu. 95. 96.

Conductor.

Poteſt recedere à domo conducta propter inimicitiam capitalem, quam habet cum vicino veniente ad habitandum effect. 1. num. 1. Contrarium Sub num. 29. & de ratione num. 30. 31. 32. 33. 34. Non poteſt ante finitam locationem à domo conducta recedere, & recedendo ſtatim totam penſionem ſoluere tenetur, & ad alia, quę tenebatur, eſt obligatus num. 2. Niſi emigrandi iuſta cauſa adſit num. 3. Ex pluribus cauſis poteſt à domo conducta recedere ſoluta penſione pro rata vſque ad tempus neceſſitatis receſſus nu. 5. poteſt à domo conducta recedere ſi vicinus, vel dominus domus vult aliquam feneſtram obturare num. 6. Si domus minatur ruinam poteſt à domo recedere licet exinde ruina non ſit ſequuta nu. 7. Sed ruina debet eſſe

urpeuenient, alias ſi fuiſſet tempore contractus nõ eſſet legitima num.8. Poteſt à domo conducta recedere propter bellum, vel peſtem num 10. Si tempore quo conduxit bellum non immineret, vel peſtis non adeſſet num 11. Quid ſi poſt conductionem maius bellum, vel peſtis interueniat An poſſit recedere? num.12. Quid ſi conductor poterat à domo migrare, & non migrauit An ſit ei remiſſio mercedis facienda? nu.13. Quid ſi migrauit e domo, & ſecum tulit claues, & reliquit intra domum ſuam mobilia, an quid debeat fieri remiſſio penſionis? nu. 14. & 15. An ceſſante ruina, bello, vel peſte teneatur conductor iterato habitare domum? nu 16. & 17. Poteſt a domo conducta recedere propter conſtructionem furni in pariete intermedio propter timorem propinqui incendij num.18. Si adeptus eſt aliquam dignitatem per quam ſine verecundia, vel maxima litigantium incommoditate non poſſit in domo conducta perſiſtere poteſt ab ea recedere nu. 19. Amplia non obſtante iuramento, obligatione camerali, & pacto de non opponendo nu.20 Poteſt recedere à domo propter timorem latronum, & graſſatorum, ſi tamen tempore conductionis talis timor non aderat nu.22. Poteſt domum conductam deſerere timore malorum ſpirituum nu.23. Si tempore cõtractus malos Spiritus in domo verſari ignorauerit nu.24. Poteſt à domo conducta recedere ſi ſit peſtilens, aut male Sana, vel fætida num. 25. Poteſt à domo recedere propter culices ſi adeo infeſti, & moleſti ſint vt habitationem valde incommodam reddant. ſub num.25. Antequam recedat à domo in caſibus permiſſis tenetur domino denunciare receſſum nu.26. & 27 Si dominus nolit recipere claues quid facere debeat, vel dominus ſit abſens? nu.28.29. Impeditus vti re conducta à tertio in odium, & propter inimicitiam locatoris poteſt agere ad totale intereſſe effect 2.nu. 1. Amplia ſiue locator habuerit inimicitias ſua culpa, ſiue non, ſiue inimicitiæ fuerint iuſtæ, ſiue non, ſiue fuerit cauſa immediata damni ſiue non nu. 2. Suſcipiens in ſe caſum fortuitum non intelligitur ſuſcipere damnum prouenientem ex inimicis locatoris nu 8. & num. 9. de ratione. impeditus vti reconducta quando poteſt agere ad totale intereſſe, vel ad mercedis remiſſionem? remiſſiue num.11. An teneatur ad emendationem damni prouenientis culpa ſubconductoris? effect 51.num. 12. Propter inimicitiam ſuperuenientem inter ipſum, & locatorem poteſt petere ſe liberari à contractu effect 110. num 1. Contrarium. nu.4. Conductoris ius non eſt effectum deterius poſita inimicitia inter ipſam, & locatorem nu. 8.

Conteſio.

Dotis receptæ facta à marito An valeat? eff.66. ſub nu. 2.

Coniuges.

Ad ſecunda vota tranſeuntes tenentur reſeruare lucra prioris matrimonij filijs eiuſdem matrimonij effect.131, nu.2.

Conſanguineus.

Inimici mei inimicus meus dicitur in prælud. num.75.

Conſilium.

An poſſit recuſari? effect.116.nu 99.

Conſuetudo.

Patriæ eſt attendenda ad cognoſcendum an cum aliquo ſit contracta inimicitia capitalis in prælud. num.14. Delinquendi ex bino actu inducitur effect. 15. ſub num.16. & 18.

Contractus.

Inter medicum, & infirmum durante infirmitate non valent effect.37 num. 47. Intelliguntur rebus ſic ſtantibus effect.110.nu. 3. Nec eſt locus pœnitentiæ in eis num.6. A principio ſunt voluntarij, & ex poſt neceſſarij nu 5.

Contrahens.

Matrimonium in articulo mortis non præſumitur facere in fraudem effect.65.nu.8.

Corpus.

Delicti in ictu ſcopettæ quomodo probetur? effect. 127.num.4.

Creditor.

Poteſt propria authoritate etiam furtiue accipere rem debitoris effect. 71. num.4. An teneatur ſi res pignoratæ comburantur? effect.51.nu.13.

Credulitas.

De credulitate multa effect. 108. à num. 3. ad finem.

Crimina.

Semel commiſſa habent remiſſionem veniæ effect.15.nu.13.

D

Damnum.

Damnum datum in fundo dotali ab inimicis mariti ab eo eſt reſarciendum effect.2.nu.5. Niſi mariti inimicitia nuptiarum tempore eſſet publica num.6. & de ratione num. 7. Datum ab inimicis vnius ex ſocijs in bonis ſocietatis à ſocio eſt emendandum effect. 49. num. 1. Amplia etiam ſi inimicitia culpa ſocij cauſata non ſit nu.2. In bonis ſocietatis contingens eſt commune inter ſocios n.3. Præſumitur datum ab inimico effect. 50. num. 1. An ſit caſus fortuitus? nu.3. Ex incendio cauſatum à quo eſt reſarciendum? effect.51.num.5.6.7. & 8.

Delegatus.

Poteſt recuſari effect. 116. num.63.

Delictorum.

Reiteratio quid oſtendit? effect.15.nu.17.

Depoſitarius.

An teneatur ſi res depoſitatæ cõburantur? effect.51. ſub nu.13.

Deſcendentes.

Poſſunt ſepelliri in ſepulchro in quo ſui maiores ſepelliri conſueuerunt effect. 72. nu. 2.

De-

Detentus.

In compedibus præſumitur inimicus detinentis effect.113.nu.35.

Deus.

Medicus nuncupatur effect. 37.nu.16.

Dictum.

Vulnerati non facit indicium ad torturam, ſed ad inquirendum effect.65.num.12.

Diſtributiones.

Quotidianæ quare ſic dictæ? eff. 40. num. 3.

Diuortium.

Fit inter virum, & vxorem propter inimicitiam effect. 12 num. 1. Intellige ſi inimicitia ſit capitalis num. 5. Ob fornicationem eſt perpetuum, ob alias cauſas vero ad tempus nu.6.

Doctor.

Propter inimicitiam priuatur doctoratu effect. 139.num 1.

Doctores.

Poſſunt arma portare effect.37.num.1.6 & 7. De collegio poſſunt à doctorandis allegari in ſuſpectos, effect.156.num.75. Omnes vnius Ciuitatis poſſunt recuſari nu.78.

Dolus.

Non præſumitur in actibus iure approbatis effect 65.nu.9. Eſt falſa aſſeueratio ſcienter facta cum animo fallendi effect.71.num 5. Non præſumitur, & qui illum allegat probare debet effect. 145.nu.1. Præſumitur in Iudice qui erat inimicus capitalis nu.2.

Dominus.

Directus non tenetur inueſtire inimicum, cui à primo emphiteuta res fuit conceſſa, vendita, vel aliter alienata effect. 81. num. 1. Tenetur præſtare conſenſum, & inueſtire ſecundum emphiteutam quoties emphiteuta eſt perſona licita num. 2.

Donans.

Poteſt reuocare donationem ob ingratitudinem ſi res donata ſint ſua effect 46.nu.6.

Donatio.

Siue inter viuos ſiue cauſa mortis reuocatur per inimicitiam ſuperuenientem inter donantem, & donatarium effect. 24 num.1.2.& 3. & effect. 40. num. 2. Intellige vt num. 4. & 5. Facta à marito non reuocatur per ingratitudinem vxoris num.6. Facta filio non reuocatur per ingratitudinē patris nu 7. Facta Eccleſiæ non reuocatur per ingratitudinem prælati num.8. Niſi dum ipſe vixerit, ibidem. Fallit niſi adſit pactum in contrarium.n. 9. Remuneratoria non reuocatur per inimicitiam ſuperuenientem num.10.& nu.11. de ratione Quid in eo quod excedit æſtimationem meritorum? num. 12. Propter nuptias non reuocatur per ſuperuenientem inimicitiam num.13. Facta pro Sacerdotis patrimonio non reuocatur per inimicitiam num.14. Ob cauſam non reuocatur per inimicitiam num.15. Dicitur facta in fraudem fiſci ſtante inimicitia effect.43.nu.1. Limita ſequuta reconciliatione ante delictum nu. 4. In dubio non præſumitur facta in fraudem.num.2. Sed à fiſco fraus eſt probanda nu. 3. Facta Eccleſiæ non reuocatur propter delictum prælati effect.125.nu.11.

Dos.

An poſſit propter inimicitiam reuocari? effect. 77.num.12.

Duellantes.

In duello mortui carent Eccleſiaſtica ſepultura effect.134.nu.13. vide nu.14. An gaudeant immunitate Eccleſiaſtica? effect.134 nu.14.

Duellum.

Inimicus poteſt prouocare inimicum ad duellum effect.134.num.1. Eſt licitum quando conſuetudo generalis illud permittit.nu.3. Contrarium num.9. & 12. An ſit licitum acceptare propter metum infamiæ? num. 10. Bullæ, & ll. de duello loquentes An comprehendant acceptantem duellum pugna non ſequuta num. 11. Non dicitur ſi iuuenes calore iracundiæ ſe inuitant ad digladiandum. num. 16.

E

Eccleſia.

NEc ingrata, nec inimica eſſe poteſt effect. 125 num. 6. Tenetur alere patronum ſi pauper ſit & egeſtate laboret effect. 42. num. 1. Tenetur alere patronum in domo propria, & non in Eccleſia nu.3. & ei dare pinguiora alimenta, quā alijs num.4. Et vberiora patrono qui fuit diues, & qui eſt nobilis num.5. & 6. Et tenetur etiam alere filios, & familiam num. 7.

Ædificare.

Ad æmulationem An quis dicatur arbitrio Iudicis relinquitur effect. 6. num. 2. & 6. ad æmulationem in dubio quis non præſumitur num. 3. & 7. Et allegans æmulationem probare debet num. 4. Et an & quando quis ædificare ad æmulationem dicatur? n.5.8.9.10.11.12.13.14. Vſque ad cęlum poteſt quis in ſuo ſolo, licet vicino noceat ſi ad iniuriam vicini non faciat Furnum, Molendinum, Tabernam, Fundacum, Trappetum, & alia ſibi viſa extruere, & in propria domo feneſtram facere num.15. An quis poſſit in ſuo dimiſſo legitimo ſpatio obſcurando lumina vicini in toto, vel in parte, vel impediendo quo minus per feneſtras habeat proſpectum in hortum? num. 18.

Electio.

Quomodo fieri debet, & multa ad materiam electionis effect.63. à num.3. ad num.39. incluſiue.

Electus.

Electus ad munera ab inimico propter inimicitiam electus præſumitur effect.63.nu.1.

Elec-

Eleemoſina.

Si quis quotannis dare conſuenit ſi dare deſiſtat eleemoſinā non cogitur effect. 32. n. 2. Contrarium n. 3. Gradatim eſt diſtribuenda num. 4. Potius eſt danda pluribus indigentibus, quam vni nu. 5. Non eſt danda ei, qui aliunde poteſt victū quærere n. 6. Quærens in vno loco non poteſt prohibere alios eleemoſinam quærentes nu. 7. Non eſt danda Epiſcopo vel parocho prædicantibus in propria Eccleſia n. 8.

Emancipatio.

Renocatur, & filius reducitur ad patriam poteſtatem propter inimicitiam ſuperuenientem inter eum, & patrem effect. 27. num. 1. Amplia vt nec pater poſſit illum emancipare in futurum ſine principis reſcripto nu. 2. limita primo in eo qui fuit emancipatus ab auo quia non poteſt à patre renocari in patriam poteſtatem nu 3. Limita ſecundo quando pater coacte emancipaſſet filium, quia tunc propter ingratitudinem eum non reuocabit nu. 4. Limita tertio vt filius dicatur emancipatus quo ad ea, quæ concernunt ipſius filij incommodum nu. 5. Limita quarto vt non ſit ſub poteſtate quo ad honores, & priuilegia, ſed quo ad onera nu. 6.

Emictens.

Ictum ſcopectæ ſine palla plumbea, ſed cum carta, aut bambace pœnam pragmaticę non incurrit effect. 127. nu. 5.

Emptor.

Poteſt de euictione agere contra venditorem ſi iudex per inimicitiā, quam cū venditore habebat, protulit ſententiam contra eum effect. 56. num. 1. de ratione num. 2. Declara ſi inimicitia fuiſſet orta ante venditionem, ſecus ſi poſt nu. 3. & 4. ſed in dubio inimicitia præſumitur præceſſiſſe num. 5. Non poteſt agere de euictione, ſi ſententia ſit lata per iniquitatem iudicis num 6.

Emphiteuta.

Vt poſſit re emphiteutica priuari debet citari eff. 99. n. 10.

Epiſcopus.

Poteſt abſoluere etiam in caſibus reſeruatis Pōtifici, quando abſoluendus per inimicitias capitales non poteſt ſe præſentare pontifici eff. 55. n. 1. Amplia etiā ſi inimicitia ſit cauſata culpa ipſius num. 2. de Epiſcopi reſidentia effect. 97. num. 31 poteſt excommunicare inimicos, ſi pertinaciter reconciliationem facere recuſauerint effect. 64. nu. 1. vide nu. 2. Habet obligationem extinguendi inimicitias ortas in diœceſi, alias peccat mortaliter nu. 3. & Archiepiſcopus poſſunt recuſari effect. 116. num. 59. Limita in viſitatione num. 60. Et an ſuſpecto Epiſcopo ſit ſuſpectus vicarius? num. 61.

Examinatus.

A prothomedico, & ab eo non approbatus poteſt ad M. C. appellare effect. 37. nu. 76.

Excluſio.

Vnius eſt incluſio alterius effect. 135. n. 6.

Executor.

Intelligitur reuocatus per inimicitiam ſuperuenientem inter ipſum, & teſtatorem effect. 34. num. 1. Poteſt vt ſuſpectus recuſari nec ei datur adiunctus ſi ſuſpicio ſit grauis nec præſtita fideiuſſione eſt admittendus nu. 3. De cauſis, ex quibus remouetur num. 4. Datus à teſtatore ad diſtribuendum eleemoſinam pauperibus non poteſt eligere inimicum teſtatoris, niſi inimicitia ſit leuis effect. 65. nu. 1. Amplia etiam ſi teſtator decedat cōtritus, & confeſſus num. 2. Amplia ſecundo etiam ſi exequutor haberet plenum arbitrium diſtribuendi bona teſtatoris num. 3. Contrarium quod ſi deceſſit contritus, & confeſſus poſſit eligere odioſum teſtatori num 4. & 5 & de ratione num. 6. & 7. Fallit quando quis non ſolum eſſet inimicus teſtatori, ſed indignus ſub nu. 7. Merus, vel mixtus An poſſit recuſari? effect. 116. nu. 93.

Exhæredati.

Succedunt in ius ſepulchrorum effect. 72. nu. 5.

Exhęredatio.

Poteſt fieri ex alijs cauſis ſimilibus, vel maioribus vltra expreſſas in §. aliud quoque capitulū eff. 11. nu. 3. Sequuta reconciliatione videtur adempta effect. 22. nu. 2.

Exilium.

Debet intimari, Vt poſſit agi pro contrauentione exilij effect. 45. nu. 27.

Expulſus.

Per vim à domo alicuius non poteſt contra expellentem teſtificari in prælud. ſub nu. 141.

Exulatus.

A Ciuitate, ſi dum eſſet extra Ciuitatem inuenit ſuos inimicos, poteſt ad Ciuitatem redire effect. 45. nu. 1. A Ciuitate, ſi ad Ciuitatem redeat, rumpit exilium, & punitur nu. 2. A Ciuitate eſt exulatus à territorio, & à loco vbi reſidet Princeps nu 6. Contrarium quod non ſi exulatus à territorio n. 7. Non eſt exulatus à ſuburbijs n. 8. Niſi ſit etiā exulatus à territorio n. 9. An intelligatur exulatus à loco originis? nu. 10. vide nu. 18. A Ciuitate dicitur exculatus à mari adiacēti Ciuitati, à qua eſt exulatus nu. 11. Sine temporis expreſſione intelligitur ad decem annos n 12. Quid de exulato ad bene placitum? num. 13. A toto regno ab eo, qui non habet iuriſdictionem, intelligitur tantum exulatus ab eo loco vbi habet iuriſdictionem nu. 14. Ad beneplacitum mortuo principe non poteſt redire nu. 15. Nō poteſt accedere ad locum partis offenſæ etiam ſi in ſententia non ſit dictum num. 16. Durante exilio non poteſt de licentia Iudicis redire ſed principis num. 17. Finito exilio poteſt ſine licentia redire num. 19. Poteſt tranſire per Ciuitatem, a qua eſt exulatus nu. 22. Non poteſt commorari in Eccleſijs ſitis in locis prohibitis nu. 23. Si decedat non poteſt ſepelliri in loco exilij n. 24. Contrarium n 25.

Vt

Vt puniatur pro fracto exilio, non ſufficit ſola viſio ſed requiritur captura nu. 26. Si fuerit condemnatus in aliqua inſula declaranda non facta declaratione, non poteſt pro contrauentione contra eum agi nu. 28. In perpetuum dicitur mortuus de Iure Ciuili nu. 30. An poſſit condere teſtamentum? nu. 31. Exulatis datur menſis ad colligendum ſarcinulas num. 32. & effect. 121. nu. 2. An intelligatur ipſo iure conceſſus abſque eo quod petatur? An poſſit eſſe plus vel minus arbitrio Iudicis? An pendente tali termino poſſit in propria patria manere? An minuat exilium? n. 3. 4. & 5.

F

Facta.

AB officiali inimico corruunt effect. 119. n. 1.

Factum.

Domini, & eius officialis dicitur correſpectiuum.

Fama.

Quid ſit, quomodo differat à clamore, quæ differentia ſit inter famam hominis, & famam facti, & quomodo probetur? remiſſiue effect. 67. num. 10.

Fatalia.

Non currunt impedito proſequi appellationem propter inimicitiam capitalem effect. 103. n. 1.

Feneſtra.

An, & quando fieri poſſit? effect. 60. num. 16. 17. 18.

Feudum.

Non poteſt alienari in præiuditium agnatorum, effect. 87 num. 3.

Fideiuſsor.

Fideiuſſor propter grauem inimicitiam inter eũ & debitorem poteſt petere, vt liberetur ab onere fideiuſſionis effect. 10. nu. 1. & effect. 110. num. 2. Intellige ſi inimicitia ſit grauis, & ſi culpa debitoris ſuperueniat nu. 4. & vide nu. 5. Contrarium. num. 6. Antequam ſoluat non poteſt petere à debitore vt illum eximat ab obligatione n. 2 De præſentando an ſtante inimicitia inter eum, & præſentandum poſſit ante tempus præſentare? nu. 3.

Fides.

A medico facta non deſtinato à Iudice ad illum effectum An probet? effect. 37. nu. 35.

Filia.

Non perdit legatum ſibi relictum, vt tali nubat, ſi pater nolit effect. 94. nu. 5.

Filius.

